

AMPLISSIMVS

TRACTATVS

IN MATERIA FEVDORVM, ET PRAECIPVE DE HIS QVI FEVDVM DARE POSSVNT.

AVCTORE

D. FRANCISCO de AMICIS I.V.D. Præstantissimo Feudorum Interprete in Almo Gymnasio Neapolitano.

OPVS

Nunc primùm in lucem editum, & à quàmplurimis erroribus castigatum, & non modò Iureconsultis vtilissimum, sed omnibus in vtraque facultate versantibus, valde necessarium.

Accessit hac nostra editione Summarium consuetum, & Index locupletissimus rerum omnium notabilium, sententiarumq; insignium, quæ in opere continentur.

Cum Priuilegijs Summi Pontificis, Cæsareæ Maiestatis, Catholici Regis Hispaniæ, Senatus Veneti, ac aliorum Principum.



Ex legato







NEAPOLI, MDXCIX.

Sumptibus BARETII BARETII Bibliopolæ Veneti.

Ex Typographia Io. Iacobi Carlini, & Antonij Pacis.



INVICTISSIMO ATQVE CLEMENTISSIMO PRINCIPI.

PHILIPPO AVSTRIO REGI MAXIMO, ET POTENTISSIMO



FRANCISCVS DE AMICIS FOELICITATEM.

TANTA est fides Vassallorũ tuorũ erga te, Inuictissime Princeps, quod in praestandis tributis, & subuentionibus quae Coronae tuae debẽtur, & quae signa sunt subiectionis, simul vndiq; certant quis poßit esse prior, atque vberior, & qui dona non habet condigna, tacito quodam marore cum silentio voluntatem, & animum tibi offert, vt Burgenses sapè faciunt. Ego autem, dum aliquot annos vacassem in legendo, atq; interpretando lecturam feudorum in hoc Almo Gymnasio Neapolitano, & diù causas militando, in Sacro Palatio pertractassem, decreueram tandem rogatus meas lucubrationes in lucem tradere, vt satisfacerem votis illorum, qui me legentem audierunt, & illas Maiestati tuae offerre, & cũ feudatarius non sim, non valens in catu illorum venire, qui ex debito munera grandia donant, nec cum illis deceat associari, qui nuda vota offerũt, statueram cum quibusdam aliis comitari, qui flores, & aliquales fructus in rudi canistro fideliter largiuntur ad tuae mensae ornatũ, & animi recreationem: quod cum facere instituissem, ac praeparassem primitias istas. Ecce iniunctum mihi fuit ex parte Illustrißimi, atq; Excellentißimi Domini

Comi-

Comitis Mirandæ Vicarij Maiestatis tuæ in hoc Regno Neapolitano admirandi atq; iustissimi, vt munus istud iterum reassumerem, & continuarē in interpretando librum feudorum; quod mihi gratissimum fuit, tum propter exstimationem honoris, quem secum ducit electio Proregis optimi, tū etiam quia quasi fœlici duplomate currens, ad Librum scribendū acceleraui, & calamum, et ingenium, vnde vt debitum meum in aliqua parte exsoluam paucos istos fructus, & flores, imò magis primitias militiæ meæ, tibi offero, & dedico, vt aliquando armorum, atq; bellorum depositis grauibus curis, cum animi tranquillitate intelligas otiosa, & forensia certamina Regni tui: & inde posterior ætas (si qua digna erunt) notabunt, & nostri temporis Doctores Jllustres, qui in hac Ciuitate florescunt, & de quibus tanquam ex seminario quodam semper eligis, et ad latus tuum extollis, in iudicio forsan adducent, adiuti non mea tantùm opinione, sed radiis Maiestatis tuæ, in quibus, & flores, & fructus isti velut in viridi planta renouabuntur, & viuent. Vale.

FRANCISCI DE AMICIS

REPETITIO TITVLI DE HIS QVI FEVDVM DARE POSSVNT.



SVMMARIVM.

1 *Actiones hominum in voluntate, & in potestate consistunt.*
2 *Pupillus, nec alienare, nec hæreditatem repudiare potest.*
3 *Prælati, tutores, procuratores, & Balij, nec similiter voluntariè alienare possunt.*
4 *Exequutores testamenti licet habeant potestatem vendendi à testatore, an, & quando alienare immobilia possint absq; decreto.*
5 *Feudatarius licet habeat vtile dominium; de eo tamen non disponit sinè consensu, & voluntate domini.*

1 
OMNIS nostra actio in voluntate, & in potestate cõsistit, teste Boetio, quem referunt, & sequuntur Doctores in cap cũ super Abbatia per illũ tex. de officio deleg. Bal. in l. cũ te, C. de donat. antè nupt. in princ. & clarius in cap. ex parte nu. 10. de Const. Decius in l. pacta nouissima, C. de pactis, & Afflictus decis. 305. nu. 7. & licet aliqui super addant, & modum, vt per Alex. Imò potius Barbatiam, inter consilia Alex. cons. 52. nu. 30. vol. 4. hoc magis ad declarationem poni potest: quia sub potestate comprehenditur, & modus:
2 videmus hoc in pupillo; qui licèt sit do minus bonorum; Illa tamen non alienabit, nec etiam hęreditatem repudiabit, cum velle non possit, ff. de acq. hęred. l. nolle, l. si fundus, §. 1. in verbo voluntas, ff. de pignoribus, iuncta glosa in verbo seruabitur, notant Doctores in l. potuit, C. de iure delib. Præla-
3 ti, etiam tutores, procuratores, & Balij, licet habeant rerum administrationẽ; illas similiter non alienant voluntariè; necessarium tamen actum facere possunt, vt per Andr. in cap. 1. per quos fiat inuestitura, & per Doctores in l. peto, §. prædium, ff. de leg. secundo, & in l. prædium C. quando decreto opus nõ est, notant. Bar. Bal. & alij in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. obligat. & Alex. cons. 62. vol. 2. probat etiam textus notabilis in l. tribus hæredibus, ff. de vsufructu earum rerũ, quæ vsu
4 consumuntur: sed in casu dictæ legis prædiũ, an exequutores testamenti habentes potestatem vendendi à testatore, possint mittere manum ad immobilia, sinè decreto; prò vt firmare videtur glos. ibi in princ. onus erit Ciuilistarum: quia contra glosam est veritas, & communis conclusio: vt per Lucam de Penna in l. fin. col. 3. C. de principibus agẽtium in rebus lib. 12. nisi in spetie testator mandauerit de fundo designato, vel indiuidualiter demonstrato; nè videatur demandata cognitio, potiusquam exequutio, & est ratio. Nam

vbi vertitur aliqualis causæ cognitio, Iudicis ministerium adhibetur, quod exigitur in discernendo, quid vendi magis expediat: Docet Bal. in rubrica, C. de contrah. empt. in 3. quæst. & Doct. norant in l. vnum ex familia, ff. de leg. secundo. Et ideò generale mandatum non sufficit: Feudatarius, etiã licet habeat vtile dominium, de eo tamen non disponit sinè consensu, & voluntate domini, vt videbitis in textu vestro.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quid sit, vndè originem sumpserit, vnde dicatur, quotuplex sit, quot modis queratur, & an contractus iste sit de iure ciuili, & quomodo nascatur, & fiat feudum.*

2 *Feudum homini muto comparatur.*

3 *Frustrà de potestate rerum concedendarum tractatur, si res ipsæ, & ipsũ prædicatum ignoratur.*

4 *Feudum, an sit inuestigare, non oportet; postquam hoc pertinet ad ea, quæ possunt accidentaliter inesse rei, vel personæ.*

5 *Feuda de publico, & ex regum, ac dominorum munificentia processerunt.*

6 *Feudi diffinitio.*

7 *Feudum licet vendatur, aut propter seruitium detur, attamen beneficium appellatur.*



ET prò inde, cupientibus vobis, intelligere iuxta materiam rubricæ vestræ, qui feudum dare possunt, & qui etiam feuda possint erigere, seù cõstituere, scire prius expedit. quid sit feu-
1 dum, & inuestigare simul originem feudorum, vndè dicatur feudum, quotuplex illud sit, & quot modis quæratur, & an contractus istæ sit de Iure ciuili, vt videtur sub oscurè tamẽ firmare Andr. in præludijs quæst. quincta, & simul inuestigabimus, quomodo nascatur, & fiat feudum, cum illud ho-
2 mini muto comparetur per glosam nostrarum constitutionum, quam declarat Lucas de Penna, in l. originarios, C. de arg. & cens. lib. XI. quomodò, & in quo viuat, & quomodo moriatur. & si mors Ista compræhendat omne feudum, & hoc propter dubitatẽ. quæ oriri solet, ex verbis Andr. si Annihilatio feudi proueniens per culpam agnati, procedat etiam in feudo, quod
3 dicunt ex pacto, & prouidentia; frustrà etenim de potestate rerum concedendarum tractaremus, si res ipsas, ac ipsũ
4 prædicatum ignoraremus; Nec nunc quærere oportet, an sit feudum, postquam hoc quærere, & inuestigare pertinet ad ea, quæ possunt Accidentaliter inesse rei, vel personæ: sed quia feu-
5 da de publico, & ex regum, aut dominorum munificentia processerunt, & illa sensatim tractamus; Ideò consultò hoc quæsitum omictitur. Nam cõtractus iste feudalis sicut, & aliqui denominatur ab actu exequendi, quia Re contrahitur; Et pro inde ad institutum
6 ordinem deueniendo, est sciendum, ꝙ Feudum, est rei immobilis, vel æquipollentis concesio cum fidei, & proprietatis retentione, ac vtilis dominij translatione: hanc diffinitionem firmauit dominus Iacobus Beluisius Doctor magnæ authoritatis in principio sui operis super feudis, firmat Zatius in suo tractatu de vsu feudorum, post princ. sub rubr. de origine, & diffinitione feudi,

di, quem sequitur glos. Paris. tit. 1. in fine nu. 52. & seq. etiam in princ. operis, commendat Curtius in suo tract. feud. cap. 7. & licet alij aliter diffinire conētur, sequendo Obertum de Orto in §. Beneficium, ex quibus causis feudum amict. scilicet. ꝙ Feudū nihil aliud est, quam beneuola actio, tribuens gaudiū capienti; mihi magis placet prior diffinitio, postquam Obertus, ibi potius ad effectum contractus, quam ad substantiam respicere visus est, nam, quis sensatus, & sanè mentis dubitabit, ꝙ si feudum, quod Beneficiū appellamus, concedatur alicui per Principem, is, qui illud recepit, gaudium, indè suscipiat, & paradogium, cum beneficium pro ipsa largitate, accipiatur, secūdū Andr. in c. 1. in fin. de feudo guardiæ, & regulariter feuda, ob amorem, & honorē domini constituantur, secundum eundem Andr. in c. 1. post num. primum de feudo dato in vicem legis commissoriæ, & pro inde licet aliquando
7 vendatur, aut propter seruitium detur, nihilominus, beneficium appellabitur; quia in eo præponderat gratia, & beneuolentia domini, l. Titius puerum, ff. de obsequijs libertorum cum concordantibus, probat Alexan. cons. 7. vol. 7. Ideò vos, qui ad rerum substantiā attēditis, stabitis cum diffinitione prædicta in quā etiā inclinauit idē Obertus in §. huius autē generis, ex quibus causis feudum amict. ibi, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ, penes dantem remaneat, & quæ sequuntur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, an dicatur facti, vel iuris.*
2 *Contractus quidditatem ad cognoscēdam, non sunt verba illius consideranda, sed effectus tantum.*
3 *Feudū dicitur res extra patrimoniū.*
4 *Feudum omne ex sua primordiali natura, & origine dicitur ex pacto, & prouidentia.*
5 *Feudum si sit datū titio pro se, & heredibus nomine collectiuo, censetur qualitas hæreditaria posita fauore morientium.*
6 *Feudum non dicitur vniuersum, sed de vniuerso.*
7 *Paragium debitum sororibus, an possit excedere virilem.*
8 *Feuda separata à patrimonio, cum titul. vniuersali primogenito dantur ex l. primogenituræ, tanquam res, non tanquam ius.*

PRO cuius diffinitionis declaratione, vt nihil prorsus omittatur, aut relinquatur incognitum, sciatis, ꝙ ideò dictum est rei, quia feudū
1 dicitur res, & non ius, non enim feudū dicitur vniuersale Iuris, sicut hæreditas, peculium, dos, & similia, l. hæreditatem, cum glo. C. de hæredit. Actio, l. hæreditas, ff. de acquir. rerum dom. sed dicitur vniuersale facti, secundum eundem Andr. in c. 1. in verbo traditionibus antè nu. 5. quid sit inuestitura, & alibi sępè probat tex. Notabilis in ratione sui, cum glo. in l. denique, ff. ex quib. caus. maiores, & probat Affl. in præludijs nu. 77. & seq. Et licet dominus Camerarius in c. Imperialem fol. 38. tenuerit, ꝙ feudum dicatur vniuersale Iuris, & facti, sua opinio poterit adaptari, quando dubitaretur, si feudū Iure, aut legitimè constitutum sit, & sic in ipsa conseruatione feudi, vt dixit

 Bal.

Bal. de possessorio Iuris, & facti in c. 1. an agnatus, & melius Innoc. in cap. cũ causam de test: vbi declarat, quomodo intelligatur possessionem esse iuris, docet Alex. cons. 62. vol. 6. sed inspecta natura feudi, dicitur vniuersale facti, & non iuris, & verba domini Camerarij possent trahi ad omnem contractum, non legitimè factum, vt d. l. denique, nam quilibet contractus habet sua substãtialia, naturalia, & accidentalia, etiã contractus feudalis, & propterea quãdo de substãtialibus dubitaretur, tunc sine dubio Iuris ministerium requiritur, cum lex dederit in omnibus certã formam, & certum modum contrahendi, ne sit in facultate contrahentiũ mutare nomina, & substantiam cõtra-
2 ctibus, l. si insulã, ff. de præscript. verb. Nam ad contractus quidditatem cognoscendam, non sunt verba illius cõsideranda, sed effectus, secundũ Andr. in c. 1. de succ. feud. vers. filij tantum in fine, vbi alleg. l. si vno, ff. locat. & secũdum Curt. Iuniorem, cons. 82. qui alleg. dictam l. si insulam, & alias concordantes, & ideò idem Andr. in cõst. si dubitatio circa fin. dicit, ꝙ feudum
3 dicitur res extra patrimonium, per ista verba, sed si non constat per probationem agentis, vel confessionem conuẽti, ꝙ feudum petitum sit actoris, Actor dicendo esse feudum, dicit illud esse extra patrimonium suum, quia Feudũ est beniuola actio, cuius dictis conueniunt scripta per Dec. cons. 78. vbi vult, ꝙ ius petendi, renouationem inuestituræ, & priuilegij, cõpetit singulari successori, quam vis non sit hæres, quod habet rationem, nam multum interest succedere titulo hæreditario, vbi consideratur dispositio Iuris, & succedere ex contractu tit. particulari, vel ex fideicommisso, in quibus consideratur voluntas contrahentium, siuè dispon ẽtium, l. si titius ex parte de leg. 3. faciunt notata per Bart. in l. nec, 15 §. 1. ff. de acquir. hæred. Et ideo Andr. dicit feudum esse rem extra patrimonium, & licet ipse loquatur de feudo ex pacto, & prouidentia, quod ego fideicõmissarium appellare soleo, nihilhomi-
4 nus omne feudum in sua primordiali natura, & origine, dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, & sic dici potest res extra patrimonium, sed si illi addatur qualitas hæreditaria per legem inuestituræ, tunc non desinit esse feudum ex pacto, seu fideicommissariũ, sed dicetur feudum ex pacto, & prouidentia, cum qualitate tamen hæreditaria per accidens illi additum, & sic conuentio paciscentis, seu dantis, & inuestientis facit, vt illud feudum, quod in sui primodio, & naturali statu dicebatur ex pacto, vniatur patrimonio, & hæreditati morientis, Et ità vos intelligatis regulam, ꝙ in petitione hæreditatis veniunt, etiam feuda, vt per glo. in l. Item videndum in fine ff. de pet. hæred. Nam tunc illa res, quæ erat extra patrimonium, & dicebatur res singularis, fuit species, quædam extracta à suo genere cap. Dudum de præben. in vj. & fuit vnita Iuri, & vniuersitati, seu hæreditati morientis per accidens, scilicet & per legem inuestituræ, quæ lex principaliter attendi debet, quando non habet legis resistẽtiam, l. legem, C. de pactis, & l. 1. §. si conueniat, ff. depositi, contractus enim ex conuentione legẽ accipiunt, vt ibi notatur, & illam legẽ passim expendit Andr. ad inuestigandam originem contractus, & aduertite domini,

domini, ꝙ illa qualitas accidentalis hę reditaria, scilicet posita in lege in-
5 uestituræ, puta si datum sit feudum Titio pro se, & hæredibus, nomine collectiuo censetur posita ad beneficiũ morientium, scilicet, vt defunctus habeat hæredem, etiam in feudo, secundum Andr. in cap. 1. de Alien. feu. Pater. in princ. & vt vnicum sit patrimonium morientis, & vt feudum ipsum sit vnitum patrimonio feudatarij ex præordinata voluntate dantis, & accipientis, vndè feudum non poterit alio Iure Capi, quam tota hæreditas postquam agnatus veniẽs, dicitur habere causam, non ex tunc à principio concessionis, sed prò vt ex nunc, à die mortis vltimi feudatarij, cui tenetur esse hæres secundum Andr. in c. 1. §. quid ergo antè, & post num. 8. de inuestitura de re aliena facta, in quo loco tractat naturã vtriusq; feudi, scilicet feudi recti, seu ex pacto, & prouidentia, & feudi hæreditarij, & alibi sepe, & in dicto cap. 1. de
6 Alien. feud. Pater. Nam Feudum non dicitur vniuersum, sed de vniuerso per ea, quæ notant Bar. Bal. Paul. & cæteri in l. cogi. §. indè quæritur, ff. ad trebell. per illum tex. Vndè dixerunt Aliqui, ꝙ institutus in feudo, dato hærede vniuersali, habebitur instar legatarij, tanquã institutus in re certa, l. 1. §. si ex fundo, ff. de hæred. instit. quod nos alibi examinauimus, & est glo. sollẽnis in l. si quis
7 seruum in fin. in vers. deduceretur. ff. de leg. 2. Et hæc discussio prodest ad quęstionem pridiè occursam in S. C. inter dominum Hęrculem de Rossis Comitem Calatiæ, & dominum Ferdinandũ de Rossis eius fratrẽ, inter quos, dũ dubitaretur de portione dicti domini Ferdinandi eidẽ debita super bonis, & dotibus dñæ Magdalenæ Sanseuerinę comunis matris, dicebam Ego, pro domino Comite, ꝙ ab hæreditate defunctæ matris erant deducenda paragia comunium sororum, nè dum vsq; ad virilem, sed etiam vsq; ad integras dotes, bona fide datas, & constitutas per dictum dominum Comitem, absente dicto domino Ferdinando, qui donauerat fratri primo genito omnia iura, etiam vitam militiam, & portionem dotium maternarum sibi competentia super bonis vtriusque parentis, & licet postea donatio ipsa fuerit rescissa, post dotationem, Allegaui, ꝙ nunc debet haberi ratio dotium solutarum, quam vis dotes fuerint excessiuæ, habito respectu ad vires patrimonij, & ità iudicatum fuit per Sacrum Consilium, scilicet vt dominus Ferdinandus teneatur cõtribuere prò integris dotibus solutis, per dominũ Comitem, & hoc per textum singularem in l. si quid possessor, §. sicut autem sumptum, ff. de pet. hæredit. credidit enim. Dominus Comes donationem sibi factam à fratre esse perpetuò mansuram, & irreuocabilem, & propterea tanquam de suo patrimonio potuit esse liberalis, & dominus Ferdinandus veniens posteà, re non integra, tenetur non impugnare, quod legitimè, ac bona fide largitum, & solutum fuit, & hic est vnus de casibus, ex quibus limitatur conclusio cõmunis, Doctorum, & Andr. in const.
8 in aliquibus, vbi volunt, ꝙ Paragium debitum sororibus, non potest excedere virilem, nam paragium, licet, sit loco legitimè, & debeatur conditione ex illa lege ex causa congruæ dotationis, non tamen potest excedere virilem, à qua excluditur, & Ità allegabant periti aduoca-

aduocati partis aduerſę, nihilominus, per dictam legem fuit iudicatum contrarium, & benè, quam legem, & rationem ipſius extendatis vos domini, etiam ſi alter frater, prius non donaſſet, ſed fuiſſet abſens diuturna abſentia, argumento l. item ſi filiusfamilias §.ſed ſi filiusfamilias patre ſuo relegato, ff. ad Maced. nam tunc frater bonorũ adminiſtrator poterit dotare ſororem communem de communibus bonis, etiam vltrà virilem, ſi qualitas perſonarum hoc exigat, vt contrahantur, & fiant matrimonia condecentia, & cõdigna,& hoc fuit incidẽter diſcuſſum in illa cauſa, ſed pro articulo currenti, iuxta materiam propoſitam, allegabam in eadem cauſam, ꝙ cum domina Magdalena cõmunis mater ſeparauerit à ſtatu, & ab vniuerſa hæreditate dotes ſuas, dando in dotẽ quædam caſtra extimata, pro ducatis triginta tribus mille, dicebam ego, ꝙ ſtatus Calatiæ, qui debebatur primogenito ex lege contractus, & primogenituræ, non debebat appretiari cum alijs bonis dotalibus, quia feuda nunc ſeparata à patrimonio,& à titulo vniuerſa-
8 li, debebantur primogenito, tanquam res, & non tanquam ius, quia ius vniuerſale defunctæ matris, conſiſtebat in dotibus datis, in quibus dicitur conſeruari ſuccesſio, tanquam in vniuerſo, & in illis tantum debebat participare ſecundogenitus per rationes prædictas, & per l. 3. ff. de bon. poſſeſſ. & l. primum §. quædam de rerum diuiſione, ſed Sacrum Conſilium iuſsit appretiari omnia bona, etiam ſtatum Calatiæ, cauſa nunc pendet, expectabimus exitum controuerſiæ, ſed pro opinione mea videbitis, Bal. in auct. ceſſante nu. 4. C. de legit. hæredibus, licet dubitari poſsit, ꝙ vniuerſitas non ſit data in dotem, de quo dicetur infrà in termino ſucceſsionis poſt Andr. vbi tractamus materiam legis mulier bona, ff. de iure dotium, & an dos, ſeu dotis Datio, dicatur Titulus vniuerſalis, interim, tamen videbitis Bald. in l. 1. col. 2. ff. ſoluto matrim. & in l. fin. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate, & Corn. notabiliter conſ. 40. vol. 3. cum allegata glo. in verbo deduceretur in l. ſi quis ſeruum in fin. ff. de leg. 2. Ad quam ſemper confugitur, & ad Bar. in l. item videndum in fine, ff. de pet. hæred. vbi eſt glo. notabilis, de feudis loquens, quam ſuperius allegauimus, & l. ex facto: la 2. ff. de hær. inſt. Sed hoc clarius examinamus in cap. An Agnatus. In Articulo contributionis: onerũ hæreditariorũ, De quo etiam Aliquid ſcribimus in ſeq. quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Defuncti voluntas nihil põt in feudis.*
2 *Feuda transferuntur ad proximiores de compræhenſis in inueſtitura.*
3 *Hæredis appellatione venit quoque bonorum poſſeſſor.*
4 *Feudum conceſſum Titio pro ſe, & hæredibus quibuſcunq; comprahendit, etiam legatarios.*
5 *Legatarius in re legata, quodadmodò hæres eſt.*
6 *Diſpoſitio c. primi de fil. nat. ex matr. ad morg. contra. in quibus caſibus procedat.*
7 *Deciſio Capic. 198. quando procedat.*
8 *Feudum ex pacto tangi non poteſt per defunctum.*

9 Heres

9 *Hæres verbum hoc in Iure, quod modis accipiatur.*

10 *In feudo hæreditario, an feudatarius dicatur esse hæres.*


ACIVNT etiam prædicta ad aliam notabilẽ quęstionem, his diebus, etiam subortam in Sac. Cons. inter dominam Marchionissam Galatenæ, & dominam Victoriam de Oria, matrẽ domini Iulij Cesaris Squarciafici, olim Marchionis Galatenæ, qui moriens sinè filijs, instituit hæredem vniuersalem dictam eius matrem, eo defuncto, domina Liuia Squarciafica, vxor domini Marchionis Tursi, nunc Ducis Calentiæ, & Amita testatoris, petijt inuestituram feudorum, seu confirmationem à Regia Camera, & obtinuit, cum defuncti voluntas nihil pos
1 sit in feudis, sed domina Victoria hæres vniuersalis, petijt, vt dicta domina Liuia domina status, & feudorum cõtribuerat in solutione æris alieni, pro rata bonorum, iuxta dispositionem legis primæ, C. si cert. pet. & l. pro hæreditarijs, quæ est lex 2. vbi sunt concordantiæ in glo. C. de hæred. actio. Dicebamus pro moderna Marchionissa, ꝙ ipsa nõ tenebatur cõtribuere, nec onera hæreditaria subire, aut agnoscere, quia feuda lex transfert ad proximio-
2 rem de comprehensis in inuestitura, & postquam moriens elegit alium habere hæredẽ, ille solus tenebitur ad onera hæreditaria, quia nunc, alio instituto hærede, domina Marchionissa habebit feuda, sicut succeditrix iure successorio, & in re certa, & non sicut hæres. vt per Affl. in cap. 1. qui succ. ten. post nu. 38. nam illa præordinata voluntas primi acquirentis, qui quæsiuit feuda sub qualitate hæreditaria, intelligitur, & conditionem habet, si moriens vti velit, instituendo ipsum hæredem, & tunc dicetur hæres conditionaliter, & habebit feudum conditionatum à lege, vt docet Andr. in cap. 1. in fine de eo, qui sibi, & hæredibus suis, sed quãdo defunctus quoddammodò, separauit rem feudalem, ab vniuerso patrimonio, tunc feuda, redibunt ad suam primordialem naturam, & sic considerabũtur penes succedentem, tanquã res, & non tanquam ius, & tunc feudatarius isto modo succedens, dicitur successor singularis, cum in bonis feudalibus lex sit, quæ transfert dominium, & lex eadem facit feuda accipientis absq; hominis ministerio, & pro hac opinione facit decisio Bar. in l. 1. §. bonorũ, ff. ad treb. vbi vult per illum tex.
3 ꝙ appellatione hæredis venit etiã bonorũ possessor, sed melius hoc firmauit, & explicat idem Bar. in l. si quis seruum in fine, ff. de leg. 2. vbi notatur differentia inter partem hæreditatis, & partem bonorum, quibus adaptari potest decisio Bal. in c. Imperialem num. 19. de prohib. alienat. per Feder. vbi vult, ꝙ quando feudum conceditur Ti-
4 tio prò se, & hæredibus quibuscunq; compræhenditur etiam legatarius, cui res illa feudalis legata esset, quia legatarius in re legata quodammodo hæres est, l. fluminum, §. adijcitur, ff. de damno infecto, vbi est textus notabilis ad multa, quæ tractauimus in cap. an agnatus, & per hæc iura solitus sum dicere, ꝙ dispositio c. 1. de filijs natis ex matrimonio ad morg. contracto, non procedat, nisi incertis bonis, non autẽ, in successione vniuersali, vt videbitis

in cap.

in cap. filij nati, si de feudo fuerit cōtr. & in hanc opinionem venerunt, quam plurimi docti viri, pro qua fuit allegata glo. notabilis in §. legatarijs Inst. de testam. in ver. non iuris, & decisio domini Iacobi Beluisij in cap. 1. An agnatus, vbi dixit ista verba, quod dixi de filio, vt non liceat repudiare hæreditatem, intellige, quando filius potest hæreditatem patris habere, quia pater instituit eum in testamento, vel quia pater mortuus est intestatus; Si verò non potest hæreditatem habere, tanquam hæres, quia alius institutus est hæres, & pater reliquit filio legitimam portionem iure institutionis, tunc filius poterit feudum acquirere, licet non sit hęres, nec tenebitur debitum soluere, hæc sunt verba sua, & ipsum sequūtur Bal. & Affl. in eod. cap. an agnatus post nu. 8. & rationem assignat Bal. quia hæres, & feudatarius, veniunt nunc diuerso iure, scilicet hęres vniuersalis per titulum institutionis ab homine, & feudatarius, per successorium edictum, à lege, nec huic motiuo contradicit de-
7 cis. cap. 198. Nam illa decisio vera est, quando feudatarius fuit institutus in aliquibus alijs bonis alodialibus: nam tunc quia particeps de alijs bonis, tenetur etiam pro feudo ad onera hæreditaria pro rata sui feudi, & bonorum l. ex facto la seconda, ff. de hæred. instit. quæ est lex notabilis, sed quando non fuit institutus, nec participat de alijs bonis defuncti, tunc sine dubio, secundum aliquos, stabit conclusio superius firmata, & illam sequi videtur idē Capic. decis. 64. nu. 7. & istam distinctionem videtur etiam sequi dominus Marinus in suo tractatu de subfeudis, lib. 3. quæst. 10. & 13. sed vltrà scribentes illa sola consideratio attendatur, relata per dominum Iacobum Beluisium, scilicet, quando non stat per successorem habere feudum iure hæreditario, sed stat per defunctum, qui maluit instituere alium hæredem, & hoc casu, vt dixi, supplebitis vos, omne feudum dicetur tunc ex pacto, & prouidentia, sinè qualitate hæreditaria, quā qualitatem reassumit posteà feudum, si istæ nouissimus successor posteà moriens, instituat hæredem successorem proximum in feudo, & ego allegaui dominis collegis, in collegio decis. An dr. in c. 1. per quos fiet inuestitura post nu. 5. vbi dicit ista verba, compellatur restituere, taliter in feudatus hoc feudum agnato proximiori, redito ab eo pretio: Siquidem hic acceptor dederat illi vendenti, & hoc si erat hæres in alijs bonis dicti venditoris, hinc agnatus, alias recuperat sine pretio, quia ex pacto, & prouidentia, sibi debebatur, vt hic in glo. Ponderabam ego illa verba Andr. si erat hæres in alijs bonis, & inferebam, ꝙ si non est hæres in alijs bonis, habebit feudatarius feudum præcipuum, & sine onere, seu cō tributione oneris, & per ista verba Andr. declarantur verba Iacobi Beluisij, scilicet, ꝙ ipse loquitur, vt dicunt a-
8 liqui, in feudo hæreditario, Nam feudum ex pacto tangi non potest per defunctum, nec super eo aliquod onus imponi, c. 1. de succ. feud. & de hoc feudo ex pacto, scribit Andr. ꝙ feudum istud, instar fideicommissi transit de persona in personam, iuxta legem inuestituræ, & quasi per ordinem, liberum sine onere, quasi restitutioni subiectum, hæc sunt verba sua in c. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis ante n. 2. col.

col. 1. ibi hoc est regulare in omni feudo, & alibi sæpè, & in c. 1. de success. feu. post. nu. 9. & per ista verba solitus sum legendo & consulendo, appellare feudum istud, feudum fideicōmissarium: Sed quia in hoc passu Doctores variè scripserunt, & ista opinio non potest substineri in feudo hæreditario, remictam hunc articulum ad ea quæ diffusius scripsi in cap. an agnatus, & aliquid dicetur inferius super ter. successionis in quæstionibus: Quibus ad-
9 di potest, ꝙ verbū hæres in iure nostro capitur quatuor modis, secūdum Bal. quem refert Socc. cons. 249. nu. 13. vol. 2. omnibus numeris computatis, & videbitis simul Oldr. cons. 94. & glo. Paris. §. 11. nu. 8. & seq vbi aliqua tangit post nu. 9. Bart. autem in l. quæsitum §. si mihi de leg. 1. dicit aliquando poni hæreditatem pro bonis, & est notabile dictum: Sed si opinionem istam sequi volueritis, disputādi causa, & ad acuenda studiosorū ingenia, non obstabit nouissima decisio Sacri Cōc. relata per Dominum de Frāchis Decis. Prima qui dixit ꝙ in feudo hæredita-
10 rio feudatarius debet esse hæres, alias stabit cōclusio superius firmata, vt feudatarius capiat feudum iure proprio, & vt successor in feudo, sine tamē qualitate hæreditaria, vt firmat Bal. in d. auth. cessante: Lex enim est quæ transfert feuda absq; hominis ministerio, sequitur Socc. cons. 252. vol. 2. sed veritatem articuli, videbitis plenius examinatam in c. 1. an agnatus, vbi diffusius tractauimus, nam ibi cadit ista disputatio. Et ibi firmamus, ꝙ citra aliā institutionē feudatarius debet esse hæres in feudo vt firmat Andr. in dicto cap. an agnatus, & in c. 1. de succ. feudi, & firmamus etiam ꝙ Iacobus Beluisius loquitur ibi in feudo ex pacto, & prouidētia nō autem in feudo hęreditario, & hæc est verior opinio à qua recedere nō licet, vt ibi apertius firmamus. maximè in iudicando. Nam disputandi causa, & ad acuenda ingenia studiosorū, multa dici permittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius moriens, modicum habēs patrimonium, si malitiosè instituat aliquem hæredem vniuersalem, & ille nolit esse hæres, vel adeat hæreditatem cum beneficio, l. quomodo succurratur creditoribus, qui bona fide contraxerūt cum feudatario feudum habente remissiuè.*

2 *Feudatarium successorem habere lucrum, & capere feudum pinguè in iacturam creditorum, qui bona fide contraxerunt, non conuenit.*

3 *Feudum volenti defertur.*


ENE tamen fateor, ꝙ in omnē casū si feudatarius moriens, modicum habēs
1 patrimonium, malitiosè instituat alium hęredem vniuersalem, & ille nolit esse hæres, vel adeat hæreditatem cum beneficio legis, tunc creditoribus succurrendum erit, etiam cōtra feudatarium, & ad feudum, in subsidium, ne sit in facultate morientis, fraudare creditores suos, qui bona fide contraxerunt cum feudatario, habente feudū: Et fraus ista proderit creditoribus, vel sit ex cons. dantis, vel ex euentu rei, vt not. Doct. passim, & probatur in l. fin. ff. si quid in fraud. pa-

troni, & in l. fin.§. pen.iuncta l. ait prętor ff. quæ in fraudem creditorum, & in l. 2. C. si quid in fraud. patroni, & Clarius in l.penul.c.quæ in fraud.cred. & per Alex. conf. 55. vol. 1. qui alios refert, & And. not. in c. 1. quib. mod. feud. amict. l. 2. & ratio est, quia non conuenit feudatarium successorem habere lucrum, & capere feudum pinguè in damnum,& iacturam credito-
2 rum,qui bona fide contraxerunt;Nam licet feudum debeatur à lege, tamen volenti defertur, & defertur tanquam
3 lucrum ex præcedenti inuestitura cũ qualitate hęreditaria,propter quam tenetur is qui succedit esse hæres vltimi morientis secundum Andr. in cap. 1. de alien. feu. pater. in princ. & hoc videmus in filijs, quibus licet hæreditas paterna dicatur quasi debita, de illa tamen iudicatur,tanquam de lucro, non tanquã de damno, vt dicunt Bar. & Bald. in l.si emancipata, C. de iuris, & facti ignorantia.

SVMMARIVM.

1 Feudatarius cogitur vẽdere feudum, & pretium conuertere in satisfactionem creditorum,etiam in actione personali,& an procedat in omni feudo.



T hæc fuit ratio, vt arbitror,legis seu constitutionis si quis post litem, quã optimè declarauit dominus Loffredus conf. suo 46. & per quã
1 Sacrum Conf. passim seruare consueuit, vt creditoribus vrgentibus, etiam in actione personali,feudatarius cogatur vendere feudum, & pretium conuertatur in satisfactionem creditorũ, qui creditores essent in damno,& feudatarius in lucro, quod bone fidei non cõgruit:nec ferendũ est in feudo hæreditario. Sed ante Loffredum hoc firmauit Spec. in tit. de exequut. sent. §. sequitur, & Bald. in auth. ei qui C. de. bon. auth. iud. possid. refert, & sequitur Alex. conf. 124. num. 9. & melius hoc firmat idem Alex. conf. 19. vol. 5. vbi optimè loquitur: sed quando feudum esset ex pacto,& prouidentia,poterit filius sibi consulere, faciendo inuentarium, vt scribit Andr. in c. 1. an agnatus, vbi latius scripsimus, & citò videbitis, Deo dante. Nam ibi quæstiones istæ magis congruunt, & vos viua voce illas audistis disputatas per me. Ideo ad ibi scripta remictimus.

SVMMARIVM.

1 Feudatarius hæres institutus in aliquibus bonis allodialibus defuncti, & nimium grauatus per morientem quantitate legatorum, quanta erit portio, quæ sibi relinquetur in concursu legatariorum.

2 Successio si legatis exausta sit, tunc, an filijs danda sit legitima,& quid si successores sint extranei, tunc legata quomodo soluantur.

3 Hæres in re propria grauari potest, & legatarius vsque ad valorem rei legatæ.

4 Hæres q. in feudo hæreditario non possit venire contra factum defuncti, quomodo, & quando procedat.

5 Feudatario tantum dimictendum est, per quod militare potest.

6 Feudorum non datur vsusfructus.

7 Vitæ Militiæ in liquidatione primogenitus,

genitus primo capit ante partem me dietatem fructuum, tanquam æs alienum, ratione seruitij, & alia me dietas diuiditur inter omnes, computata etiam persona primogeniti.

7 *Militare seruitium, quod debetur pro feudo; tanquam æs alienum detrahi debet, ad beneficium domini, cui debetur seruitium.*



1 SED hic pulchrum erit discurrere, si feudatarius instituatur hæres, & participet de aliquibus bonis allodialibus defuncti, sed nimium grauatus sit per morientem, mole, & quantitate legatorum, quanta erit portio, quæ relinquetur feudatario in concursu legatariorum; nam respectu creditorum nihil sibi dimitti potest: & nunc veniunt discutienda, & examinanda scripta Doctorum, & Andr. in d.cōst. si quis post litem, & in c. 1. nu. 5. per quos fiat inuestitura, & in d. decis. 1. Sacri Consi.per dominum de Fráchis; Et reperio, ꝙ Doctores in l. 1. C. quorum legatorum, notant, ꝙ si successio legatis exhausta sit, tunc filijs legitima
2 danda est, sed si successores sint extranei, tunc vsq; ad valorem hæreditatis legata soluantur. Nam etiam hæres in re propria grauari potest, & legatarius vsq; ad valorē rei legatæ; vt per Alex.
3 in l. si hæredis seruus col. 2. ff. de leg. 1. sed in filio feudatario scio Sacrū Cōc. vsq; nunc consueuisse reseruare filio legitimam, appretiato etiam feudo, seu computato valore feudi in illius extimatione, & taxa, iuxta traddita per Doct. in l. omni modo, §. imputari, C. de inoff. test. vbi Paul. de Castr. hoc not. & per Alex. in l. in quartam ff. Ad legem falc. Quod probat Camer. in cap. Imperialem in fine, sed in feudatario extraneo, Reperio, ꝙ dñs Afflit. in c. 1. §. quoq; post nu. 13. de succ. feud. dicit ista verba, plus dico, ꝙ licet regulariter hæres in feudo hęreditario
4 non possit venire contra factū defuncti, hoc est verum dicit ipse, nisi factū defuncti tendat ad fraudandum hæredem beneficio legis, vt notatur in l. 1. & 2. C. si quid in fraud. patr. Sed quale sit istud beneficium, ipse non exprimit, dominus autem Camer. in sua repet. c. Imperialē fol. 21. videtur firma-
5 re, vt feudatario tantū dimictendum, seu relinquendum sit, vt militare possit. Mouetur ratione legis cum multa C. de bonis quæ lib. per quā dispon-
6 tur, vt de feudis non debeatur patri vsusfructus, & illam legem allegat Andr. in præsenti cap. nu. 13. & pro inde dicit ipse, si vsusfructus denegatur patri, de feudis per filium quæsitis, ne deseratur seruitium militare, quanto magis detrahetur ad damnum legatariorum, ne lucrum capiant in damnū feudatarij, qui posset ex hoc fieri inhabilis, aut minus sufficiens ad pręstādum militare seruitium. videmus hoc
7 in vita militia, in cuius liquidatione, primogenitus pręcapit ante partē, medietatem fructuum, tanquam ęs alienum ratione seruitij, & alia medietas diuiditur inter omnes, computata etiā persona primogeniti, secundum Affl. in §. præterea ducatus nu. 19. de proh. per Feder. sed quia nunc habeo in facto pro Magnicis Rinaldis de Ciuitatis Capuæ, pro opinione Camer. adduco vobis solemnem decisionem Speculatoris sub tit. de capellis monac. nu. 4. vbi dicit ista verba, & nota ꝙ reli-

giosi, siue sint exempti, siue non debēt Clericis, quos præsentant ad Ecclesias reseruare congruam substentationem, Ita ꝙ possint episcopalia iura persoluere, alioquin diœcesanus non debet eos admictere; vndè dici potest ex hoc
8 ꝙ militare seruitium, quod debetur pro feudo, & de quo per And. in cap. Imperialem, §. firmiter de proh. feud. alienat. per Feder. & alibi sępè, & nos suo loco tractabimus, tāquam ęs alienum detrahi debet ad beneficium domini, cui debetur seruitiū probat hoc in ratione sui, capitulum Regni, incipiens apud Fogiam, & hæc detractio, iudicio meo, fieri debet, tàm ad beneficium feudatarij extranei, quam etiā ad beneficium filij, cuius legitima non debet annihilari, aut minui, per integrum valorem feudi, sed valor ipse feudi debet extimari, deducto seruitio, probat notab. l. Titius rogatus, ff. ad trebell. ibi peculium autem, quod in Castris fuerat acquisitum, militi relinqui placeret. Nam omnes fatemur, ꝙ militi aliquid relinquendum est, & Camer. dixit, vt militet, vndè de quanto non oportet dubitari, cum quantitas seruitij certa sit, quæ est medietas fructuum, vt per Andr. in locis præcitatis in §. firmiter, cap. Imperialem de prohib. per Feder. & in §. similiter de capit. corradi, & in cōst. siue reali vbi hoc notatur. Et alibi passim, volui Ista scribere, vt excitem ingenia doctissimorum virorum, & sollicitare simul dormientes, ne semper stemus in regulis, & vt aliquid addatur dictis maiorum nostrorum, qui non potuerunt singula præuidere, & discutere.

SVMMARIVM.

1 Quare filio sit aliquid relinquendum tit. institutionis.

SED in causa dictę dominę Marchionissę posset dubitari, quid si Marchionissa fuisset hęres instituta in feudo tantum, an tunc, ex vi institutionis teneretur ad contributionem, & solutionem æris alieni pro rata bonorum; & in hac quæstione est præscieudum, quid importet illa particularis institutio super certa re, dato cohærede vniuersali; Super quo articulo Doct. ci-
1 uilistæ nimium laborauerunt in inuestigando rationem, quare filio sit relinquendum aliquid tit. institutionis, & vario modo scripserunt, vt scitis, sed dominus Napod. alter Princeps togatorum, & Andreæ imitator & emulus, in consuetudine si aliquis moriens in sua glo. super ver. relinquere, dicit, ꝙ titulus iste institutionis requiritur propter commodum iuris accrescendi, quod ius non habent legatarij: hāc eandem opinionē firmat doctissimus dominus Tiraquellus. in suo tract. de iur. primo gen. quæst. 57. vbi dicit, ꝙ titulus iste honorabilior est, & pinguior: propter ius accrescendi, alleg. Bar. in l. illa institutio; & in l. his verbis, ff. de hæred. inst. not. Doct. in l. 1. §. si ex fundo, ff. de hæred. inst.

SVMMARIVM.

1 Institutionis effectus quis sit.

2 Spes liberorum procreandorum aliquando sustinet actum, qui alias non

non valeret, & præsumeretur in fraudem factus.

3 *Spes sola, quæ debetur ex l. contractus dicitur esse in consideratione, non autem illa, quæ pendet à futuro euētu.*

4 *Quæ pendent à futuro euentu, quando eueniunt, & certa sunt, attendūtur, & propterea retrò trahuntur ad cōfirmationē, vel annullationē actus.*

5 *Spes illa, quæ non habet subsistentiā causæ. de præsenti, vana est, & inconsiderabilis.*

6 *Hæreditas, & res hæreditaria, inter se differunt.*

7 *Feudum licet hæreditarium, dicitur tamen extra hæreditatem, & licet in petitione hæreditatis veniat, est tamen extra hæreditatem.*

8 *Iure Francorum, filius ad feudum inuitatur.*



EFFECTVS ergo istius institutionis est, vt hærede
1 vniuersali non adeunte, aut existente in capaci, to ta hæreditas debeatur hæredi particulari, propter commodum iuris accrescendi, & ideò spes ista facit, vt hæres in re certa, teneatur ad solutionē æris alieni pro rata bonorum; Nam aliquā
2 do spes procreandorum liberorum sustinet actum, qui alias non valeret, & præsumeretur in fraudem factus, vt per Andr. in §. præterea ducatus, c. Imperialem, vbi vult, ꝙ si duo fratres in diuisione bonorum faciunt, vt allodiū vadat ad non habentem filios, aut desperatum de filijs, & feudum transeat ad habentem filios, ne illud aperiatur domino, tunc ista diuisio, tanquā fraudulenta, non habebitur pro valida, secus dicit ipse, si tempore diuisionis ambo habent filios, vel rationabiliter habere sperabant, tunc non corrumpetur, quod prouidè fiebat, allegat bona iura, inspicitur enim aliquando possibilitas, ad sustinendum actum, vt per Andr. in cap. 1. Imperator Lotharius post nu. 6. vbi dicit ista verba, hæc spes conseruat sibi illud ius datum: & paulopost subdit, nam & si ꝙ illa spes cōseruet sibi hoc iure, est in argumentū, quod dicimus in muliere de re dotali, & de filio in successione patris. Sed vos domini tenete contrarium, quia sola
3 illa spes, quæ debetur ex lege contractus, dicitur esse in consideratione, nō autem illa, quæ pendet à futuro euentu, vt docet idem Andr. in c. 1. de nat. succ. feu. nu. 26. & seq. firmat Bar. in pulchro casu in l. gallus, §. videndum in fin. ff. de lib. & posth. & in l. is potest ff. de acq. hær. Nam quæ pendent
4 à futuro euentū, quando eueniunt, & certa sunt, attenduntur, & propterea, dum veniunt, retro trahuntur ad confirmationem, vel annullationē actus, vt exemplificat ibi Andr. in muliere minore, quæ renuntiauerat: de quo ar ticulo nos alibi tractauimus, scilicet an opinio Andreæ ibi vera sit: & propterea dicebat Bal. notabiliter, ꝙ actus indifferens ex euentu declaratur, & hunc articulum latius nos prosequemur super disputatione iuris primogenituræ, vt videbitis in processu: Sed
5 nunc sufficiat dicere, ꝙ illa spes, quæ non habet subsistentiam causæ de præsenti vana est & inconsiderabilis, vt notauit Bar. de statu libero, & not. glo. & Doct. in l. in diem, ff. de aqua plu. arcenda, super verbo potest, & in l. quædam sunt, ff. de reb. dub. Sed in proposito casu, dato coherede vniuersali,

fali, illa institutio remanet inutilis penes feudatarium, cui nihil accrescit, inspecto praesenti statu. Et propterea
6 solitus sum dicere, ꝙ aliud est haereditas, & aliud res haereditaria, vt per Guid. Papa q̄st. 460. & probat Ruyn. cons. 186. in fin. vol. 1. qui notabiliter loquitur, probat etiam Afflict. noster in d. §. praeterea ducatus post nu. 34. vbi vult, ꝙ feudum licet haereditariū;
7 dicitur tamen extra haereditatem, & ꝙ licet veniat in petitione haereditaris, est tamen extra haereditatem, quia iure Franchorum inuitatur filius ad feu-
8 dum; vnde fit vt qualitas haereditaria dicatur extra feudū, sed de hoc dicto alibi plenè tractauimus post Bal. in c. 1. nu. 7. de success. feud. Sed vos pro totali cognitione istius materiae, semper recurratis ad Doct. in d. l. 1. §. si ex fundo ff. de haered. inst. & in l. quoties C. eod. tit. ad Rom. cons. 81. & cons. 179. ad Bal. cons. 140. vol. 1. & cō s. 181. & 468. eod. vol. ad Curt. Iun. cons. 160. & ad Tiraq. in tract. iur. primogeniorum quaest. 35. nu. 29. & seq. qui alios refert, & omnino videatis Alber. & Paul. de Cast. in l. hinc quaeritur §. potest, ff. de peculio; Postquam non est onus nostrum tractare meras quęstiones Ciuilistarum, sed Deo fauente, habebitis concordantias in meis additionibus, quas in lucem dabo super leges singulares, & practicabiles Iuris Canonici, & Ciuilis, quas in arduis causis examinauimus, & practicauimus, sub iudicio Doctissimorum Iudicum.

SVMMARIVM.

1 Humanum corpus, sicut plura habet membra, & omnia diuersas habent operationes, sic homo iste mutus, quod feudum nuncupatur, diuersa plerumq; membra habet, diuersas habentia operationes.

2 Verba solita apponi in priuilegijs, scilicet quae de demanio in demanium, & quae de seruitio in seruitiū, quid importent.

DIXIMVS etiam rei, non ꝙ ad essentiam feudi vnica tantum res, seu vnicū territoriū subesse debeat; sed quia plerumq; feuda destinatione Regis fiunt, & consistunt in plurimis rebus, vineis, territorijs, & maxarijs, vt per Andr. in verb. traditionibus quid sit inuestitura, antè nu. 5. Imò quaelibet pars feudi, feudū appellatur sec. Luc. de Pen. in l. si quis praedium in fin. de agr. & censitis, lib. 11. Sed ista omnia vnicum constituunt feudum, licet habeant diuersos effectus, & diuersas operationes, & sic intelligitur illa vulgaris lex quod in rerum, §. si quis post ff. de leg. 1. quam saepe allegauit Andr. ibi cum nostra destinatione fundorum nomina, & domus, non natura consti-
1 tuantur. Et sicut humanum corpus habet plura membra dominantia scilicet, & deseruientia, & omnia habent diuersas operationes, sic etiam & homo iste mutus, (feudum dico) habet plerumq; diuersa membra, habentia diuersas operationes, & nunc intelligitis per ista verba Andr. in cap. 1. nu. 10. de corr. feu. apud par. term. ibi, hoc est,
2 quod dicitur in forma priuilegiorum: Donamus tibi talem terram, cum omnibus iuribus, & pertinentijs, quae de demanio in demaniū, & quae de seruitio in seruitiū, & sic vult dicere Andr.

ꝙ Rex

ꝙ Rex, siuè dominus, qui potest feudum erigere, & constituere, in illius erectione, destinauit sub Castro, seu terra aliqua, vineas, & territoria, quæ deseruiant Castro, & feudatario: & singulis rebus dedit singulas formas & operationes ponendo seruitium in totalitate feudi, & sic in capite, à quo denominatur feudum, & destinando vineas, nemora, & territoria ad vsum Baronis, & feudatarij, vt de illorũ fructibus viuat nobiliter, & præstare possit seruitium.

SVMMARIVM.

1 Barones, nè dum in Regno, sed de iure communi feudorum nõ possunt, nè dum non mutare formam & naturam rerum, sed neq; adijcere, aut alia pacta apponere; per quæ ab illa prima forma per Dominos data, discedatur.


ET ideò solitus sum dicere, ꝙ Barones, ne dum in Regno: sed de iure communi
1 feudorum, non possunt, ne dum nõ mutare formam, & naturam rerum; sed neque adijcere, aut apponere alia pacta, per quæ discedatur ab illa prima forma data per dominos: quia sub ista lege receperunt, & conditionaliter receperunt, & lex data in traditione rei, seruãda est; Et hoc quãdo contingat feudatarios subinfeudare, quod licet de iure communi feudorum, vt suo loco dicetur: vel feudatarios Regni nostri dare excadentias qđ facere tantum permittitur, vt etiam suo loco dicetur. Et hæc notetis, quia vidi multos super his terminis dubitare. Quia dispositio §. illud cap. Imperialem, est correcta in Regno.

SVMMARIVM.

1 Feudum oportet ad oculum demonstrari.

2 Actiones à domino seperari nequeunt, sicut nec anima à corpore, & de quibus actionibus intelligatur, remissiuè.


DIXI etiam rei, quia oportet feudũ ad oculum demonstrari, vt per Andr. in
1 §. illud num. 64. & seq. de proh. alien. per Feder. Et hoc ad differentiam nominum, actionum, & obligationum l. quis ergo casus in fine, iuncta glo. sollemni, in ver. in nominibus, ff. de peculio, quæ dicit, ꝙ actiones non possunt separari à domino, sicut
2 nec anima à corpore: quæ intelligitur de actionibus personalibus: Nam alia cedi & remitti possunt separabiliter, etiam competẽtia ad rem, vel pro re, vt suo loco dicetur, quod in feudis nõ permittitur, quia tam actio, quã exceptio sunt inseparabiles à feudo, & tã exceptio, quæ inest, quam exceptio quæ dependet, de quibus per Andr. in c. 1. propè finem de content. inter dominum, & fidelem, vbi declarat terminos l. fin. C. de codicill. vndè actiones etiã possidere dicimur, vt per Luc. de Pen. in l. cum neque, C. de incol. lib. 10. Et hæc notetis, nam alias in primis annis ista allegaui, & obtinui in ardua, & solemni causa pro domino Fabritio Galeota: fuerat enim venditum feudũ

vrgentibus creditoribus hypotecarijs, sed in liberatione prætij peruenti ex feudo, inter alios cōcurrit quidam nobilis, qui habebat assensum per verbū fiat, non dum tamen registratum, sed registrari poterat, quia tempus biennij non erat decursum; vnde discretus Iudex iussit huic creditori liberari duc. tresmille, verè debitos, & sic fuit numeratus cum alijs creditoribus habētibus assensum; dominus autem Fabritius Galeota, qui carebat assensu, nihil habuit, sed decurso biennio ille nobilis non curauit registrari assensum suū, credens per solutionem sibi factā, non amplius eo indigere, quasi ꝙ sublata fuerit actio per solutionem; sed dn̄s Fabritius, qui cæteris paribus anterior erat, consuluit multos peritos huius Ciuitatis, si poterat tunc ipse subintrare in locum illius creditoris, qui non registrauerat assensum; quasi, ꝙ actio careret sua forma, sed multi Doctores, & magnæ authoritatis respondebant contra dominum Fabritium, qui tandem venit ad me, & ego consului contrarium, quòd poterat rectè agere, cum illo creditore super restitutione pecuniæ, quia assensus carebat spiritu, & forma, ex defectu registrationis, per doctr. Bar. & aliorum in l. vniuersa C. de precib. Imp. offer. Et considerabam tria tempora actionis, natiuitatis scilicet dn̄i nascitur ex contractu, exercitij, & conseruationis ipsius actionis aduersus alios creditores: & ità fuit pronūtiatum, iunctis tribus aulis, propter nouitatem puncti: & dixit mihi quidā magnus Consiliarius, ꝙ per motiua mea fuit iudicatum pro domino Fabritio, nemine discrepante: & sic fuit dictum, ꝙ ille creditor numeraretur inter creditores non habentes assensum, non obstante solutione sibi facta infra tempora registrandi. Et quia punctus est subtilis, placuit pro iuuenibus inserere allegationes meas, & ad declarationē verborū Affl. decis. 253. vbi Affl. loquitur de assensu per verbum fiat, & allegationes sunt v3.

SVMMARIVM.

1 *Gratia assensus per verbum fiat dicitur esse inpēdentis donec super gratia obtenta fiat scriptura vt in regula Cancellariæ.*

2 *Quod pendet, non est pro eo quasi sit.*

PECVNIA ista soluta creditoribus cum assensu loco rei successit, & vicē traditionis obtinet, propter vim cautionis pręstitę de illam restituendo cui, & quibus, secundū morem & stilum Sac. Cons. vndè factum fuit, vt illa liberaretur solis creditoribus cum assensu, exclusis prorsus creditoribus non habentibus assensum, quàm vis anterioribus: & cautio ista duo facit, Primum, ꝙ isti creditores, qui anteà domini erant introituum feudi pro re vendita, & sic loco introituū pretium receperunt, & pretium istud loco rei successit, Andr. in c. 1. §. fin. post nu. 4. Ibi, dic ergo de content. inter me, & dom. secundū vt ex illa stipulatione agere possint omnes, quorū interest secundum Inno. in c. fin. extra de sepult. Ex hac igitur stipulatione agit Magnificus Fabritius Galeota, vt Mag. Consilius, qui fuit graduatus inter creditores cum assensu, restituat pecuniā cum

cùm hodiè repertum sit illum non habere assensum, saltim formalem; Et quàmuis Magnific⁹ Conilius se defendat, ꝙ sufficiat sibi habere assensum per verbum fiat, sinè alia scriptura Cãcellariç, eo ꝙ ipse egerit infra bienniũ, & sic infra tempus obtinendi scripturã, propter quod (dicit ipse) vel scriptura debet haberi pro obtenta, vel debet ipse restitui, vt obtineatur, nũc ad cõualidandam exactionem per eum factam vigore illius assensus in formis ex infrascriptis apparebit asseñsum prç dictum sine scriptura, & sine forma Cancellariæ, nõ opitulari dicto Mag. Conilio; & pro inde debere iudicari, ac si assensus prædictus nullo modo fuisset, neq; petitus, neq; datus, vt inferius demonstrabitur. Et pro fundamẽto, illud verissimum præmicti debet,
1 ꝙ gratia assensus per verbum fiat, dicitur esse in pẽdenti, donec super gratia obtempta fiat scriptuta, secundum formam datam in rescripto, ibi fiat in forma, & etiam secundum legem Regni, quæ regula Cancellariæ appellatur, disponens, vt assensus infra biennium registretur, & in scripturam redigatur, quæ forma consueta semper præsumitur, quàmuis in rescripto, expræssa non sit, secundum Andr. in c.1. §. & si libellum in fine ibi, sed in nouo facilius verbo licet forma consueta de alienat feud. pat. quæ forma antequã
2 fiat & impetretur, facit gratiam esse in pendenti; & quod pendet, non est, pro eo quasi sit, l. quod pendet de reg. iur. l. non ad ea ff. de condit. & demõstrat: & omisio huius formæ, etiam in actu fauorabili impedit dispositionẽ legalem, secondum Bal. in cap. auditis de elect, nu. 12. in fine, qui allegat legem qui Romæ, §. Flauius de verb. oblig. & ratio est, quia ista forma ducit ad perfectionem, idest ad essentialem substantiam, sine qua factum est nihil, ff. de transact. l. cùm hi, §. si prætor, probat l. donatio C. de donat. quã ad hoc allegauit Dec. in l. 1. in 3. lectura, ff. si cert. pet. num. 96. in fin. & est lex notabilis.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentes possunt disponere, vt contractus inter eos nõ valeat, Nisi in scripturam redigatur.*

2 *Princeps potest in gratia, quam facit disponere, vt assensus, qui gratia est, non habeat effectum, nisi redigatur in scripturam.*

3 *Quando vnicum ius surgit, ex pluribus copulatis, tunc vtrumq; est probandum.*

4 *Quando alicui actui est implicatus status contrarius, tunc dicitur esse in pendenti à sua causa intrinseca.*

5 *Possessio, quæ sine titulo iuuari nõ põt & defendi, tit. extincto euanescit.*

6 *Gratia accipit perfectionem ex consensu, vndè surgit, ꝙ in lingua Principis stat gratia, in scriptura testimonium, in exequutione cõmoditas.*



ET huic rationi illud simile adduci potest, ꝙ quemad-
1 modum contrahentes possunt disponere, vt contractus inter eos nõ valeat, nisi in scripturam redigatur, ex regula legis contractus, C. de fide instrum: quam de-
2 clarat glos. in l. testium, C. de testib. ità, & Princeps potuit in ipsa gratia,

2 quam facit, disponere vt assensus, qui gratia est, non habeat effectum, nisi redigatur in scripturam, æquiperando, & arguendo de potestate Principis, ad potestatem legis, & contrahentium: Et huic simile est, quod doct. scribunt, scilicet ꝙ si stet statutum de registrandis Instrumentis infra certum tempus, illa vtiq; non probant, si in registro nõ reperiantur: Quod statutum, an tunc comprehendat dotes, videbitis doct. in l. fin. C. de iure dotium, vbi Salic. optimè. Facit regula, quia quãdo creditor petit assensũ, astringit se ad duo quorum vnum pendet ab altero, videlicet ad impetrandum assensum, & ad illum registrandum in forma Cancellariæ, l. per hanc, C. de temp. appel-
3 lat. Et quando vnicum ius surgit ex pluribus copulatis, tunc vtrunq; est probandum, l. 3. §. hoc autem interdicto, iuncta glo. in verbo competere, vers. Itẽ nota hic quoties duo vel plura, ff. de itinere, actuq; priuato, vnde fit, ꝙ iste assensus fuerit conditionalis, sortiturus effectũ suum per scripturã, quæ si deficiat, facit expirare gratiam, quæ posteà renasci non potest sine noua voluntate, l. pen. C. de instit. & subst. quę est lex notabilis, & hanc regulã concomitatur, & iuuat altera regula, vide-
4 licet. Quòd quando alicui actui est implicatus status contrarius, dicitur tunc esse impendenti à sua causa intrinseca, l. fin. quæ etiam est lex notab. ff. si ex noxali causa agatur, vnde, ex defectu scripturæ & formæ, assensus, qui erat impẽdenti caret effectu, tanquã defecta, & cessante sua forma, & pro inde
5 habetur, ac si nunquã fuisset obtẽptus. Quia possessio, q̃ sine titulo iuuari non potest & defendi, titulo extincto euanescit l. locorũ, C. de omni agro deserto, firmat Bal. in c. quæ in Ecclesiarũ post nu. 62. de const. Cui & illud etiã addi potest. quod idẽ Bal. notabiliter scripsit in c. cap. sanctæ crucis post nu. 13.
6 de rescriptis, videlicet ꝙ gratia accipit perfectionem ex consensu, Vndè surgit ꝙ in lingua Principis stat gratia, in scriptura testimoniũ, in exequutione commoditas, hæc sunt verba Bal. quibus concordant scripta per collectores decisionum Rotæ videlicet, ꝙ supplicatio signata, dicitur res informis, & imperfecta ante confectionem literarum, & ante registrationem: faciũt notata per Decium cumulantem alios cons. 455.

SVMMARIVM.

1 *Assensus absq; scriptura non prodest.*
2 *Regula solutione eius quod debetur quando procedat.*
3 *Soluere, & resoluere in se differunt.*

1 STANTE igitur hac cõclusione vera, ꝙ assensus sine scriptura nõ prodest, superest tantum, vt respõdeatur motiuis partis aduersę, quę verè non obstant. Et primum non obstat illud quod dicitur ꝙ Mag. Conilius infra biennium recuperauit pecuniam, & sic pretiũ rei emptæ, vnde præsup-
2 ponit se tueri ex regula, Solutione ei⁹, quod debetur. Nam regula ista vera est inter debitorem, & creditorem, & debitor soluendo liberatur: sed quando creditor, qui recepit pretium sentit commodum rei, quam recepit, quę non in pecunia consistit, sed in corpore, vel

re, vel quantitate repræsentante corpus propter cautionem præstitã, tunc oportet vt habeat titulum, & titulum habilem, ac validum ad se tuendum
5 aduersus alios creditores sui debitoris; nã aliud est soluere, & aliud resoluere: & per solutionem factã creditoribus, non fuit facta resolutio contractus, Imò contractui data fuit vltima perfectio per traditionem, ex quo Sacrũ Consilium loco rei venditæ tradidit pretium sub cautione: Et quemadmodum emptores ab initio introituũ feudalium oportuisset habere titulum cum assensu ad tutandam eorum possessionem, ita oportet, vt creditores, qui habuerunt pretium pro re, habeãt titulum, & titulum cum assensu efficacem ad tutandam eorum possessionẽ, & pro conseruando eorum commodo, quod habuerũt ex pretio recepto, parificando commoditates pecuniæ, ad cõmoditates & ad fructus introituum, pro vt parificat Andr. in c. 1. §. & plaustrorum post nu. 58. in vers. id enim, quod recipitur loco alicuius rei, & ante illum vers. ibi quid de fructibus ex eo pẽrceptis, quæ sint rega. facit in ratione sui lex creditor, qui prior hypothecam, ff. qui pot: in pign. hab. Non obstat etiam aliud motiuum, videlicet vt pars restitui debeat ad tempus impetrandi assensum: Quia aliud est tempus instituere, & hoc non facit iudex, vbi lex facit: aliud est restituere, & tunc neq; iudex facit, quando lex eadem, vel Princeps certum præfixit terminum, & persona quæ cupit restitui non est priuilegiata, nec impedimentum allegat, quod posset mouere iudicem ad restituendum cap. cupientes, §. quod si per viginti de elect. in 6. probat lex qui commeatus ff. de re mil. & hoc maximè procedit in tempore continuo, secundum Dec. cons. 356.

SUMMARIUM.

1 Rex, seu eius vicarius, lapso biennio registrandi, & sic lapso tempore præfixo per Regiam pragmaticam, an possit gratiam facere emptori, seu creditori, vt admittatur registratio, non obstante lapsu temporis.
2 Bal. togatorum facilè Princeps, & fons ingeniorum.
3 Legis authoritati, derogari nõ potest.
4 Statutũ legis prualet statuto hominis.
5 Statutum, an possit tollere naturalem obligationem creditoris negligentis.
6 Statutum, si disponat, quod si instrumentum non fuerit registratum in memorabilibus, præsumatur falsum, an sit obseruandum.


ÆC decisio præbet occa-
1 sionẽ inuestigandi, an Rex seu eius Vicarius, lapso biennio registrandi, & sic lapso tempore præfixo ad registrandũ per Reg. prag. possit gratiã facere emptori, seu creditori, vt admittatur registratio, non obstante lapsu temporis & super quo, quia sæpius de hoc fui consultus, & sæpè etiam respondi, placuit quæstionẽ ipsam tractare ad partes, vt sciatur veritas. Et reperio, quod Bal.
2 togatorum facilè Princeps, & fons ingeniorum in l. 2. C. vt in possess. legat. voluit, quod licet testator possit remittere tacitam hypothecam nascentem pro legatis, non obstante l. nemo potest. ff. de legat. 1. quæ, vt ipse dicit, respicit

3 merã legis authoritaté,cui derogari nõ poteſt,Non tamẽ poſsit remictere regi ſtrationẽ teſtamenti fieri debitã ex lege
4 municipali, quia ſtatutũ legis prævalet ſtatuto hominis,hoc firmat ipſe in d. l. 2.nu.5.In l. autẽ prima C. quomodo,& quando iudex in princ. eleganter ſuo more ſcribit, dicens, ꝙ aut Princeps ſcribit ſuper iure diſpoſito, & tunc ponitur inſinuatiuè, aut ſuper iure,diſponendo per traditionem nouæ formæ, Et tunc importat neceſsitatem,c. cum dilecta de reſcrip. vndè poteſt ſumi argumentum, ꝙ illa regiſtratio, quæ vim inſinuationis habet, non inducit nouam formam, ſed qualitatem iam formatam in ſcripturam redigit.Idem Bal. in §. ſi quis per triginta, ſi de feu.
5 fuer controu. nu. 10. quærit, an ſtatutũ poſsit tollere naturalem obligationẽ creditoris negligentis, & poſtea in diſcurſu ſubdit, ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ ſi
6 Inſtrumentum non fuerit regiſtratum in memorialibus,præſumatur falſum, cum factum ſit, dicit ipſe,ad ſupplantandos malos mores falſificantium in vtroq; foro, debet pariter obſeruari, l. ex ea, ff. de poſtul. hæc ſunt verba ſua. Sed Bar.in l.modeſtinus ff.de donat. videtur determinare, ꝙ iſta ſollemnitas non remictatur,& in hanc ſententiam videtur inclinare Angel.in ſuo ſollemni conſ. 36.

SVMMARIVM.

1 *Poſitiua tolluntur à Rege, quando Rex vult.*

2 *Aſſenſus Regis, tam ſuper obligatione feudi,quam ſuper alienatione,de eſſentia requiritur.*

3 *Conditio hominis voluntaria reſoluit actum, quando talis eſt, quæ reſoluatur in modum.*

4 *Modus, & conditio in egreſſu conueniunt.*

5 *Forma reſcripti, & aſſenſus, ſi ſeruata non ſit imputatur ei, qui nimiũ ſe arctauit,quaſi contẽptor Beneficij.*



VLTERIVS cõſideretur quòd ſi gratia à principio fuit vtilis, & profutura cũ perſonarum conditio nõ repugnabat actui, quia capacitas erat in acquirente,& omnia interuenerunt, quæ ſunt de ſubſtantia actus,& illa ſolemnitas regiſtrandi eſt inducta de iu-
1 re poſitiuo,& poſitiua tollit Rex, quãdo vult, ſecũdum And.in conſt.Cordi in princ.& alibi ſæpe:videbatur dicendum, quòd Princeps potuerat remittere negligentiam non regiſtrandi, per ea quæ notanter cumulauit Innoc.in c. quod ſicut de elect. nu.8. & per notata per Bar.in l.facti §. ſi quis bonorum ff. ad Trebell. Sed pro vera reſolutione
2 debetis ſcire, quòd aſſenſus Regis, tàm ſuper obligatione feudi,quàm ſuper alienatione requiritur ad eſſentiã actus, non autem ad ſolemnitatẽ, cũ vtrumque prohibeatur fieri ſine permiſſu Regis. Et propterea vẽditio ſeu hypotheca ſuper feudo informatur, & recipit perfectionem ab aſſenſu. Et licet alibi Feudiſtæ dicant,quòd aſſenſus requiritur ad ſolemnitatem actus, inter quos fuit dñs Camer. Vos dicatis, quòd ſolemnitas tunc eſt pro forma, quando non eſt remiſsibilis per partes, vt optimè notauit Oldr.conſi.147.in fi.cuius dictis poteſt addi glo.in ver.irritũ,c.cũ dilecta de reſcri pt.quod not.Bar.Bald.
&

& alij in l. vniuersa, C. de præcib. imp. offer. Nam ad essentiam rei non sufficit veritas sine solemnitate, l. veritas C. de fideic. & probat Bal. in l. alia. C. de his quib. vt indignis, & Angel. in allegato cons. 36. & Tiraq. in l. si vnquam in vers. reuertatur num. 67. qui alios cumulat ad inuestigandum, quãdo omissio solemnitatis vitiet actum. Quinimmò omissio registrationis nocebit alijs habentibus iura cõditionalia, vt de substitutione loquitur. Alex. cons. 119. vol 6. Sed pro decis. est vidẽdus omnino Bal. in l. iuris ignorãtia, C. qui admitt. vbi iudicio meo, determinat quæstionẽ, & in l. obseruare, §. post hæc, ff. de offic. procõs. & etiã in l. fin. C. ad Maced: Et pro inde, cũ assensus sit pro forma, debẽt partes seruare formã rescripti ad vnguem, sicut cantat d. c. cum dilecta de rescript. vbi hoc singulariter tractatur docet Bal. in dicta l. alia C. de his, quibus, vt indign: & in l. curatoris, C. de neg. gest. cãtat enim assensus, vt registretur, & sic dicitur
3 gratia conditionalis, & conditio hominis voluntaria resoluit actum, quando talis est, quæ resoluitur in modum.
4 Nam vt scitis, modus & conditio in ægressu conueniunt vt per Andr. in §. sed nec est alia iustior post nu. 40. quæ
5 sit prima causa beneficij amittẽdi: Et ideò si forma rescripti & assensus seruata non est, imputetur ei, qui nimiũ se arctauit, quasi contemptor beneficij, firmat Bal. in l. sancimus in fin. C. de fideiuss. per illum tex. & dictũ Bar. procedit fauore vltimarum voluntatum, & tertij, vt declat Bal. in l. 2. C. quib. res. iud. non nocet in princ. & sic simul remanet declarata Theorica Bal. & fundata decisio articuli, per conditionem expressam ab homine in ipso actu assensus seu gratiæ. Nam vt Dicit Bald. in præludijs feudorum. quælibet gratia principis potest appellari priuilegium: allegat Ioannẽ Andr. in cap. olim de ver. sign. in Nouell. & simul per Baldum. Baldum declaramus.

SUMMARIUM.

1 *Reuocatio, an procedit in hypotheca.*
2 *Imperfecta non iunguntur ad actum perficiendum.*
3 *Consensus contrahentium in feudo, dicitur nudus ante assensum Regis, licet vestiatur & formetur postea per superuenientem assensum.*

1 SED quia in hypotheca nõ procedit reuocatio vigore const. Regni, vt optimè notauit dñs Marinus, & firmat Camer. in cap. Imperialem nu. 16. Solitus sum respondere huic quæsito cum aliquo temperamento videlicet, ꝙ si is, qui feudum alienauit, reuocauit vigore dictæ constitutionis Regni, quæ incipit Constitutionem diuæ memoriæ, tunc secunda gratia Regis, qui prorogauit tempus registrandi, nihil est, quia nõ habet in quo figat pedes, & non reperit confirmabile, reuocato contractu es permissu legis vt per Paridem de Reintegr. cap. 289. an si vas-
2 sallus. Nam duo imperfecta non iunguntur ad actum perficiendum: consensus enim cõtrahentium dicitur mo-
3 dus ante assensum Regis, vestitur postea, & formatur per assensum superuenientem, aut præcedentem, & sic vnicus dicitur contractus, habens plures

res actus imperfectus de per se, facientes & perficientes vnum integrale, dũ iunguntur simul,

SVMMARIVM.

1 *Retrotractio non fit in damnũ tertij.*
2 *Lucas de Penn. Doctor magni laboris.*
3 *Memoriali præsentato Principi pro assensu, possunt partes supplere, & addere ea, quæ fortè omiserunt scribere, & notare in contractu.*
4 *Memoriale oblatum pro parte vnius contrahentis, si reuocetur, non probat contra alteram partem.*
5 *Assensus non retro trahitur in præiudicium tertij.*



ED si venditor non reuocauit, & emptor re integra obtinuit prorogationem absq; vitio subreptionis, tunc crederem, ꝙ respectu contrahentium gratia valeat, non autem respectu creditorum, aut aliorum, qui medio tempore contraxerunt cũ venditore, quia retrotractio non fit in dã-
1 num tertij, iuxta terminos l. bonorum ff. rem ratam haberi & l. si pupillus, ff. de nouat. Nam actus dicitur recipere perfectionem, & reconualescit, vt ex nunc, & retro factum trahitur ad præsens l. obseruare in fin. ff. de offi. procons. quam ad hoc expendit Bal. in c. 1. nu. 14. de confirmat. vtili vel inutili,
2 Probat Luc. de Penn. Doct. magni laboris in l. 2. C. de Iur. fisci lib. 10. post princ: ibi sciendum est etiam, vbi notabiliter loquitur cui addi potest Affl. in c. Imperialẽ in quæst. 24. nu. 32. vbi loquitur de assensu non sigillato, quã quæstionem alibi examinauimus, post eundem Affl. in c. 1. post. nu. 14. de prohib. alienat. per Loth. ibi, sed occurrit mihi quæstio, vbi diffusius scripsimus & post Andr. de controu. inter masc. & fęm. de beneficio. Vbi est materia ad declarationem. constit. si dubitatio & ibi firmamus ꝙ ista noua gratia, seu dispensatio dicitur eadem cum priori, & sit vnicus actus non diuersi. Licet aliud sentiat Affl. in c. si quis inuestierit post n. 19. de feud. dato in vicẽ legis commiss. & Decis. 253. Sed videatur Pragmatica nuper edita de anno 1585. Nam quæst. Affl. procederet cum secundo emptore, vt ipse dicit, non autem cum venditore in cuius præiudicium valebit dispensatio. Sed ex Lucę scriptis, & doctrina in loco præallegato, solitus sum consulere, ꝙ in memoriali præsentato Principi pro assensu,
3 possunt partes supplere, & addere ea, quæ forte omiserunt scribere, & notare in contractu, nam tunc dicit ibi Lucas, preces oblatæ Principi habentur pro noua voluntate, & sic solus assensus, aliquando probat contractũ, quando vtriusq; voluntas accessit, alias memoriale, quod nos vocamus oblatum
4 Principi pro parte vnius ex contrahentibus si in dubium reuocetur, non probat contra alteram partem, cap. non nulli §. sũt & alij extra de rescript. probat Paris. de reintegr. c. an assensus, & Affl. in c. Imperialem in quæst. 24. nu. 30. de Paride mentionem non faciens, & firmauit dñs Marinus in lib. 2. quęst. 24. per dict. c. nonnulli, firmat etiam Alex. quem Marinus non allegat cons. 135. vol. 2. Sed idem Marin. in præce-
5 denti casu, scilicet, ꝙ assensus non retro trahatur in præiudicium tertij, hoc idem

5 idē firmauit in lib. 2. de subfeudis q̄st. 30. vbi alleg. Affl. idem tenentē decis. 286. & repræhendit eundem Affl. qui contrarium scripserat super constitutione diuæ memoriæ videre eum, quia notabiliter loquitur. Et hæc sufficiant pro nunc pro declaratione illius verbi Rei. Sed quæstionem istam latius videbitis examinatam post Andr. in dicto cap. de contr. inter masc. & fœm. num. 5. & sequen.

SVMMARIVM.

1 *Feudum non nisi in rebus soli consistere potest, et an sit in dixtincte verū.*
2 *Res particularis, aut feudo redititia, an sit feudalis, pars turpis est, quæ suo non congruit vniuerso.*
3 *Andreæ laudes, & disputatur opinio inter Doctor. de Re Redititia feudo.*

1 SEQVITVR nunc verbum immobilis, quod cū summa ratione diximus, Nam feudum, non nisi in rebus soli consistere potest, secundum Andr. in c.1.de feud.Marchiæ post nū. 2. Ibi cum non sit feudū, nisi in rebus, immobilibus & solo cohærentibus, & post nu. 3. ibi vnde tunc, qui cōstitueret super annua præstātione, & de cāneua, & de camera, hoc etiam firmat idem Andr. in c.1.§.sciendum de feud. cognit. Sequitur glo. Paris. in glo. 5. in princ. §. 1.& nemo scribentium in specie hoc tangit, & hoc propter proprietatem, quæ debet esse penes concedētem, & propter vtile dominium, quod trāsit in concessionariū. Nam vtriusq; causa perpetua est, Et ideò considere-tur an bene dicant, aliqui q̄ firmauerūt
2 ꝙ res particularis, aut redititia feudo non sit feudalis, inter quos fuit dn̄s Capicius tam in sua inuest. quam in decis. 103. Dicit enim ipse ꝙ res redititia feudo non est feudalis, & eum sequuntur moderniores. Hæc cōclusio impugnari potest, quia quælibet res destinata ad vsum feudi, dicitur de feudo, & de corpore feudi, & residet in feudo, tanquam membrum, & pars feudi: Et turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso, vt superius etiā diximus, & ideò
3 Andr. noster cuius responsa semper de mente iuris processerūt, rectius loquutus est in c. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis, sup verbo nā, & illud, scripsit ista verba, Ista censualia, quæ nō sunt feudalia, habent propriam naturam, discretam etiam ab emphitheoticario iure, allegat capitulum constitutus de religiosis domibus, de quo gloriatur Capicius decis. 196. sed non benè expendit decis. And. qui non negat, ꝙ ista censualia non sint de feudo, seù de corpore feudi, & licet dicat, ꝙ nō sunt feudalia, statim declarat se ipsū Andr. scilicet quę habēt propriam, & discretam naturam, hoc idem retulit Affl. noster in c. 1. per quos fiet inuest. post nu. 20. ibi, sed si sunt feuda, quæ non habent vaxallos: In eundem errorē venit Bal. in c. In causa post princ. de rest. spoliat. vbi dicit, ꝙ per solutionem alicuius quantitatis annuæ subiectio non probatur, idem dicit ipse in feudis, ꝙ non probatur feudū, licet pro concesso priuilegio soluatur aliquid annuū, & alia subdit de mēte sua, extra veros terminos feudales; In eadē teria, incidit, Alex. cōs. 9. nu. 9. & seq. vol. 5. Hoc idem videtur sequi Luc. de Penn. in l. quis-

quisquis col. 1. versus fin. de petitis bonorum sublatis, Ibi similiter idem est in bonis censualibus, in quibus delinquens directũ, & vtile dominium habebat. Camer. autem in c. Imperialem nu. 37. in illa quæst. an feudnm datum pro censu, sit feudum intricatæ, sed docte loquitur & obscura verba sua traxerũt ad Retia pisciculos minutos, Sed ipse benè intellectus loquitur per veros terminos, dum disputando articulum, diuidit rem censualem vnitã feudo, ab alia censuali seperata à feudo, & hoc videtur voluisse Paris noster in suo tract. reintegrationis quẽ Camer. non alleg. in c. 10. sui operis, quod incipit, Quid si Comes, vel Baro, vbi allegat Napod. nostrum in consuet. quæ incipit in bonis quondam mariti super verb. censualia, vbi Napod. non loquitur de feudis, sed tantum declarat materiam c. cõstitutus de religiosis domibus, Ex quo transfertur etiam directũ dominium, & loquitur de differentia inter contractũ censualem, & emphitheoticarium, in quo non transfertur, nisi vtile dominium, sed in glo. super verb. de bonis in ead. consuet. videtur tenere, ꝙ ille reditus, siue cẽsus sit subrogatus in locum rei particularis, hæc sunt, quæ super hoc articulo potui colligere ex opinionibus Doct. quibus addãtis Affl. decis. 129. & Capic. allegata decis. 103. & aduertit dñs Loffredus in sua Parafrasi de controu. feudi apud pares term. Ibi alij dicunt.

S V M M A R I V M.

1 Doctorum responsa varia, & confusa indoctos, & imperitos iudices In animæ periculum incidere faciunt.



SED vos domini, qui ad veros terminos actenditis, numquã recedatis ab illis, si cupitis rectè consulere,
1 & rectè iudicare, Nam aliquando Doctorum varia, & confusa responsa faciunt indoctos, & imperitos Iudices incidere in periculum animæ.

S V M M A R I V M.

1 Feudum vnicum est, plura habens mẽbra diuersas operationes habentia per inuestituræ legem infixas.

2 Baro ex l. communis permissu subinfeudare potest.

3 Regula culpa vnius nocet alij, & soluto iure datoris, soluitur & ius acceptoris, quibus in casibus sibi locum vendicat.



VNDE ꝑ declaratione sciatis, quòd vnicum est feudum, habens plura membra, quæ habent diuersas operationes infixas per legem Inuestituræ, & contractus in ipsa traditione per illa verba, quæ de demanio in demanium, & quæ de seruitio in seruitium, quæ superius declarauimus, Vn-
2 dè quando Baro subinfeudat ex permissu l. communis, & Barones nostri Regni concedunt nemora, aut territoria feudi, ad partem fructuum, quod facere permictitur, vt per Andr. in c. 1. in fin. An ille, qui interficit fratrem dñi sui, & in c. 1. In prima addit. nu. 8. de capitulis Corradi, vbi vult, ꝙ non conce-

concedantur in pecunia, quod quomodo intelligatur alias declarabimus, vel conceduũt excadẽtias ſub ſolito redditu, vel ſeruitio, quod etiam permictitur per conſtitutionem diuæ mem. in omni caſu, actus iſti, qui fiunt per Baronem, cenſentur facti a Rege, vel à domino feudi, qui hanc poteſtatem dedit. Et propterea conceſsiones huiuſmodi ſub eadem lege fiunt, & iſta mẽbra, aut corpora, ſic conceſſa per Barones, ſtant pænes conceſsionarios ſub lege, & pæna reſolubilitatis ex culpa, vel ex delicto datoris, Nam non ſunt duo corpora per ſe ſtantia, aut ſeparata, ſed ſub ſunt Capiti, & totalitati feudi, vndè ſi Baro concedens delinquat in dominum, tunc ne dum feudum, ſiue caput feudi, quod erat pænes delinquentem, redit ad dominũ, ſed etiam iſta membra etiam ex cadẽtiæ. Et hic
3 eſt vnus de caſibus, in quibus culpa vnius nocet alij & hoc quia iſti ſecundi habent ex permiſſu legis; Et hoc caſu procedit regula, ſoluto iure datoris, ſoluitur ius acceptoris, de qua in §. rurſus de controuer. inueſtituræ, & alibi ſæpè per feudiſtas, & per Bar. in l. in diem ff. de aqua pluuia arcenda, & notatur in l. lex vectigali ff. de pigno. & ita intelli gatis Camer. in cap. Imperialem, nu. 7. qui obſcurè loquitur, Sed an tũc iſti ſecundi volentes ſeruire admictetur. Nunc nõ tractamus. Sed diximus poſt Andr. de controu. inueſt. Sed ex his eſt cogitandum an interim ante reſolutionem iſta cenſualia diuerſis reſpectibus, diuerſo iure cenſeãtur, vt limitari ſolet lex eum, qui des ff. de vſucap. & hoc alibi diſcutiemus declarando conſtitutionẽ hac ediculi la 2. quæ eſt lex notabilis in Regno.

SVMMARIVM.

1 *Reſolutio ex vi pacti, vel ex vi ſubintellectæ conditionis eſſe debet; non autem ex contrahentium ſimplici, nudaq; voluntate: ne creditores eludere in debitoris poteſtate ſit.*



ISTAM ergo reſolutionẽ intelligatis vos fieri etiam ſine onere, quia res redit ad dñm cũ membris ſuis libera & ſine aliquo onere, & hoc quãdo ex neceſsitate fieret, quia reſolutio contractus non tribuit titulum, non ſic ſi voluntaria eſſet reſtitutio. Nam ſi ſecundus acceptor interim contraxiſſet debita, & poſtea renunciaret illas terrulas, vel excadentias, immediato domino, vtiq; dñs teneretur ad onera cõ-
1 tracta. Nam reſolutio debet eſſe ex vi pacti, vel ex vi conditionis ſubintellectæ, ne delinquatur, vel ex vi pacti expreſsi, vt ſoluatur pẽſio, ſeu portio fructuum, & tunc Iudicis authoritate, & cauſa cognita fiet recõſolidatio & reacquiſitio, non autem ex nuda & ſimplici voluntate contrahentium, nè ſit in facultate debitoris eludere creditores, hoc notat Bar. in d. l. in diem, quẽ ſequitur. Tiraq. in tractatu retractus, §. 34. gl. p. nu. 7. & ſeq. & ita debent intelligi collecta per gl. Pariſ. §. p. gl. 5. n. 73. cum ſeq. & §. 30. n. 101. & ſeq. probat Negoſancius ſuo vtili tractatu de pign. in p. membro V. partis n. 43. & ſeq. vbi etiam vult, quòd qui eligit reſtituere rem ex capite læſionis, quòd res redit ad venditorem libera, non obſtante, quòd etiam liberè fuiſſet veudita, & abſq; pacto de retrouendendo; Quia,

vt ipse dicit resolutio fit à lege iudicis ministerio; nō obstante ꝙ emptor eligendo soluere pretium, res remansisset apud eum affecta onere hypotecæ, & est opinio notabilis, & menti tenēda, quia habet plurimos Doct. quos ipse refert, qui tenent contrarium, sed cum Nicosantio cōcordant glo. Paris. & dn̄s Tiraq. de retractu & communis schola rectè scribentium, quos referre laboriosum esset, Nam propter vim iudicij actus dicitur necessarius, vt notatur penes omnes, & nō dubitatur.

SVMMARIVM.

1 Assensus hominis actum perpetuò valere facit.

SED illud quod supra diximus de resolutione excadentiarum & terrarum, intelligatis vos, nisi assensus Regis, aut dn̄i interuenisset super hypotheca, vel dismembratione rerum,
1 quia assensus hominis facit actum perpetuò valere, vt per Andr. in c. 1. qui success. teneantur. post nu. 10. & in c. 1. per quos fiat inuestitura post nu. 11. & in c. 1. ante nu. 6. de inuest. de re aliena facta in §. quid ergo, vbi Andr. optimè loquitur de resolutione pignoris, & hypotecæ. Ex cuius dictis dubitari vidi apud peritos, & graues viros, si onus vitæ militiæ super feudo dicatur habere assensum legis, vel hominis, Ita ꝙ resoluto feudo, & reuerso ad Fiscum ex delicto forsan primogeniti, si Fiscus teneatur soluere vitam militiam secundogenito, saltim quamdiù viuet primogenitus delinquens, & si forsan primogenitus moriatur per sententiā Iudicis ob crimē rebellionis, an tunc per mortem violentam primogeniti extinguatur vita militia, vel debeat expectari tēpus, quādiù viuere potuisset, iuxta terminos legis hereditatū, ff. ad l. falcid. & l. sancim⁹. §. si quis autē. C. de donat. cum concordantibus. Quod vltimum rectè explicat Cumia in ver. Mortis.

SVMMARIVM.

1 Assensus, qui à Rege super alicuius territorij dismembratione impetrari solet, quas vires habeat.

CETERVM ex hoc dicto dubitari vidi, an assensus, qui solet impetrari à Rege super dismembratione alicuius territorij, separet totaliter illud 1
territorium ab vniuerso corpore feudi, vel assensus censeatur dispensatiuè obtemptus ad tollendum impedimentum tantum, & ad qualificandam rē, ita ꝙ dicatur deinceps res solita concedi, & habeat naturam rei excadentialis, prout notauit Affl. decis. 305. & Capic. in Inuest. nu. 143.

SVMMARIVM.

1 Pro vita militia datur actio realis, etiam contra tertium possessorem.
2 Vita militia dicitur portio feudi.
3 Titulus acquisitionis nō consideratur, sed causa attenditur.

ET quidem prima difficultas de vita militia videbatur aliquibus clara, & aperta, tum propter dispositionem cap. alienationis actus,

actus, quæ vult, vt pro vita militia detur actio realis, etiam contra tertium possessorem. Tum etiam quia vita militia dicitur portio feudi, vt per Andr. in const. comitibus, quem refert glo. Paris. §.18.nu.10.& seq.& licet sit ius finiturum cum vita secundogeniti, hoc non debet esse in consideratione, quia non titulus acquisitionis, sed causa attenditur, secundum Andr.in c.1.§.sed & res post nu.7.per quos fiat inuest. ibi cum causa potius sit inspicienda, quã titulus contractus, vel modus nanciscendi, allegat ff. de donat. l. qui id quod quam sæpè allegare solet, cui cõcordat lex tertia ad Maced.

SVMMARIVM.

1 *Vita militia debetur propter feudum, & occasione feudi.*
2 *Secundogenitus in bonis allodialibus succedit simul cum primogenito.*
3 *Secũdogenitus dicitur habere ius dependens.*

In contrarium autem, argui solet, quia vita militia debetur propter feudum & occasione feudi, eo qđ frater excluditur per ius francorum à suo portione; Nam in alijs bonis allodialibus, secundogenitus succedit simul cum primogenito, vt in const. Reg. vt de succesionibus, & propterea debet potius considerari origo obligationis secundum eundem Andr. in prælud. quæst. 2. post. nu. 30. & in c. 1.vers. & si dominus post num. 9.ibi in contrarium est, quia origo de milite vaxallo, qui contumax est, & Napod. in consuet. siquis, vel si qua, super glo. in vers. matemã post nu. 240. ibi item, quia origo: vnde resoluto feudo & extincto, extinguetur simul omnis hypotheca, quia redijt ad Regem, vnde exiuit per culpam præcogitatam ab initio in traditione feudi, & iste casus præuisus, & prouisus, debet etiam nocere secundogenito, cuius actio viuit, quandiu viuit feudum, & legis virtus non operatur, resoluto feudo, quia lex de alieno concedit, & secundo genitus dicitur habere ius dependens, & vnitum feudo, non autem separatum, seu indepẽdens, & de per se, licet actio vitæ militiæ detur loco portionis feudi. Si illud esset diuiduum, vt in c. omnes filij si de feud. fuerit contr.

SVMMARIVM.

1 *Culpa vnius, an noceat etiam alijs, qui spem habent in vita feudi, & in quibus procedat.*

NEC est nouum, vi culpa vnius noceat etiam alijs, qui spem habent in vita feudi, & feudatarij, quia spes ista habet oculum ad vitã feudi, cuius resolutio destruit omnem spem, ne dum filiorum defuncti, sed etiam spem agnatorũ, vt dicam suo loco, declarãdo § deniq;, quę sit prima causa benef.amiċt.& c.1.si vaxall⁹ feudo priuetur, cũ materia sua, immo fęminæ, aut clerici feudatarij, quia cẽsentur habilitati, vt seruire posśint per substitutũ culpa istius præiudicabit substituenti, Ita vt feudũ redeat ad Regẽ, ac si substituentes delinquissent, vt notatur per

Lucã de Penn. in l. nullus, quæ est lex L X. de decur.lib.10. & est decisio notabilis. Licet eam aliqui impugnent, vt alibi notauimus. Præterea dispositio c. Alienationis actus dicitur potius dispẽsatio in certũ casum, scilicet in casum alienationis, & hoc factũ fuit in odiũ primogeniti, ne sit in facultate sua, semetipsum eximere à nexu obligationis, & voluit Rex in hunc casum, tantum prouidere secundogenito, vt agere possit recta via ad corp⁹ feudi. Post quã primitiua & originalis actio personalis quæ dabatur secundogenito videbatur sublata, & cum forsan sine effectu alienato feudo, quia illa non sequitur fundum l. 1. §. si heres cum concord. ff. ad Trebell.

SVMMARIVM.

1 *Vita militia, an sit portio feudi.*

ILLA etiam ratio adducta per Andr. in constit. comitibus relata per glo. Paris. vera non est, quia vita militia non est portio feudi, sed est por-
1 tio fructum debita occasione feudi, & ideo ista præstatio dicitur personalis, respectu creditorum & tẽporalis, post quam debetur de fructibus feudi præstandis à manu primogeniti, & dicitur potius præstatio commoditatum, quã fructuum, quia debetur ex fructibus separatis à solo, vnde remanet præter casũ alienationis salua fratribus actio personalis ad ratam fructuum. Et in hanc sententiã videtur venisse Napod. in consuet. eas autem super ver. paragium in princ. ibi respondeo, quia ex causa successionis.

SVMMARIVM.

1 *Durum est venire contra Andr. qui comparauit onus dandæ militiæ fratri, & onus dotandi.*



ET si hanc opinionem tenebitis, frustra quæritur si sit expectanda mors delinquentis, & an mors præuẽta, & casualis, quæ immatura dicitur faciat cessare actionem, vel sit expectandum tempus, quo viuere potuisset, nam in casum mortis simpliciter, cogitatum etiam videtur de casu mortis immaturæ, si moriens non haberet hæredem, seu successorem in feudo: & quia esset feudum, in quo frater nõ succederet, vel in alio casu, qui excogitari possit, mors quæcunq; eueniat, tollit omnem obligationem, quando feudum reuertitur ad Regem; probatur in l. siquidem, C. solut. matr. & in l. cum pater §. hæreditatem ff. de leg. secundo, probat etiam Andr. in c. 1. si vaxallus feudo priuetur, vbi dicit ista verba, vnde ex quo mortuus est, non refert, qualiter, & alia subijcit notabilia, cogitetis, quia difficultas magna est, & habet dentes suos, & iterum tangam in articulo paragij ad declarationem constit. in aliquibus super hypoteca legali, & subsidiaria, sed quia ibi firmaui, ꝙ onus paragij est onus feudi, idem videtur mihi tenendum in vita militia sequendo Andr. & glo. in cõst.
1 ob filiorum culpas. Nam durum est venire contra sententiam And: qui cõparauit onus dandæ militiæ fratri, & onus dotandi in §. quid ergo post nu. 6. de re aliena fact. Vnde dicatis, ꝙ capitulum

pitulum alienationis actus factum fuit ad declarationem, pro vt etiam factū fuit cap. considerantes, vt notāt Doct. passim. Et nos etiam diffusius tractamus in cap. an Agnatus, vbi etiam videbitis quare vita militia sit temporalis, & ad vitam cum sit loco successionis, quæ debet esse eiusdem naturæ sicut est feudum à quo euellitur, & separatur.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regis impetratus super locatione feudi facta per Baronē, quas vires habeat.*

2 *Assensus Regis, duplici modo consideratur super concessione feudi.*



SECVNDA autem quæstio ducit difficultatem ex verbis Andr. in const. si aliquis Baro in princ. vbi vult, q; consensus Regis quaternabit, & proinde dici potest, q; assensus Regis

1 gis impetratus super locatione feudi facta per Baronem, quaternabit illud, & faciet omnimodam, & totalem separationem à corpore feudi, & hoc casu, neq; delictū, neq; culpa Baronis præiudicabit concessionario, qui videtur in hoc casu habere territorium à Rege. l. lege obuenire. ff. de verb. signif. cum concord. Sed vos pro vera cognitione

2 debetis scire, q; assensus Regis considerari solet dupliciter, vno modo, vt tollat obstaculum sublocationis prohibitæ, obstaculum dico inductū per l. Regni: & alio modo, vt assentiat pro forma actus, seu pro perfectione, & primo modo consideratus, assensus ille nihil facit, sed facientem non impedit, remouendo obstaculum l. si pater in fin. ff. de manumiss. vindict. Et assensus iste facit illud, & inducit, quod induceret consuetudo infeudandi, reducendo membrum istud in quo dispensatur, ad ius commune, ad quod facilis est transitus l. si vnus, §. quod in specie ff. de pactis. Illud enim quod facit consuetudo præscripta, facit nunc dispensatio, & dicetur quasi præuenta consuetudo, & ne careamus authoritate, hanc opinionem firmauit Affl. in decis. 282. & firmat doctissimus Camer. in sua repetitione c. Imperialem nu. 7. col. 3. Et hæc opinio tenenda est, maxime si per Baronem apponatur in cōcessione illa clausula salutaris & declaratiua, vt feudum teneatur in capite à Curia Baronali: & ratio est, quia tam Baro postulans, quam Rex assentiens, voluerunt imprimere illum statum in re singulari, vt dicatur res solita concedi, & regulariter assensus Regis sequitur voluntatem contrahentiū, vt alibi notauimus. Et hanc conclusionem firmat idem Affl. in cap. 1. post nū. 29. de contr. feu. apud pares term.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ ascendentes, & collaterales quantūcunq; remotæ, etiam succedunt in subfeudis.*



ET redeundo ad primā q̄st. est tenendum, quod ista membra feudalia quāuis censualia dicuntur de feudo, & de corpore feudi, habebunt tamen diuersas operationes, & effectus, quia

quia in illis succedunt etiam fœminæ ascendentes, & collaterales quantumcunq; remote, vt per glo. & Andr. in const. vt de success. & idem Andr. in c. 1. addit. post nu. 14. de nat. succ. feu. ibi cõstitutio tum Regni Siciliæ & alibi sępè, & notauit dñs Marinus in suo tract. de subfeud. lib. 3. in cap. quod incipit inter quaternata feuda, & alia, q̃ plana, & de tabula appellantur nu. 4. & nu. 3. vbi de fœmina loquitur, & Luc. de Penn. in l. vnica de imponend. lucrat. descript. col. 8. Et quod habeãt feuda bona sub se naturæ diuersæ, firmat idem Andr. in c. 1. quid sit inuest. quem sequitur idem Marinus lib. 2. de sub feud. quæst. 29. num. 6. Et proindè membra ista, quamuis alijs concessa, regulantur à suo capite, & licet actio interim videatur dormire ad recuperã da membra, tamen retinet spiritum vitæ, & in tempore deuolutionis, actio ipsa non suscitatur, sed excitatur ad actum suum, & resoluuntur onera per d. l. lex vectigali, & per §. Rursus, quibus modis feudum amictatur, firmauit idẽ Marinus in lib. 2. ead. quæst. 29. nu. 7. & seq. Et hæc conclusio stat fundata in illa tãtum ratione quam superius firmauimus. v3. ꝙ legis permissio non facit actum alienationis perpetuò valere, sed durat tantum quamdiù durat primus contractus, & fides primi acquirentis, & hæredum suorum; Nã non cessetur distractum, quod stat sub lege resolubilitatis, licet secus sit in vsufructu, qui durat quandiù viuit vsufructuarius l. si pater C. de vsufr. l. fin. C. ad Tertull. & nos latius scripsimus in d. §. Rursus, vbi notauimus limitationes ad declarationem legis vsufructu in dotem dato ff. sol. matr.

SVMMARIVM.

1 Feudum præscribi, an possit, & quomodo.

PRO hac conclusione, facit tex. constit. nostræ Consuetudinem prauam, ibi cæterũ, si super aliquo prædio, vel prædijs ad feudum, seu partem feudi certam pertinentibus, & paulò post ibi, cum his de feudo subtractis de necessitate, per consequens ipsum seruitiũ minoretur; Disponit enim illa lex, seu constitutio, & permictit, vt feudũ, seu quota feudi, præscribi possit in cer 1 to tempore (formaliter tamen intelligatis vos, cum præstatione seruitij) vt diximus in cap. si quis per triginta, sed prohibet res particulares præscribi, quia minueretur seruitium, & illas res particulares, dicit tex. esse de feudo, & ad feudum pertinere hoc in spetie declarauit Andr. in c. Imperialẽ post nu. 9. vbi appellat ista feuda plana, res singulares feudi, & reliquas partes appellat totales, & vniuersales, Sed ante Andr. hoc dixit glo. in d. constit. consuetudinẽ prauam super vers. de quibus, vbi dicit, ꝙ seruitium incumbit ipsi vniuersitati feudi, non in singularibus rebus, meritò subdit eadem glo. in vers. cum his circa medium, istæ homo mutus, scilicet feudũ, vtitur ministerio hominis loquentis, & huic decisioni concordat const. Regni, quæ incipit, Hac Edictali la 2. de rebus particularibus loquens.

Ex præmissis patet, ꝙ non potest recipi opinio glo. Paris. in §. 18. nu. 11. ibi, quid igitur de reditu infeudato, vbi vult

vult, ꝙ ista cẽsualis præstatio dicatur feudum de per se, Nam si fuissent infeudati à Rege, ab initio vtiq; esset feudum de per se, non suppositum alicui recognitioni ab alio, sed si ab alio tenentur, qui ex defectu potestatis non potest ipsas pręstatione separare à feudo, stabunt sub illa totalitare, & sub illo corpore pro vt Rex ab initio destinauit; Et in hoc passu Camer: rectius loquutus est, & ita vos teneatis, sic declarando Affl. in c. 1. per quos fiat inuest. nu. 20.

Prodest iste discursus ad duas notabiles quæstiones, alterã decisam iam in Sac. Conc. referente, & Commiss. dño de Franchis, & alteram nunc vertentem in Regia Camera, Emerat Magnificus Io. Antonius Moctula terras Rodiæ, & Mandiæ sub assertione secundarum causarum, quæ cognitio secundarum causarum, cum fuisset euicta, fuit perita rescisio contractus: Dubitabatur in Sac. Cons. an hæc euictio sufficeret ad rescisionem, vel rectius ageretur ex empto, quãto minoris, allegaui in Sac. Cons. pro Mag. Moctula glo. notab. in cõst. statuimus, vt Magnę Curię nostrę super vers. & de quota parte feudorum, vbi vult, ꝙ euicta quota parte, commictitur stipulatio, non sic particulari re euicta, quia tũc agitur ex empto ad interesse, Et cum tractabatur de iurisdictione, ista euictio, & controuersia erat & dicebatur de quota feudi, & ita fuit iudicatum: Ad hanc glo. addatis Salic. in l. Iulianus in princ. ff. de actio: empti, & tex. notabilem, quem Salic. non allegat in l. tutor vrgentibus. §. curator. ff. de minor: vbi Doct. omnes, Et per hæc dicta sciatis, ꝙ quando tractatur de alienando gradum iurisdictionis dicitur agi de quota, & notetis, quia sæpè euenire solet.

SVMMARIVM.

1 Adohæ solutio, an debeat ad feudum restringi.



LTERA quæstio, quæ vertitur in Regia Camera, est pro dño Francisco de Balzo de Ciuitate Capuæ, contra quem prætendit Fiscus, ꝙ totũ territorium dicti dñi Francisci sit feudale, quia pro eo præstatur Adoha absque expressione finium. Dicebam
1 ego pro dicto dño Francisco, ꝙ ista solutio Adohæ debet restringi, & proportionari ad feudum, iuxta quantitatem Adohæ pro quantitate, quæ currit in Regno, secundum taxam veterẽ, Nam modicũ territorium est feudale, & reliquum est allodiale, & franchũ, & sic ꝓportionabiliter debet fieri mẽsura territorij, Allegaui Andr. in c. 1. de contr. inter masc. & fęm. de benefic. post nu. 8. pendet nunc quæstio, & forsan scribentur decisiones, quia in vtroque tribunali non desunt Doctißimi & ingeniosi viri. Et in Regia Camera præest peritiss. dñs Ferdinandus Fornarius Cõsiliarius de latere & Locumtenens dignißimus.

Hanc eandem decisionem Andreæ alias allegaui in vtraq; causa pro Camillo Flumario conductore certi territorij ad censum pro ibi ædificando, & construendo domos, hoc enim fuerat expressum in contractu, posteà superuenerunt banna Regia, taliter, ꝙ non

non potuit ibi ædificari amplius, fuit petita rescissio contractus coram eodem dño de Franchis propter factum Principis, dicebat pars dña Soli, ꝙ in loco erant facta quædam ædificia, quę locabantur, & proindè non fuit impeditus vsus totaliter, Allegaui, quod ad mensuram ædificij facti, & fructuum, qui ex locatione percipiuntur, debet reduci, & commensurari census, & ita fuit iudicatum, pendet reclamatio.

SVMMARIVM.

1 *Augumentum an, quomodo & quando emptori cedet.*



SED ne decipiamini, illud de euictione intelligatis, & limitatis non procedere in venditione iuris vniuersalis, vt in hæreditate, & similibus, quando non exprimuntur corpora. l. 1. cum sua materia. C. de euictio: Nam tunc euicta reparticulari agi potest ex empto tãtum. Notaui potest Andr. in c. 1. de cap. qui Cur. vend. vbi Deo dãte, videbitis ampliationes, & limitationes ad illam regulam, & quando augmentũ cedit emptori, de quo per Doctor. in l. si ex toto. ff. de leg. primo, & in l. cum proponas. C. de nautico fænore, iuncta l. id quod ff. de peric. & commodo rei vend. cum concord.

SVMMARIVM.

1 *Res censualis, an dicatur de feudo.*

2 *Censuarius, quam possessionem habeat in feudo.*

3 *Baronia in quibus rebus consistat.*



ISTA ergo separatio non est totalis vt ad semitã redeamus, neq; facit feudum de per se vt dicebat glo. Paris. sed stabit ista res censualis ad vsum feudi, sicut scapha cum naui. Et si verũ amamus si teneremus opinionem glo. Paris. esset ponere contrarium in obiecto, nam qui dicit feudum fatetur proprietatem esse dñi, & qui dicit censum ponit vtrumq; esse penes recipientem, vt in c. constitutus, substantialia enim feudi, seu essentialia sunt solum, seu res soli, fidei, & proprietatis retentio, & ideo rectius dicetur ꝙ res ista censua-
1 lis dicitur de feudo, licet habeat diuersam naturam, & subfeudatarius, seu cẽsuarius ille, non dicitur habere posses-
2 sionem obstatiuam feudo, sed compatibilem, & in hanc sententiam videtur inclinare Marinus in lib. 2. de subfeud. author. 5. post. nu. 18. & ista notabilis ad declarationem Afflict. decis. 129. in princ. & num. 6. ibi ego dicebam, vbi optimè loquitur, & ad intelligentiam verborum Lucę de Penn. in l. vnica. C. de imp. lucr. describ. col. 8. in fine ibi si ergo in eis succeditur liberè. Sed vt cesset omnis occasio dubitandi, videatur Andr. quem nullus prædictorum allegat in c. 1. col. 1. de capit. qui cur.
3 vend. vbi dicit ista verba at Baronia cõsistit in rebus singularibus, & feudis, reditibus vaxallorum, & alijs, & subdit alia verba notabilia, & digna consideratione in hoc passu, quem etiam examinat Curt. in tract. feu. tertia parte principali nu. 5. cuius dictis addi potest Rom. cons. 33. & Corneus cons. 16. volu. primo vltra notata per Andr. in d. const. Hac edictali la 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Baronia habet membra, sicut Ecclesia.*
2 *Prelatus potest reuocare malè alienata.*

1 
HABET enim Baronia membra, sicut habet Ecclesia secūdum Inn. in cap. verum de foro comp. quem refert, & sequitur Bal.in cap. edoceri de rescrip. post princ. Et proindè membra ista, quæ sunt Baronie, vel feudi, deputata ad vsum feudi, vt est prædictum, non possunt totaliter separari, & stabunt cum vita feudi; Vnde fit, q̄ sicut Eccl. & Prelatus Ecclesiæ administrator potest mēbra Ecclesię reintegrare & reunire Ecclesiæ suæ, ita etiā & feudatarius absq; dispensatione Regis, vt per Lucam in l. originarios in prin. de agric. & cens. lib.xi. Et ex istis nascitur resolutio quęstionis ab omnibus factæ, sed iudicio meo, non benè discussæ, & examinate, videlicet an subfeudis procedat reuocatio vigore Const. Reg. Nam in
2 Ecclesia est certum, quòd Prelatus potest reuocare malè alienata, vt in l. iubemus §. sanè, C. de sacr. Sant. Ecc. in cap. fin. nè Prelati vices suas, & in Clementina prima in fine de rebus Eccl. non alien. & alibi passim.

In qua quæstione, vltra antiquos, reperio, quòd dñs Marinus in suo libro de subfeud. lib. 3. sub ver. inter quaternata num. 18. dicit ista verba potest alienans ex potestate Const. Reg. iure prop. reuocare alienationem secus vbi esset feudum planum & de tabula: Moderni ibidem in 9. col. Voluit Marinus sentire de Affl. qui hoc tenet in dicta Const. num. 24. Hanc eandem opinionem sequitur dñs Io. Vinc. de Anna in sua solemni repetitione eiusdem const. diuæ mem. n. 243 qui alios refert, & in fine numeri dicit ista verba, ego autam vidi gl. illam, quæ non dicit, quod ista const. habeat locum in feudis non quaternatis, & ideo residet cum vera opinione, quòd in feudis planis non datur reuocatio, hæc sunt verba sua.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio de non alienando rem feudalem, est indroducta fauore publicæ vtilitatis.*
2 *Feuda inuito domino ad exteras manus peruenire non debent.*


REPERIO etiam, quòd dñs Paris in suo laborioso tractatu reintegrat. feudorum cap. 16. quod incipit an si feudatarius alienauerit res particulares feudi sui, quærit si idem feudatarius, qui alienauit, possit reuocare, vel agere ad reuniendum bona alienata, & petere reuocari alienationem: & post multa determinat,
1 quòd prohibitio de non alienando rē feudalem, est introducta fauore publico, & nè feuda ad extraneas manus perueniant inuito directo dño, & nè feuda diminuantur: & proindè huic fauori renuntiari non potest, & sentire videtur, quòd idem qui alienauit reuocare possit, & idem firmauit in cap. 62. incipit an si dñs: & in hanc

sententiam videtur inclinare Camer. in cap. Imperialem num. 40. ibi, sed adhuc videtur obstare, sed non discutiunt articulum per rationes.

Mihi autem videtur verior opinio dñi Paridis, scilicet, vt detur reuocatio vigore const. regni, etiam in istis subfeudis, seu rebus particularibus feudi, ne sit in facultate Baronis euiscerare vires feudi, & annihilare, vel debilitare seruitium debitum domino: Sed conclusionem istā firmabitis sub fædere distinctionis, vʒ. quòd si Baro alienauit aliquas res de mensa sua, & sui demanij, dismembrādo illas à corpore feudi, tunc sinè dubio procedit reuocatio, etiam si Baro in alienatione, seù dismembratione asseruerit res illas esse excadentiales, aut solitas concedi, & verè non sint, nam in eum casum soli Baroni non credetur per l. si forte. ff. de castr. pec. Absit .n. quòd in casu vetito, & aliquando ex causa permisso, stetur assertioni actum facientis de qualitate dante robur actui, nam tunc qualitas illa extrinsecus pro banda est, & non nuda asseueratione facientis, & in hunc casum poterit dici huic feudatario alienāti, seù concessionario, qui ab eo recepit possideas tibi labia tua: quia in hunc casum lex resistit actui, vel præsumit consensum abesse: Nam cum assertione debet concurrere veritas, seu qualitas rei, in qua substantiatur actus. & actus non dependens ā facultate facientis, l. si veritas, C. de fidei commissis cum cōcordantibus.

Si autem Baro alienauit rem excadentialem, seù solitam concedi, tunc quia actus iste habet assistentiam legis, & Baro hoc facere potuit, sine dubio, neque ipse, neque successor reuocabit, & ita intelligatis Andr. in cap. primo qui succ. teneantur per regulā l. perfecta, C. de don. quæ sub modo.

SVMMARIVM.

1 *Ad consuetudinem inducendam, binus actus sufficit.*



SED in hoc licebit nobis præuenire tex. rubricę vestræ declarando obscura verba Andr. in princ. tex. propter difficultatem, quæ fieri consueuit, quando dicatur inducta consuetudo infeudandi, & quantum tempus requiratur; super quo Andr. videtur tàm obscurè loquutus in prin. tex. quòd vix intelligi potest quid senserit ibi, & hoc, si consueti sunt rem illam dare in feudum à tempore cuius nō est memoria & in verbis sequētibus. Affl. autem quasi declarando Andr. in decis. 305. & addentes ad eum, multa verba effundunt in persuadendo, quæ dicatur res solita concedi, & quot actus requirantur, Capic. etiam in sua Inuest. feudali in verbo feudum dant,
1 dicit, quòd ad consuetudinem inducēdam, sufficit binus actus. Sed quando infeudatio habuisset initiū sollemne, vt quia dicit ipse prima vice, qua facta fuit, adhibite fuerunt debite solemnitates, nō requiritur vlterior cōsuetudo, vel geminatio actus, allegat, & adducit suo more multas quotas, quas videre poteritis per vos. Dñs autem Camer. in cap. Imperialem nu. 7. col. 3. in fin. Ibi autem & secundo consideramus res istas particulares feudi,

non

non pro vt sunt in demanio, si quidem alia sunt concessa, vult ꝙ ista solita concedi feudatarius perpetuò alienabit; sed non declarat quantum tempus requiratur ad inducendam istã qualitatem, & consuetudinem, vt dicatur res solita concedi. Curt. autem in suo tract. feudorum in 4. princ. quæst. referendo opiniones aliorum, dicit quatuor requiri ad inducendã talem consuetudinem, primo cursus quadraginta annorum, secundo binus actus, tertio tacitus consensus populi, quarto ꝙ talis infeudatio sit vtilis, posteà autem referendo etiam opiniones, dicit, quod sufficiat vnica infeudatio solemniter facta, & opinio sua videtur esse, quòd ad inducendam consuetudinem, requiratur tempus immemorabile, Nam illud tempus dicit ipse, tollit resistentiam iuris, hæc sunt intricata verba Doct. super hoc articulo.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo quotuplex sit.*
2 *Reges nostri Regni caßant & annullant, ne dum consuetudines præteritas contrarias constitutionibus Regni, sed etiam futuras.*
3 *Centenaria præscriptio, & immemorabilis, habet vim tituli.*
4 *Constitutiones nostræ nõ intelligunt, nec comprehendunt consuetudines titulatas.*


D cuius dilucidationem, debetis præmictere notabilia verba Napod. nostri in princ. suæ glo. ad consuetudines Neap. vbi vult, quod con-
1 suetudo alia dicitur scripta, alia præscripta, alia titulata, & alia declarata: Debetis etiam præmictere illud indubitatum, quod Doct. nostri non refe-
2 runt. v3. ꝙ leges nostri Regni cassant, & annullant, ne dum consuetudines præteritas, contrarias constitutionibus Regni, sed etiam futuras, vt notat glo. sollemnis in prima const. super vers. & consuetudinibus, quam omnes sequuntur, & si hoc verum est, frustra Doct. laborauerunt de consuetudine trigiuta aut quatraginta annorum.

Et miror ꝙ Andr. noster causatum, & rationum maximus indagator hoc non scripserit, Vndè mirandũ non erit
3 de verbis Curtij, qui dicit requiri immemorabile, Nam centenaria possessio, & immemorabilis, habent vim tituli; & Constitutiones nostræ non intelligunt, neq; comprehendunt consuetu-
4 dines titulatas, vt in vulgata l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua: & cupienti habere quotas, sufficiat allegale Fely. in cap. cum nobis de præscript. alij autem aliter dicunt, quasi confundentes articulum.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinem inductam ad probandum, quadraginta anni requirũtur.*
2 *L. siue possidetis. C. de probat. quando procedat.*
3 *Dominium non quæritur sine traditione, siuè vera, siuè ficta.*
4 *Dominia originẽ ducunt à possessione.*
5 *Pro possessore, semper præsumitur, nisi doceatur de vitioso ingressu.*
6 *Instrumentum traditum, liberationẽ indicat.*

7 Duo eiusdem nominis, & vnus possidet Instrumentum, ille præsumitur creditor, sed si esset alterius nominis, præsumeretur procurator.

1 
VNDE pro vera resolutione, dicunt aliqui, quòd sufficiunt quadraginta anni, non ad initiandā consuetudinem, sed ad iam inductā probandam, Habet enim possesio oculum ad titulum, sicut titulus ad causam & respicit retrò, per se enim tantū tempus non sufficit, sed iunctum cum
2 allegatione tituli, satis est sufficiens, ex reg. l. siuè possidetis, C. de probat. quæ procedit, quando præsens status rei non contradicit veritati alterius status secundum Bal. & Salic. in l. ex persona. C. de probat. Et alibi. Nam vt scripsit Bar. in l. prima & in l. rem quæ no-
3 bis ff. de acquir. poss. Ideo dominium non quæritur sine tradditione, siuè vera, siue ficta; & vt alibi notauimus, Requiruntur titulus & causa cum traditione: quia à possesione orta sunt
4 dominia, & hoc factum est forsan in honorem primæ, & rudis illius acqui-
5 sitionis: pro possessore enim semper præsumitur, nisi doceatur de vitioso ingressu. Videmus hoc, quòd traddi-
6 to Instrumento per creditorem signū est liberationis. l. labeo, ff. de pactis l. si chirographum. ff. de probat. & vtrobiq; Doct. Videmus etiam, quòd si sint duo eiusdē nominis, & vnus pos-
7 sideat Instrumentum, ille præsumitur creditor, quia præsumitur pro possessore, sed si esset alterius nominis, præsumeretur illius procurator, not. Bal. in cap. ex literis num. 5. & seq. de cōsuet. Et ratio istius conclusionis redditur per Oldr. cōs. 170. in fin. v3. quia fuit possessio ista silentio aduersariorum roborata, & not. Affl. in §. illud de proh. alien. per Feder. in cap. Imperialem num. 13. vbi alia cumulat.

SUMMARIUM.

1 Possessio facit præsumi pro validitate, & solemnitate tituli.

1 
ET hoc totum facit, vt alij putant, vis possessionis, pro qua præsumitur. Et per istam theoricā in ardua causa inferebam coram doctissimis viris, quòd quando de validitate tituli, aut de solemnitate dubitatur, tūc possesio facit præsumi pro validitate & pro solemnitate, probat maximus accumulator dñs Fely. in cap. ad aures de rescript. num. 17. dum vult, quòd attenditur quis hodie sit in possesione conferendi, non autem ad quem spectet collatio, allegat Oldr. & alios Doct. summæ authoritatis. prodest enim ad multa haberi pro possessore, vt per gl. solemnem, in l. sicuti, §. sed si quæratur in ver. possessoris. ff. si seruit. vindic. & per Doct. in d. l. siuè possidetis: pro cuius intellectu, videatur Andr. in cap. inter filiam si de feudo defuncti militis, Alex. cons. 47. num. 10. vol. primo 137. vol. secundo n. 20. & seq. cons. etiā 33. in fin. vol. 3. cōs. 54. in fin. vol. 5 & 75. in fin. & cōs. 88 eodem vol. 5. & cons. 99. eodem vol. nu. 22. & doctissimus Couarruuius in cap. Rainunius. §. XI. post princ. ibi ex præmissis omnibus.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Ad inducendam qualitatem infeudandi, requiritur centenaria, ſed ad inductam probandam, ſufficit poßeſſio trigiuta vel quatraginta annorum.*



SED ad vnum ſemper aduertatis, quòd ex hac poſſeſsione naſcitur, & cauſatur exceptio, quæ incepit competere, ſaltim præſumptiuè antè natiuitatem legis prohibentis feuda dari poſſe, & legis annullantis conſuetudines futuras; Nam ſi illa prohibitio, & annullatio conſuetudinum, etiam futurarum naſcitur à lege, poſſeſsio præſens,& diuturna facit, vt exceptio nata ſit,antequam fierent dictę conſtitutiones & ſic facit, vt conſuetudo infeudandi cenſeatur immemorabilis, & præſcripta, quæ non tollitur per Conſt. vt in cap. cumana de elect. probat Alex. conſ. 136. vol. ſecundo. Sed illud de exceptione impediente natiuitatem prohibitionis, & annullationis, ſeu legis prohibentis, & annullantis, eſt dictum ſolemne Paul. de Caſtr. in l. nam, & poſtea .§. ſi minor .ff. de iure iurando quem refert, & ſequitur Fely. in cap. ſi autem ſuper verbo temporalia de reſcript. in quinta limit. ibi dummodo exceptiones ſint nate, & inceperint competere: Quod dictum, eſt ſumme notandum, quia poterit ſeruire ad multa: Et propterea declarando Andr. & alia verba Doct. videtur tenendum ſuper hoc
1 articulo, quòd ad inducendam qualitatem infeudandi requiritur centenaria, ſed ad inductam probandam ſufficit poſſeſsio triginta aut quatraginta annorum, vt voluit Luc. de penn. in l. fin. de imponend. lucra. deſcript. & in l. fin. de bon. vacantib. quem refert & ſequitur Affl. noſter in cap. primo nu. xi. Epiſ. vel Abb. Vndè ego inclino in illam opinionem, vt requiratur centenaria, cum tractetur de immutando ſtatu rei: & apertius firmabo in tex. veſtro poſt Andr. niſi cum aſſertione Baronis aſſerentis, ſeù teſtantis de hac qualitate, concurrat alia ſcriptura, licet informis, & non ſolemnis, per quã conſtet rem iſtam, alias fuiſſe conceſſam, aut concurrant adminicula, vt dicam in tex. cum Andr. & ita ſcio fuiſſe iudicatum me patrocinante per doctiſ. virum dominum Lanarium tunc Conſiliarium & lectorem feudorum. Et poſtea Regentem ad latus Regis in Hyſpania per quem decoratus fuit titulo Comitatus ob eius virtutes: Et hoc fuit in cauſa pro Illuſtriſ. Principe Biſignani cum quod. Doctore, qui habuerat ſubfeudum, ſeù Territorium ab eo in remunerationem, Nam fuit ordinatum reſtitui ſubfeudũ dño Principi, ſoluta quantitate pecuniæ ad me nſurã ſeruitij: & hoc, quia cũ aſſertione Principis dãtis ſubfeudum, non concurrebant alia adminicula, & aſſertio erat nuda & ſuſpecta per .l. ſi forte .ff. de caſtren. pecul. ſed ſola cauſa remunerandi, habita fuit pro verà. Videbitis Deo dante allegationes quas non inſerui, nè nimium trahamur in longum, & ne videamur confundere potius articulum, quam declarare.

Et per hanc theoricam, ego iterùm in Sacro Conc. obtinui pro Magnifico Iacobo Bricido de Ciuitate Capuę,

quòd

quòd concessio cuiusdam territorij facta genitori suo triginta annis retro per quoddam monasterium illius Ciuitatis declararetur valida & sollemnis ea sola ratione, quia monaci asserebant iddem territorium fuisse prius concessum alteri, & de hac concessione apparebat scriptura, & sic cum assertione concurrebant adminicula, & licet sollemnitas deficeret, dixi, quod illa præsumitur obtempta in prima cócessione, allegaui glo. Paris. in §. 5. nu. 78. quæ vult quod prima illa concessio enunciata, præsumitur solemnis, & valida, & notabiliter loquitur, & nu. 88. dicit, quod vassallus, qui est in possessione feudi, & qualitatum feudalium enunciatarum in renouatione, nó teneatur aliud probare, sed debet in sua possessione defendi, & secundum hanc decisionem fuit iudicatum: & dixit mihi quidam doctus Consiliarius, quod ista sola decisio mouit animos iudicantium, licet ego vltra glo. adduxerim Dec. cons. 142. & in auth. qui rem C. de sacrosant. Eccles. Alex. cons. 189. vol. 2. & cons. 9. lib. 3. qui loquuntur de re solita concedi, sed cum Andr. in tex. adducam alia prò ista opinione, quæ vera est.

SVMMARIVM.

1 Concessio facta vsq; ad secundam generationem, si postea fiat in perpetuum an vitietur contractus.



T nouissimè in alia causa etiam in Sacro Conc. pro Magnifico Io. Dominico de Oliuerijs qui conduxit quoddam territorium feudale ab Illustrissimo Cardinali Columna Rectore Monasterij Sanctæ Sophię de Beneuento, allegaui decis. Andr. in §. libellario, quibus mod. feu. amict. vbi dicit ista verba, & dicitur perpetuus, saluo quod debet renouari; & hoc idem firmat in §. donare, qualiter olim feudú poterat alien. prope finé, ibi item posset locare. Nam dicebatur pro parte Rectoris, quod ista concessio nunc facta Ioanni Dominico de Oliuerijs, erat dissimilis à priori concessione facta
1 Cæsari Sansonio per prædecessorem Rectorem: illa enim prior concessio cantabat ad viginti nouem annos ad renouandum, & ista secunda concessio dicebat pro se, & hæredibus quibuscúq; de qua dictione loquitur plenè Alex. cons. 59. nu. 7. vol. 7. & Curt. Iun. cós. primo super quo fuerunt discussa duo puncta, Primú, an quãdo secunda concessio est difformis à priori, vitietur in totum vel pacta superuacua cadant, & cócessio redducatur ad formam prioris concessionis. Allegabatur in contrarium decisio Affl. 107. qui vult, quod si fuit facta concessio rei Ecclesiæ vsq; ad secundam generationem, & postea fuit reconcessa in perpetuum, quod contractus vitiatur in totum, tanquam factus contra solitum. Secundo fuit discussum, si illud verbum quibuscunq; positum in secunda concessione, vitiet concessionem in totum, postquam natura illius dictionis est comprehendere etiam extraneos, secundum Curt. Iun. cons. primo.

SVMMARIVM.

1 Rectori permittitur concedere res Ecclesiæ in perpetuum.

2 Qui

2 *Qui declarat, nihil noui facit.*
3 *Verba sunt aptanda naturæ rei, super qua, & de qua quis loquitur.*
4 *Qualitas de renouando semel infixa rei cum dispensatione Apostolica est realis, & sequitur naturã contractus, sicut, & cætera pacta.*



AD hæc omnia respondebã, ꝙ hodie per §. licentiam in auth. de alienand. rebus Ecclesiæ permittitur Rectori concedere res Ecclesiæ in perpetuum & proinde decisio Affl. non obstat, quia quando vera esset, illa cõcessio cantabat de certis personis vsq; ad tertiam generationem, & sic cõcessum erat ius citò finiturũ, & respectũ nouæ qualitatis in perpetuum, dicebatur noua concessio, declarat opt. glo. Paris. §. 41. nu. 37. & seq. quæ dicit pactum nouum vitiari, non contractum, & respondet ad decisionem Affl. Sed in casu nostro, quia illud pactum renouandi, inducit perpetuitatem, saluo ꝙ debet renouari, vt declarat Andr. in d. §. libellario, vnde sufficit contrahẽtes conuenire in substantia contractus, licet aliquid addatur, ꝙ non repugnat primæ concessioni, vt in renouatione notauit Dec. suo sollemni cons. 53. Et sic secunda concessio nõ est difformis à priori, quia secunda explicauit, & aperuit illud, quod à lege subintelligebatur, instar excutientis granũ de spi-
2 ca, Et qui declarat nihil noui facit, & illud verbum quibuscunq;, vel stabit sine virtute operãdi, & impropriabitur vel reducetur ad permissum legis, aut ad tenorem prioris inuestituræ, & restringitur secundum Bart. in l. quidam relegati, ff. de reb. dub. probat Alex.
3 cons. 189. vol. 2. Nam verba sunt aptãda naturę rei, super qua, & de qua quis loquitur, & accipienda sunt in illa significatione, quæ congruit negotio, vbi proferuntur, vt est exemplum in verbo donationis. ff. locati. l. si vno, probat Andr. in prædicto §. donare post nu. 9. qualiter olim poterat feud. alien. & eleganter Bal. in l. 1. C. si pignus pign. datum sit, & illud verbum reuocandi obligat successorem nõ in actione personali, vt credidit Ang. cons. 184. quẽ refert, & sequitur Affl. in d. §. si libellario post num. 24. quia vterq; male
4 loquitur, Nam qualitas de renouando semel infixa rei cũ dispensatione Apostolica est realis, & sequitur naturam cõtractus, sicut & cætera pacta & proinde pactum illud afficit rem, & in tãtum afficit, vt omnis successor teneatur renouare ad beneficium illorum, qui sunt comprehensi in lege inuestituræ & concessionis, & illis nolentibus acquirere, possit successor concedere in perpetuum sine solemnitate, tãquã rem solitam cõcedi, probat Socc. cõs. 99. vol. 1. causa nunc pender, expectabitur decisio, & nos quoq; diffusius trãctabimus in c. 1. qui successores teneãtur. Sed quid importet, & quid significet contractus iste libellarius, declarabitur in sequenti articulo, vbi videbimus, quæ dicatur res de mensa, & quãdo sit incorporata, & reacquisita Ecclesiæ vt iterum alienari non possit sine solemnitate: & incidenter tractabimus simul, an concessio debeat renouari sub eodem censu singulis viginti nouem annis, vel debeat res estimari cum augmento census, iuxta valorem rei.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Res de menſa quæ dicatur.
2 Feudum quid ſit.
3 Res de menſa, & res de demanio, in in quibus inter ſe differant, & quid importent.



1 T veniendo ad primum quæſitum, ſciatis, quod tantum eſt dicere de mēſa, quantum de demanio Baronis. Ea enim ſunt de menſa, ſeu de demanio, quæ ſunt deſtinata ad vſum feudi, & ad comoditatem Baronis, vt cōmodè viuat, & viriliter pugnet prò dño, cui tenetur præſtare ſeruitium, de quo dicetur ſuo loco, & de quo etiam Andr. tractat in cap. Imperialem .§. firmiter de prohib. feu. alien. per Fedet. & in cap. 1. .§. huius autem generis, ex quibus cauſis feu. amiċt. & alibi ſæpè: Paris autē noſter in ſuo opere feudorum cap. 6. quod incipit aliqua verò, dicit iſta verba, aliqua verò ſunt bona demanialia feudorum de tabula, vt domus, prædia, vineæ, olìueta, montes, paludes, nemora, & alia membra, quibus feudum integrū conſtat, & quæ cum aliis iuribus feudi faciunt vnum feudum valoris vnciarum x x. allegat Andr. in pluribus locis, & poſteà ſubdit, quia Feudum
2 eſt vniuerſitas facti, habens diuerſos agros, territoria redditus, & iuriſdictionem in vaxallis, & alia iura ſua: Et poteſt habere bona in diuerſis locis, quia deſtinatione dñi conſtituitur feudum: & deindè ſubdit, & iſta de natura feudi, ſunt illa, quæ ſolita ſunt teneri in demanio dñi, vel Curiæ prò ſubſtentatione, & viuere domini. Nam illa bona, in quibus alter habet vtile dominium, non dicuntur de mēſa, vel de demanio dñi, hęc ſunt verba ſua: Ex quibus videtis tantumdem
3 importare bona eſſe de menſa, vel de demanio. Cuius dictis addatis vos, quòd iſta bona de menſa, nè dum fiūt domini deſtinatione in ipſa erectione feudi, ſed fieri poſſunt etiam ex voluntate feudatarij, & hoc dupliciter. Vno modo addendo bona propria & particularia feudo, puta ſi feudatarius emerit aliqua prædia vicina feudo, ſic declarando, vel præſtando ſeruitium prò eis, & tunc addendo feudo bona iſta, facit vt dicantur etiam de menſa; & hic eſt vnus de caſibus, in quibus Baro, vel feudatarius non prohibetur augere feudum, quia leges Regni, quæ prohibent omnem contractum fieri de feudo, etiam in augumentum, non prohibent fieri iſtas extrinſecas adauctiones, ſeu augmentationes, quæ nihil tangunt de feudo, ſed feudum ipſum augent per cauſam extrinſecus ſuperuenientem, hoc docet Andr. noſter in .§. è contrariò cap. 1. de inueſt. de re alien. facta in princ. ibi an augmentum factum per feudatarium, quæratur feudo, quod etiam fatetur Camer. in cap. Imperialem fol. 5. litera M. qui etiam addit, quod etiam remictendo fieri poteſt, puta remictendo hypotecam, Allegat Affl. deciſ. 232. de quo nos alibi tractamus.

SVMMARIVM.

1 Tranſactio, an permictatur ſuper feudo, & in quibus caſibus.

EX



EX cuius dictis, ſolitus sũ dicere, ꝙ quamuis tran-
1 ſactio, etiam prohibeatur fieri ſuper feudo per leges Regni noſtri, vt in conſt. diuæ memoriæ illa ſola prohibetur, quæ ſonat rem tradi, non autem rem retineri, Nam ſi feudatario eſſet mota lis ſuper feudo, licebit ſibi poſſeſſori redimere vexationem aliquo pretio ſoluto: & in hac tranſactione non requiritur aſſenſus, quia fit ad beneficiũ feudi, & feudatarij poſsidentis, & ita intelligatis vos l. ſi pro fundo C. de tranſact. Nàm tùnc tranſigens ad cõſeruandam ſuam poſſeſsionem, facit meliorem conditionem feudi, & nè careamus authoritate, videbitis glo. ſingularem in l. nulli .ff. de tranſact. quam ſequuntur ibi Bar. & Paul. de Caſtr. & illam glo. extollit Panormitanus, qui idem dicit de prælatis in c. contigit col. 2. verbo concluderem ſic, extra de tranſact. & in c. veniens eod. tit. & conſ. 56. vol. 1. probat glo. Pariſ. §. 22. nu. 67. qui alios cumulat, & Alex. firmat conſ. 41. vol. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Triginta annis inducitur conſuetudo, Nam per tantum tempus immutatur conditio rei, & perſonæ & acquiritur ius vaſſallagij.*

2 *Res de facili reacquirit naturam ſuam, & vnitur ſuæ primæ formæ.*

3 *In dependentibus à voluntate vnius, ſola declaratio ſufficit.*

4 *Hæreditas ſonat in ius, & non in factum.*



SECVNDO modo poſſunt fieri etiã de volũtate feudatarij, Nã ſi bona, q̃ erãt ſeperata à mẽſa, & à demanio, ea ſeparatione, de qua ſuperius loquuti ſum⁹, nõ tñ totali, ſi illa redeant ad feudatariũ, puta generatiõe finita, aut aliqua culpa illius poſſeſſoris tũc nõ cogitur feudatarius illa alteri concedere, ſed põt (ſi vult) ſub eodẽ ſeruitio, aut onere concedere: Sed ſi elegerit prò ſe retinere, tunc bona iſta, quæ exierãt de mẽſa, iure quodam regreſsionis redeunt ad menſam, & ad corpus feudi & reacquirũt primordialẽ naturã feudi: & hoc Baro, ſeù feudatarius facere poterit dupliciter. Vno modo, vt docet Andr. hic in tex. veſtro in 1. col. tenẽdo bona ipſa in demanio per triginta annos, quia tunc dicit ipſe indu-
1 cta erit conſuetudo nõ dandi: Nam per tantũ tẽpus immutatur conditio rei & perſonę, & acquiritur ius vaſſallagij, & hic eſt primus modus, Secũdus modus eſt ille, quẽ docet Luc. de Penn. in l. vnica de impon. lucrat. deſcript. puta dicit ipſe ſi hoc Baro ità dixerit. Et ſic habetis, ꝙ conditio rei, etiã ſola voluntate mutatur, Nam ſi Baro ſemel declarauerit velle rem regreſſam ad feudũ, retinere in menſa feudi, ſola declaratio ſufficit, q̃ fieri põt momento tẽporis, non expectato illo curſu triginta annorũ, de quo loquitur Andr. Et ratio huius dicti põt
2 eſſe duplex, Prima quia res de facili reacquirit naturã ſuam, & vnitur ſuæ primæ formę, vt in §. quod in ſpetie. l. ſi vnus ff. de pactis, Secunda quia in
3 dependentibus à voluntate vnius, ſola declaratio ſufficit, l. is poteſt ff. de acquir. hæred. cum concord. & hæc eſt ratio. l. Paulus reſpondit, alias incipit per procuratorem hereditatem
4 acquiri non poſſe, Quia hæreditas ſo-

nat in ius, & nō in factum, Nam illud acquirere, à sola voluntate depēdet.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio, an debeat fieri sub eodem censu, vel debeat proportionari augmento, & valori rei.*

2 *Libellarium contractum facere, quid importet.*

3 *Possidēs ab alio, nullo tēpore pscribit.*

4 *Emphitheoticus contractus, an scripturam requirat.*

5 *Libellum dicere, tantum est, quantū dicere scripturam.*



VPEREST modò, vt iuxta promissa veniamus ad secundum caput videlicet an renouatio debeat
1 fieri sub eodem censu, vel debeat proportionari augmento, & valori rei. Super quo dñs Paris in c.126. quod incipit, an si fuit cōcessa res redditia feudo, alicui & suis, determinat, quòd dominus tenetur renouare consanguineis prò eadem mercede, allegat Bar. in l.
2 1. C. de metallar. ad finem lib. 11. Sed quid importet dicere, aut facere contractum libellarium, diù laboraui in inuestigando rationem, Nam Andr. noster in alleg. §. libellario, quib. mod. feud. amict. dicit quòd iste contractus est consuetudinarius vsq; ad annos viginti nouem, Et fortè ortum habuit ex auth. de alienan. & quod in eodē contractu apponitur, vt singulis viginti nouem annis renouetur, hoc fit, dicit ipse, vt non currat præscriptio, hęc sunt verba sua, Quæ verba iudicio meo sunt nimìs frigida, & debilia; Nam illa recognitio, quæ fit singulis annis per solutionem census, est maior illa, quæ fit per scripturam. Et sufficit ab initio interuenisse scripturā: vt tollatur omnis occasio præscribēdi, iux. l. malè agitur
3 C. de præscript. 30. vel 40. an. vbi probatur, ꝙ qui ab alio possidet, nullo tēpore præscribit. Probat doctiss. Couar. in c. requisisti de testam. nu. 2. Et proinde cogitabam ꝙ istæ leges Longobardorum inuenerunt hunc modum cōtrahendi de renouanda scriptura singulis viginti nouem annis, ad tollendam difficultatem antiquorum, qui dubitaue-
4 runt, si contractus emphitheoticus requirat scripturam. Super quo maiores nostri vario modo scripserunt, vt tangit Aym. cons. 112. nu. 8. licet minus rectè loquatur ibi, & propterea inuenerunt hunc modū contrahendi ad finē, vt non solū fiat scriptura ab initio, qua si declarando illam varietatē Doct. vt contractus fiat in scriptis, sed etiam vo
5 luerunt scripturā ipsam renouari. Nā tantum est dicere libellū quātum scripturam. Et in hanc opinionem reperi tandē venisse Napod. nostrū super glo. in verbo libellario iure in cōsuet. q̄ incipit in bonis quondā mariti in fin. verbis illius glo. vbi dicit ista verba; Prętereà hęc cōsuetudo nō videtur cōtentari de prescriptione, sed libellum seù instrumentū locationis, seù concessionis requirit, cū dicitur libellario iure cōcessas, hęc sunt verba sua post lōgū discursum: cuius authoritate cōtenti esse debem⁹. Sed melius hoc iddē declarauit idē Napod. in cōsue. si cōstāte in verbo diminuitur, vbi declarandò, ꝙ mulier habet diuersum patrimoniū dicit ista verba. Itē habet bona ad libellū, q̄ etiā introducit ad domūViri, scribi fecit in quodā libello, seu instrō, vt tēpore separationis deferant, Alleg. l. si ego. §. dotis

ff. de

ff. de iure dot. quæ lex videnda est ad sciendum vsum Romæ, vndè processit libellus istæ seu datio ad libellum.

SVMMARIVM.

1 *Diuersitas nominis, an producat diuersos effectus.*

2 *Feudorum plura nomina & effectus in quibus inter se differant.*



ED pro totali declaratione istius verbi rei, expedit vt cognoscamus singulas res, & singula membra istius hominis muti, postquam video res ipsas diuersis nominibus nuncupari, & sic videbimus, an nomina ipsa in iddem conueniant, & sic dicantur trāsfusa, & non confusa: Vel an propter
1 diuersitatem nominis habeant etiam diuersos effectus arg. l. si iddem C. de
2 codicill. Et pro cognitione est sciendū, quòd ista bona, seu res particulares feu di diuersis nominibus denominantur à maioribus nostris. Nam gl. prima in Const. vt de success. in princ. & posteà in verbo in omnibus eiusdē cōst. voluit ꝙ ex bonis ipsius aliqua sint feuda plana, & de tabula: aliqua dicūtur athena sių, seu tenimēta feudorū, quę sūt feuda rustica: & alię dicūtur res particulares feudi: & aliq; dicūtur res excadētiales; aliq; res redditię feudo: aliq; res emphiteoticę: aliquę res censuales feudi, quæ licet diuersis noībus appellētur, in paucis tñ differre videtur. Et vt incipiam⁹ à d. gl. tanquā ab inuētrice nominū, dixit gl. in princ. ista verba. Ceterū si feudū sit rusticanū, vtpotè ex quo debetur redditus panis, carniū, pecunię, vel annonæ, siuè prestatio operum, & huiusmodi solita seruitia, cuiusmodi in aliquibus locis vocantur tenah, vel tenimentum, puto dicit gl. istam constitutionem cessare, & ius commune locum habere, Ista sunt verba gl. quam nos superius allegauimus addendo, ꝙ etiam fęmine succedant in istis feudis.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarij, an possint concedere nemora, & tenimenta, etiam in pecunia.*



LO. ista occasionem prebet inuestigādi, vndè hoc procedat, si ista subfeuda non possunt concedi per Baronem, nisi ad partem fructuum, vt superius firmauimus, sequēdo Andr. in c. primo, an ille qui interfecit fratrē dñi sui in fin. & i c. primo ī prima addit. de capit. Corradi, quib⁹ addatis eūdē And. in hac rub. vestra post nu. 8. & in c. 1. in fin. de feu. non habente propriā naturā, & in Constit. Authoritatē de locat. demanij, & in Cōstit. Dignū, & in Cōstit. Constitutionē Diuę memorię in verbo minuēdis, & Luc. de Pē. in l. dñi pdiorū in final. verbis de agr. & cēs. lib. 11. Vbi Luc. dicit ista verba; Si aūt consuetudo est, ꝙ vice fructuū ex terra peruenientiū, pecunia debeatur, hoc per dños obseruetur, sic intelligo, dicit ipse, per quod multa scripta in gl. cessabūt & sic Luc. videtur consentire cum gloss. vt feudatarij possint concedere nemora &
1 tenimenta, etiam in pecunia, & in hoc differt ab Andr. qui penitus negat ista tenimēta, & nemora posse dari, seu concedi in pecunia: quia dicit in omnibus

locis, ad parte fructuum, & non in pecunia, & hoc omnes nostri conueniunt. & propterea vtile erit indagare, si o-nio glo. vera sit, & quomodo def-di possit.

SVMMARIVM.

1 *Dominus potest facere de re sua quod vult.*

2 *Dominus potest vendere nomē debitoris ipo inuito.*

3 *Verba illa de seruitio in seruitium, & de demanio in demanium quid importent.*

4 *Barones in Regno nō possunt nisi excadentias locare.*



DOMINI illa obscura verba Lucæ declarant glo. Nam dicit Luc. ꝙ tunc Barones dabunt, & concedent tenimenta, seu tenasia bona in pecunia, si consuetudo sit illa concedendi; dicatis vos, si consuetudo sit prę scripta, inducta, aut præsumpta in ipsa constitutione feudi argum. l. si fundum. ff. de fundo dotali. Ibi si antequā.
1 Potest enim dñs de re sua facere quod vult. l. in re mandata. C. mandati cum similib: & sic dum erigebat feudum, & vniebat startias, vineas, & nemora, voluit dominus complacere aliquibus, & forsan illis, cum quibus prius cōtraxerat, & sic dum sua destinatione erexit feudum, voluit, vt illi, qui ab initio reddebant sibi pro aliquo tenimento illis dato in pecunia, vel reddebant, aut soluebant par vnum sonagliarum, vnum sprouerium, seu accipitrum Spallam porci, & similia, in futurum illa soluerent feudatario nouo, & feudo nouiter erecto, Nā illius possessoris nihil interest magis soluere domino, quam alij l. 1. C. de nouat. quam ad hoc expendit Andr. in §. nec dñs de proh. feu. alien. per Feder. post. nu. 45.
2 Quia dicit ipse, & vendere posset dñs nomen debitoris, inuito ipso debitore, Quibus cōcordat Cōstit. Regni, Cōsuetudinē Prauā; Vnde fatendū est, ꝙ quādo videmus istas annuas præstationes in feudis, & ista tenimēta, seu tenasias posideri sub vili pretio, credendū est ꝙ dñs ita iusserit in ipsa natiuitate, & erectione feudi, cedendo feudatario ipsa nomina debitoris, & mādando, vt in futurum correspōdeant feudatario:
3 Et hoc importanti illa verba, quæ de seruitio in seruitium, & quæ de demanio in demanium, de quibus superius loquuti sumus: Quæ verba declarat idem Paris. in c. 7. sui operis, incipit iuxta præmissa, quæro de quadam occurrenti quæstione, & addit, ꝙ Baro-
4 nes in Regno non possunt, nisi excadētias locare, & demania non tangunt. Et licet velit, ꝙ quæ excidūt, seu deuoluuntur non debent feudatarij sibi appropriare, sed alteri concedere, sequēdo opinionem Bal: Nihilominus verior est opinio Andreæ de controuer. feu. apud par. term. vt nō cogantur dare, & Bal. saluari potest, dum dicit, ꝙ non debent sibi appropriare, quod sapit mutationē naturæ, & euisceratione feudi, tollendo à corpore feudi, & appropriando feudatario, non tanquā feudatario, sed vt cuilibet, & hæc explicātur clarius in tex. in ver. possunt: & in hanc opinionem inclinat glos. in Coust. post mundi machinam, in ver. posint assumi ibi. Sed quid si in eodem articulo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Feuda plana, tenasia, rusticana, & his similia omnia comprehenduntur sub termino excadentiarum.



ET in hoc discursu, habetis etiam declarationem verborum glo. Nam quãdo dixit feuda plana tenasia, rusticana, censualia, & his similia Vos intelligaris, ꝙ omnia ista nomina conueniunt cum excadentijs, & comprehenduntur sub genere, & sub isto termino excadentiarum. Et ideo cõstitutio prædicta diuæ memoriæ sub illo verbo excadentiarũ, tanquã sub genere, voluit comprehendere omnes istas species, vbi dixit excadentias autẽ Baroni, & militibus locare permictimus, dummodo sub eodem annuo seruitio, & redditu locentur, sub quo antiqui locare consueuerunt, ita ꝙ in nullo debitum seruitium, vel redditus minuatur, hæc sunt verba illius const. Quæ const. sub hac denominatione excadentiarũ nõ comprehẽdit terras steriles, seu nemora, quæ dari possunt per Barones ad partẽ fructuũ tantum, & sic excadentiæ cõcedi possunt per Barones sub eodem seruitio, quod neq; minui, neq; remicti potest, cum lex data sit in traditione rei: Terras autem parum vtiles dabunt ad partem fructuum, & sic saluabitis glo. à cõtradictione, vt excadentialia dentur ex vi consuetudinis, quæ præsumit consensum dñi ab initio, vt notauit dñs Lucas, & nos supra declarauimus, & cum istis suppletionibus, & declarationibus sit impositus finis huic verbo rei.

SVMMARIVM.

1 Barones, an possint censualia exigere propria authoritate à vaxallis.



SED hic dubitari vidi aliquando: an Barones possint ista censualia exigere propria authoritate à va-
1 xallis & rendentibus, & reperio, ꝙ Bal. in l. fin. C. vndẽ vi, determinat, ꝙ sic Luc. autẽ de Penna in l. hi penes quos, & in l. generali de decurio: & iterum in l. litibus de agric. & cens. tãgit quæst. & non determinat. Vos dicatis, ꝙ quãdo vaxalli non negant debere, & certa est quantitas quæ debetur, & causa debiti non negatur, scilicet pro causa, vel occasione feudi, tunc vera est opinio Bal. sed quando fieret controuersia de causa, vel quantitate, tunc cum causæ cognitione tractari oportet, ne sit iudex Baro in causa propria, & ita intelligi debet illa vulg. l. censualis. ff. de probatio: incip. l. census, & monumenta, & hoc alibi diffusius discutio docet Andr. in const. si dominus.

SVMMARIVM.

1 Baro, an possit iura feudi remictere.



ET in quantum superius tetigi, ꝙ Baro, seu feudatarius non potest remictere
1 iura feudi, videatis eundẽ Luc. in l. si quis prædium in fin. de agric. & censi: quia hoc facere, alienare est, vt ipse dicit, allegat l. quærebat. ff. ad l. Falcid. Probat Andr. in c. Imperialẽ. post princ. de prohib. Alien. per Federicum. Vbi nos Latius explicamus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Feudum super quibus constitui possit.*
2 *Merum imperium semper fuit penes Reges, usque ad tempus Reginæ Ioannæ.*
3 *Regina Ioanna cepit concedere Castra cum mero, & mixto imperio.*
4 *Ante tempus Reginæ Ioannæ, Barones non exercebant, nisi bassam iurisdictionem.*
5 *In erectione feudorum cum vaßallis, inerat ab initio & inest illa bassa iurisdictio, quæ prodest ad sedandas lites, quæ oriri solent inter uassallos, & habitatores loci.*
6 *Barones non eligebant antiquitus in Castris suis, nisi Camerlingos annales, qui exercebant iurisdictionem in iudicando de litibus breuioribus.*
7 *Magna Curia antiquitus exercebat iurisdictionē super omnia Castra, & loca Regni.*
8 *Iurisdictio, & omnis districtus apud Principem est, & propterea potest mihi concedere aliquod Castrum alicuius Ciuitatis cum iurisdictione, nisi prius concesserit alteri.*
9 *Menia Castri possunt esse vnius, & iurisdictio alterius.*
10 *Menia, & iurisdictio sunt inter se separata.*
11 *Castro concesso, non intelligitur concessa iurisdictio.*
12 *Iurisdictio stat super territorium, sicut nebula supra paludem.*
13 *Territorium stat subiectiuè cum iurisdictione.*
14 *Feudum nihil commune habet cum iurisdictione.*
15 *A sententiis Baronum, quibus sunt concessæ cognitiones primarum, & secundarum causarum, appellari potest ad Regem, non obstante titulo nè liceat tertio prouocare.*
16 *Barones in causis appellationum censentur, vt delegati Regis.*
17 *In concessione iurisdictionis, & Castri, non veniunt nisi primæ causæ.*
18 *Rex est dominus personarum.*
19 *Feudum in incorporabilibus, & in annuis introitibus consistere potest.*
20 *Feudū cōstitui pōt super cellario vini.*
21 *Feudum potest constitui super panibus ciuilibus, idest redditibus.*
22 *Feudum non constituitur, nisi in re soli, vel solo cohærente.*
23 *Si simplex aliquis dedit pecuniam in feudo, & iurauit fidelitatem, nunquid amittet pecuniam, & erit absolutus à iuramento, ita quòd amplius non erit vassallus.*
24 *Iuramentum interpositum super impossibili, non obligat.*
25 *Feudum non meretur nomen feudi, nisi consistat super re stabili, vel æquipollenti.*
26 *Impossibilitas illa excusat, quæ habet resistentiam iuris, & naturæ.*
27 *Emptores annui introitus super feudis cum aßensu, an teneantur ad solutionem adohæ.*
28 *Feuda aliquando consistunt in vassallis, aut in territoriis, aut in annuis introitibus.*
29 *Feudum solet recipere augmentum, & diminutionem.*
30 *Functiones fiscales, an semper fuerint solutæ.*
31 *Alfonsus Rex primus statuit, vt pro quolibet foculari solueretur duc. vnus, seu tareni quinque.*

SV-



1 SVMVS modo super verbo, vel equipollentis: Potest enim feudum constitui, nè dũm super rebus soli, quæ oculis subijciuntur, sed etiam super annuis introitibus, & super iurisdictione, vt per Affl. in præludijs feud. nu. 58. & seq. Nam videmus aliquãdo etiam in hoc Regno feudatarium possidere aliquod Castrum, seù aliquam Baroniam, vel feudum cum vassallis, & in illis alterum habere iurisdictionẽ criminalem, quam omnimodam appellamus; Et hoc procedit, quia iurisdictiones altæ, & merum Imperium,
2 semper fuerunt penes Reges, vsque ad tempus Reginæ Ioannæ, vt dicetur inferius, Illa autem Regina cepit conce-
3 dere Castra cum mero, & mixto Imperio, vel aliquando concesit omnimodam iurisdictionem eisdem Feudatarijs, qui Castra tenebant, quod iddem est dicere, addẽdo gradum iu-
4 risdictionis, Nam ante hoc tempus Barones, & Feudatarij, qui Baiuli loco rum dicebantur, non exercebant nisi bassam iurisdictionem, & propterea dicebantur Iudices ordinarij vassallorum, vt not. Andr. in §. præterea, si inter duos c. Imperialem de proh. feud. alien. per Feder. nu. 78. & alibi sepè. Et pro aliquali cognitione debetis scire, ꝙ in erectione feudorum cum vassallis, inerat ab initio, & inest illa ciuilis,
5 seu bassa iurisdictio, quæ prodest ad se dandas lites, quæ oriri solent inter vassallos, & habitatores loci; Et ideò an-
6 tiquitus Barones, & Feudatarij Regni non eligebant in locis, & Castris suis, nisi Camerlinghos annales, qui exercebant iurisdictionem in cognoscendo, & iudicando de litibus illis breuiori-
7 bus, & causis summarijs: Nam tunc Mag. Curia exercebat iurisdictionem super omnia Castra, & loca Regni, ꝓbat hoc cõstitutio, & lex Regni huius quę incipit, Ea quæ ad speciale decus, Et propterea Bal. in c. 1. de nat. feu. post nu. 3. dicit ista verba, Et ideo si Imperator vellet mihi concedere aliquod Castrum alicuius Ciuitatis cum iurisdictione, posset. Quia omnis iurisdi-
8 ctio, & omnis districtus apud Principem est, nisi prius concesserit alteri, & idem Bal. in c. 1. §. è cõrrario de inuest. de re alien. fact. loquens de augmento, si cedat Castro, dicit ista verba, Nũ quid ergo est iddem, si iurisdictionem emerit in Castro sibi concesso, videatur dicit ipse, ꝙ iddem: quia iurisdictio cohæret Territorio, Sed contra-
9 rium determinat, quia menia Castri possunt esse vnius, & iurisdictio potest esse alterius. Ergò dicit ipse sunt ad in-
10 uicem, non solum separabilia, sed etiã separata. Quæ antè eum dixit Oldr. cons. 121. & in c. 1. de allod. post longũ
11 discursum, dicit idem Bal. ꝙ concesso Castro non intelligitur concessa iurisdictio. Allegat Innoc. in c. ex literis de
12 iure patr. & addit post nu 7. ꝙ iurisdictio stat super Territorium sicut nebula supra paludẽ; Sed melius dixit Oldr.
13 ꝙ territoriũ stat subiectiuè cum iurisdictione, sed de hoc alibi dicemus. Sufficiat nunc intelligere, ꝙ feudum ni-
14 hil comune habet cum iurisdictione, quæ, vt scripsit Camer. dicitur pupilla oculi Regis, & honor Diadematis, & Coronæ. Et ex hoc fonte, vt credo diriuata est conclusio, ꝙ quamuis Ba-
15 ronibus concesse sint cognitiones primarum, & secundarum causarum, ab illorum sententia appellari possit ad

Regem

Regē, non obstante titulo, nè liceat
tertio prouocare: Non illa ratione,
quòd vnicum dicatur Tribunal, quæ
nunquam mihi placuit, postquam in
16 causis appellationum, Barones cen-
sentur, vt delegati Regis, secundum
Andr. in c.1. post nu. 3. hic finitur lex
ibi nunquid idem, si nō à Rege, quia
17 in cōcessione iurisdictionis, & Castri,
nō veniunt, nisi primæ causæ, secun-
dū Ang. in l.1. §. qui mandatā de off.
eius, & probat Marinus noster, Sed
illa potissimum ratione, quia Rex
est dominus personarum: & hoc fa-
18 cere potest ratione supremi dominij,
ne subditi sui malè tractentur à feu-
datarijs; Et hoc feudum iurisdictio-
nis, quando separatim conceditur, &
non cum Castro, dicitur feudum iu-
19 risdictionis, quia etiam in incorpo-
rabilibus, & in annuis introitibus cō-
sistere potest, vt est prædictum, & vt
docet Andr. in c.1. post nu.3. de feudo
20 March. Vbi vult, ꝙ feudum consti-
tui potest super cellario vini, quod
canneuam appellat, & est vocabulū
Lombardorum, vel super Camera
21 Regis, & in panibus Ciuilibus, idest
redditibus, & subdit ista verba, Præ-
terea si daretur administratio digni-
tatis Marchionatus in feudum, fortè
propter redditus iurisdictionis, si cer-
ti erant, hoc iddem firmauit Andr. de
feu. cognit. c. sciendum in princ. vbi
22 dicit ista verba, ꝙ feudum non con-
stituitur, nisi in re soli, vel solo cohæ-
rente, aut in his quæ computantur
inter immobilia, & propterea idem
Andr. in c.1. si pro feudo, vassallus ab
aliquo interpell. fue. nu. 2. post glo.
quæsiuit, an si simplex aliquis dedit
pecuniam in feudo, & iurauit fideli-
tatem, nunquid ammictet pecuniā,
23 & erit absolutus à iuramento, ità ꝙ
amplius non erit vassallus, glo. non
respondet, sed And. dicit, ꝙ non erit
feudum, & iuramentum non obligat
24 tanquam interpositum super impos-
sibili, & hoc dixit Andr. ad demon-
strandum, ꝙ feudum nō meretur ha-
25 bere nomen feudi, nisi consistat su-
per re stabili, vel æquipollenti, & in-
cidenter declarat illum §. impossibi-
lis, instituta de inutil. stipul. videlicet
ꝙ illa impossibilitas excusat, quę ha-
26 bet resistentiam iuris, & naturæ, &
est decisio notanda: Sed quia aliquā-
do contingit feudatarios aliquos ven
dere super feudis suis annuos introi-
27 tus cum assensu, dubitari poterit, si
isti emptores introituum teneantur
ad solutionem adohæ; Et pro cogni-
tione est sciendum, ꝙ seruitiū diuer-
simode præstatur, Nam feuda ali-
28 quando consistunt in vassallis, aùt in
territorijs, aùt in annuis introitibus: &
hoc vltimo casu præstantur nomine
seruitij vntię quinq; & vna quarta, &
ratio est, quia hoc casu feuda non re-
cipiunt, nec augmentum, neq; dimi
nutionem: Si verò consistant in Ter-
ritorio, & tùnc prò quibuslibet vigin
ti vntijs præstantur sex: & est ratio,
quia hoc casu feudum solet recipere
augmentum, & diminutionem, arg.
29 l. de fideicom. de transact. C. Si verò
consistant in vassallis, tunc prò singu
lis xx. vntiis, præstantur decem cum
dimidia, probat Andr. in c. 1. quis di
catur Dux in fine, & ratio est, quia ad
hoc seruitium tenentur contribuere
vassalli, quorum cōtributio fit ad ra-
tionē medietatis collectæ generalis
per cap. Reg. sub anno 1440. Nam

antea

30 anteà non soluebantur in Regno functiones fiscales, sed quædam collectæ quæ generales appellabantur, & singulis duobus mensibus exigebantur: Ex hac occasione soluebatur certa pecuniæ quantitas: Statuitq; Rex Alfon
31 sus primus, vt prò quolibet foculati, quilibet solueret ducatum vnum, seu tarenos quinq; Medietas ergò huius functionis, ad quam vassalli tenentur, imputatur in seruitium, & hoc fecit Rex Alfonsus dùm sublulit generales collectas, & statuit, vt prò quolibet foculari soluantur tareni quinque. Et hoc exemplificari potest, Nam si Castrum consistat in quinquaginta focularibus, prò quibus tenetur Baro soluere vntias decem cum dimidia prò seruitio medietas totius collectæ, ad quam tenentur vassalli, est duc. xxv. & ista imputatur in illis decem vntijs cum dimidia: & ratio, quæ mouit Regem ad hoc statuendum, fuit, nè vassalli sub occasione contributionis, nimis grauarentur à Baronibus, & hæc cõputatio fit, quando feudum datur sub clausula illa, vt seruiat, secundum consuetudinem Regni. Ex his autem determinari poterit quæstio, si emptores introituum teneantur ad solutionem adohæ, vel ad præstationẽ seruitij, Nàm isti emptores non habent in feudum, neque ius formatum feudale; sed tantum emerunt illos introitus cum assensu, non ad finem separandi feudum à feudo: quia neque hoc facere posset Vicarius Regis, prohibente Regia Pragmatica, quam de nouem Capitibus appellant, edita in anno 1531. Et propterea cum non sint feudatarij, non tenebuntur ad aliquod seruitium, sed Baro, qui habuit tantundem, ex quo recepit prætium, soluet etiam de illis introitibus: Quia non dicitur pauperior factus, qui prætium recepit, vt in vulgaribus Cõferunt not: per Alex. cons. 143. num. 6. volum. 6. Sed quæ sit ratio, quòd istæ annuæ præstationes sunt in fructum, & annua ista perceptio computatur inter immobilia? illa redditur per Bald. in l. etiam ante num. 7. C. de except. rei iud. ibi, Modo restat vna quæstio, non perfunctoriæ transeunda, vbi vult, quòd sicut ex re corporali nascuntur fructus, ità ex istis annuis introitibus nascuntur, & pullulant introitus, videatis eum, & simul Barr. post glo. in l. fin. §. quoties de public.

SVMMARIVM.

1 *Locus, super quo constituti sunt introitus feudales, si sit sterilis vno anno, debet fieri suppletio in alio anno vberiori.*



T quia isti annui introitus feudales sunt vniformes, licet constituti super certa re, iuxta theor. l. quidam testamento. ff. de leg. primo, quam benè declarant glo. l. hactenus in verbo ab eo ff. de vsufruct. Dec. cons. 280. & idem Andr. in cap. primo num. 4. quo tempore miles, & in cap. 1. de noua for. fidel. vers. omnem vtilitatem in fin. Ideo dixit idem
1 Andr. quòd si locus, super quo constituti sunt isti introitus feudales, sit

sterilis vno anno, debet fieri suppletio in alio anno vberiori, hoc dicit ipse in c. notandum, de not. feud: ibi, Sed quando Camera vacuata erit repleta, & hoc idem firmauit in §. illud in fin. c. Imperialẽ de proh. alien. per Feder.

SVMMARIVM.

1 Releuium, quod debetur ex consuetudine, quando moritur feudatarius, si eo tempore annus sit sterilis, Fiscus potest vberiorem annum expectare.



EX hac Theorica, alias inferebam, ꝙ licet releuium, ꝙ debetur ex consuetudine, quando moritur Feudatarius, & hæres denuntiat mortem & petit inuestituram, Immò potius confirmationem, iuxta terminos c. 1. quo tempore miles, si annus
1 mortis sit sterilis, possit Fiscus expectare vberiorem annum, vt dicunt nostri feudistæ: Hoc fateor esse verum, si sterilitas sit in omnibus fructibus, & introitibus, sed si sterilitas sit in oliuis, vel in alijs generibus fructuum, & in cæteris sit vbertas, tunc tenetur Fiscus stare illi anno, quia sterilitas aliorum fructuum non facit totum annum sterilem, & rarò eueniret, vt totus annus esset fertilis in omnibus: & ità solitus sum declarare Andr. de cap. Corr. in secunda addit. nu. 14. Cogitetis.

Ex hac etiam Theorica vniformis præstationis dicebã alias in Sac. Cõs. prò domino Fabio Brancatio conuento per Monasteriũ Monialium Sancti Hieronymi huius Ciuitatis, petebat n. Monasteriũ à dicto dño Fabio duc. sexaginta, tàm prò præterito, quã in futurũ, venditos dicto Monasterio super certis Corporibus per patrẽ dicti dñi Fabij nõ obstante, ꝙ per certa tẽpora, tam dictus dñs Fabius, quã pater soluissent minorem quantitatem, scilicet duc. viginti singulis annis: & hanc petitionem coadiuuabat, quia neq; moniales, neq; procurator Monasterij poterant remictere ius semel quæsitũ ex contractu vulg. l. præses, C. de transact. probat Rom. cõs. 28. nu. 3. & Doct. omnes in d. l. præses.

Dicebam ego prò dño Fabio, ꝙ in instrumẽto venditionis introituũ aderat pactũ de affranchando, & redimẽdo ipsos introitus in toto, vel in parte, & sic introitus prædicti erant redimibiles ex pacto adiecto in cõtinenti, & in actu acquisitionis l. 1. in fin. ff. de reb. eorũ, quam inferius declarabimus, & l. qui habebat ff. de leg. 3. quæ loquitur de redditu, seù introitu redimibili, & prò indè, quia Monasteriũ tenebatur redimere, & affranchare vigore pacti, solutio postea facta de minori quãtitate, & per longa, & successiua tẽpora arguit & præsumit affrãchationẽ iàm factam, vsq; ad mensuram solutionis subsecutæ l. qui semisses ff. de vsuris, quæ est lex notabilis, & l. aduersus, C. eod. tit. & prò indè stari debet nouæ formæ, seù nouæ solutioni, secundum Bart. in l. si prius nu. 2. ff. de aqua pluuia arcen. quem refert, & sequitur Bal. in c. quærelam de electione num. 15. qui loquitur in fortiori casu: Et ità sunt declaranda, & intelligenda verba Alex. cons. 5. vol. 5. qui videtur consuluisse contrarium, Sed in casu suo, nullum præcedebat pactum;

Et

Et per hoc pactum iudicatum fuit in fauorem domini Fabij, nàm vnica erat obligatio, & vnicum ius obligationis, licet præstationes sint diuersæ: nascuntur tamẽ ex vno fonte, & vnica radice.

SVMMARIVM.

1 *Præses Ciuitatis licet expressè præiudicare non possit, potest tamen tacitè temporis lapsu, intercedente.*

2 *Appellationi an possit expresse renunciari in causa criminali, & in causa status, vel tacitæ.*

3 *Pactum tacitum, temporis cursu roboratum, magis, quam expressum operatur.*

4 *Ius quæsitum, an possit remitti realiter.*

5 *Stipulatio sequẽs declaratur ex obligatione præcedenti.*

6 *Pactum procuratoris sicut nocet, ita prodesse domino potest.*

7 *Tutores, & curatores, an & quando in actu cõtrahendi principalibus præiudicare possunt?*

8 *Tutor emens prò pupillo, an possit apponere pactum de retrouendendo, & quomodo.*

9 *Contrahens cum minore, debet prompta pecunia contrahere.*

10 *Pupillo, quamuis contrahere permittatur, tamen hoc censetur, vt rem suam non afficiat.*

11 *Restitutio in quibus casibus minori non concedatur.*

12 *Contractus an & quando, ex vno oriantur facto?*

13 *Ex vno facto, an, & quando duo contractus oriri possunt?*

14 *Minor, vendens non trasfert dominium, nisi prætio soluto.*

15 *Opiniones Doct. sicut cæteræ res quotidiè renascuntur.*



1 PRÆTEREA licet præses Ciuitatis nõ possit expresse prẹiudicare, potest tamen tacitè ex lapsu tẽporis in d.l. aduersus, iuncta glo. Vide-
2 mus hoc in causa criminali, & in causa status non posse expresse renuntiari appellationi, vt in l. pactum inter debitorem, & l. ius publicum. ff. de pact. & l. 2. & 3. ff. de liberali causa, sed tacitè potest renuntiari, patiendo labi
3 tempus appellandi, vt dicit Bal. in l. fin. in 1. col. C. de temporib. appellat. Nã tacitè dicit ipse pactum cursu temporis roboratum, plus operatur, quam expressum. Sed in quo magis fundabam intentionem meam, erat neces-
4 sitas affranchandi, & pactum præcedens: & sic licet Monasterium non possit remittere ius quæsitum, potest tamen hoc facere, quando in actu acquisitionis interuenit pactum de libe-
5 rando argumento. l. triticum ff. de verbor. oblig. & l. si quis ad exhibendum de except. rei iud. Vbi probatur, quòd stipulatio sequens declaratur ex obligatione præcedenti argumẽto etiam d.l. primæ in fin. de rebus eorũ, quam legem allegat Andr. in c. 1. verbo quãdocũq; versus finẽ de feudo dato in vicem legis commiss. In cuius intellectu nimis ibi laborauit Andr. dum respondens ad cõtraria, adducit aliqua leuia minus vtilia. In intellectu etiã istius legis, laborauit dñs Loffredus Doctor quidem insignis, & ingeniosus cons. 3. nu. 2. & post nu. 20. ibi Non etiã obstat dicta lex prima, laborauit similiter

in intellectu istius legis, Curtius Iunior cons.146.& seq. vbi vult, quòd quãdo minor emit, potest contractus claudicare respectu sui, licet contrà eum non valeat, vt dicit tex.in l.Iulianus.§.si quis à pupillo, ff.de actio.empti, Sed quando tutor emit prò eo, tùnc pupillus, qui vtitur adminiculo contractus facti per tutorem, debet pariter vti omnibus pactis adiectis per tutorem, Prò hac opinione licet ipse non alleget, facit l.Re-
6 scriptũ in fine. ff. de pactis, ibi sicut pactum procuratoris mihi nocet, ita etiã & prodesse debet, Facit etiam in ratione sui.l. cum quæritur. ff. de administr. tut.& l. si ad resoluendam C. de pred. minor. In intellectu etiam istius legis laborauit Negusantius in 4. parte principali sui tractatus post nu.35. vbi vult,
7 quòd tutores, & administratores possunt in actu contrahendi præiudicare principalibus, apponendo in contractu pactum resolutiuum, quando hoc faciũt in initio cõtractus, vel in traditione rei, secus si hoc facient posteà: Et vult ex mente Paul. de Castr. quòd tutor emens
8 prò pupillo, potest apponere pactum de retroũendendo, sed in resolutione d. l. quæ vult, quòd minor emens adiecto pacto, vt res sibi vendita, remaneat obligata donec prætium soluatur à minore non valet, nihil ipse dicit, sed per sequentia verba videtur inhærere cum opinione dicti Curtij, scilicet in illa distinctione, àn pupillus ipse emat, vel tutor prò eo, Nàm eo casu non potest pupillus vnam partẽ contractus agnoscere, & aliam irritam facere, sed tenetur aut totum approbare, aùt à toto recedere. Ad istas controuersias sedandas, superuenit Titaq. in lib. de retractu in fin. qui multa cumulat, & tandẽ dominus Marinus noster, qui in lib.1. de subfeu. quæst. 41. vbi dicit, quòd acerba satis, & cruda videtur decisio Vlpiani in illo tex. & multa verba effundit prò inuenienda veritate, ad quam omnes laborare debemus: Et vt tandẽ Iudicium meum interponam, mihi vi-
9 detur, quòd decisio Vlpiani iustissima sit. Nam is qui cõtraxit cum minore, debuit prompta pecunia contrahere; vt dicit tex.in l.à diuo Pio §.sed si emptor ff. de re iudicata ibi, oportet enim res captas pignori, & distractas, præsenti pecunia distrahi, non sic post tempus pecunia soluatur: Ratio istius tex. & verba faciunt, vt quàm vis pupillo per-
10 mictatur contrahere, censetur vt perfectè contrahat, non autem sub pactis afficientibus rem suam, credidit enim lex, vt pupillus dum emit, soluat præ-
11 tium conuentum, quia tùnc iure communi vtitur, & in eum casum minores non restituuntur l.quòd si minor, §.restitutio ff.de minorib. ibi, sed parcius in vẽditione, quia æs alienum ei soluitur, quod facere necesse est, credere autẽ non est necesse, cui addi debet, l. nam & posteà §. si minor. ff. de iure iur. Et propterea quando venditor voluit habere fidem, hoc fecisse videtur sua stultitia, aùt sua liberalitate, quia emptiones plerunq; prompta pecunia fiũt, & sufficit pupillo habere titulum, & titulum habilem ad translationem dominij ad quòd requiruntur Titulus & causa, vt in vulgaribus; Et ideò contractus iste iudicabitur, àc si essent duo actus separati, Nam quando venditor vult vti pacto, dicit pupillus hoc pactum non afficit rem, & ideò quasi seorsum positũ iudicabitur, iuxta theoricam quæ colligitur ex dictis Doct.

in l.

in l. in bonæ fidei, C. de pactis, & per
12 Socc. in rub.ff. de verb.oblig.col.7.videlicet q ex vno facto possunt oriri duo contractus; Non sic in pacto tutoris,aut curatoris in continenti apposito, quia tunc tenetur Pupillus,aut totum agnoscere, aut totum reprobare, vt notabiliter dixit Curt. in d. cons. & cumulat alia Tiraq. in loco præcitato. Facit etiam ratio adducta per Luc. de Penn. in l. 3. de fide instr. in fin. lib.10. vt minor vendens habita fide de prætio, non transferat dominium,nisi præ
13 tio soluto, & est decisio notabilis ad resolutionem huius articuli, Nam & Iudex non vendit nisi prætio numerato, vt per Ang. & Imol.in l.à diuo Pio ff. de Re Iud. instar Fisci l. si procurator ff. de iure fisci, vbi glo. finalis dicit notãdum prò minoribus & Ecclesijs, & vos notetis.Nàm vt dixi post Andr. in c. Imperialem post princ.lex dispẽsauit in vno tantum, & ideo non trahitur ad reliquum. Cogitent docti viri alias rationes, & addant, quia nunc aliud non occurrit: & legere mutilata responsa occasionem præbet vlterius semper inuestigãdi, & nouas rationes excogitandi; Vnde fit vt opiniones
14 Doct. sicut & cæteræ quoq; res quotidiè renascantur, & inueteratæ, & reiectæ nouis rationibus reuiuiscant, & pullulent.Causata etiam fuit illa decisio, & originem habuit ad frenandas hominum auaritias, qui plerunq; cum adolescentibus contrahunt,& illis vendunt res steriles,aut desolatas,aliquando vili prætio, ad alliciendos animos puerorũ sperantes in futurum exhaurire bona pupillorum, & adolescentũ sub illa fide prætij, & hoc est, q dicit Andr. ibi; ideò vilius vendidit; Nàm qui sic stultè emit nec prætium soluère curat, vndè crescunt vsuræ, & fit, vt malignitates hominum depauperant domos adolescentum,& plerunq; nobiles & diuites euadunt inopes, & egeni, & coguntur seruire alijs prò mercede in dedecus familiarũ, & nobilitatis, ad quod Iudices aduertere debent; Nam hæc fuit causa illius improbissimi fœneratoris, qui causam dedit Macedoniano, conferunt not. per Bar. in l. fin.in fin.C.in quib. cau.in integrum resti. non est necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ in capillo, an habeant actionem ad petendum paragium in bonis vtriusq; parentis, & an possint petere virilem, quando fratres differunt illas maritare post annum decimum sextum.*

PRODEST ista theorica ad resolutionem quęstionis sæpe occurrentis.Habent filiæ in capillo,quas
1 zitas, seù virgines appellamus, actionem ad petendum paragium in bonis vtriusq; parentis, secundũ Affl. decis. 160.defunctis illis iuxta terminos cõst. in Aliquibus,possunt etiam petere virilem, quando fratres differunt illas maritare post annum 16. vt in nostra consuetudine locali Ciuitatis Neap. quæ quomodo intelligatur,& an tùnc masculiatio cẽseatur facta super vtroquè patrimonio, scilicet patris,& matris, an super patrimonio patris tantũ, cuius officium erat dotare dicam suo loco; Vndè euenire solet, q fratres mari-

maritant, & dotant sorores suas, sed in dotatione apponũt quædam pacta minuentia dotes in casu soluti matrimonij: & multotiens apponunt pacta ad fauorem hæredum viri, si cõtingat procreari filios ex illo matrimonio, scilicet vt suscepta prole, medietas dotium, aũt alia rata remaneat pænes filios istius matrimonij, & mulier non possit illam ratam petere, sed remaneat contenta reliqua parte dotium, quando forsan voluerit dotes petere, aut transire ad secundas nuptias. Hãc quæstionem posuit Napod. in pacto facto cum viro in const. si quis, vel si qua nu. 195. ibi pone, ꝙ tempore receptionis dotium, vir renunciauit vxori per pactum: cuius dicta non faciũt ad casum nostrum, Nam Napod. loquitur quãdo vxor præmoritur superstite viro paciscente, Nos autem loquimur, quando maritus moritur superstite vxore, prò qua fratres promiserunt dotes sub lege data, vt est prædictum, & in casu Napod. est decisio l. cùm maritus §. mulier de dote ff. de pactis dotal. quã l. declarat Socc. cõs. 137. in fin. vol. 1. sed in quæst. per me proposita, & sæpè occurrente, solitus sum dicere, & respondere, ꝙ mulier superstes, si vult doté promissam per fratres, non potest à contractu recedere & tenetur contractum ipsum, aut in totum approbare, & agnoscere, aut in totum recedere. l. neminem ff. de leg. 2. probat glo. notab. in l. etiam in vers. audiendus ff. de minor. & Bal. in l. obseruare §. penultimo de offi. Pro cons. Facit etiam ratio, quia ex quo puella consentit in matrimonium, satis acceptare censetur pacta dotalia, de quibus confidit fratribus, aut his, qui in vicem sui tractant l. in sponsalibus la prima ff. de spons. Facit & alia ratio, quia fratres in constitutione dotis, aut illam promiserunt, agnoscendo & soluendo debitum paragij, seù paragiorum, ad quæ tenebantur, & tùnc sorori, & mulieri salua est actio agendi contra fratres ad paragia, quibus fraudari nõ potuerunt per fratres; aut fratres pinguius dotauerunt, dando de suo vltrà paragium: Et tunc mulier non habet de quo conquæratur; quia in eo pluri fratres potuerunt ponere pacta & conditiones quæcunq; instar extranei dotantis: tantò magis, ꝙ ex reg. l. si prò te pater C. de dot. promiss. actio ad illas dotes promissas viro, non est q̃sita mulieri, sed viro, probat Andr. de nat. succ. feu post nu. 24. & firmat Curt. Iu. cons. 164. Vnde sorores sic dotaræ à fratribus, debent cõtractus illos dotales cum sua causa acceptare l. contrà §. si filius, vbi hoc not. Doct. ff. de pact. nec possunt contradicere, quia coguntur illas agnoscere cum omnibus pactis, & clausulis positis in eis; probat Paul. de Castr. cons. 318. in fin. vol. 1. Nam sub causa certa, ius certum, & finitum est; Vndè vel dotatio processerit à causa necessaria vel voluntaria: vtroq; casu ius certũ est & determinatũ determinans quæstioné.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quaternata, subfeuda, et excadentiæ, in quibus inter se differãt*



1 PRO complemento autem illius verbi æquipollẽtis, & prò totali cognitione subfeudorum, & excadẽ-


tiarum

tiarũ,expedit scire aliquales differentias inter ista subfeuda, seù excadentias, & feuda quaternata, quæ nobilia appellamus, quia nobilitatem & paradoggium conferunt: Et inter cęteras aliquæ sunt principaliter notandæ. Et prima est, ꝙ istæ excadentiæ,seù subfeuda conferuntur per Barones, qnando contingit illa seu illas deuolui,etiã si deuoluantur culpa,aùt fellonia subfeudatarij,vt per Andr.in c. 1 .si vassal. feu.pri.nu.7.& in c.1.in 2.addi.de cap. Corrad. vbi ad declarationem const. post mortem dicit ista verba; Hodiè per Capitula Honorij confert Baro, etiam quaternatum, §. si cõtingat,qui corrigit constitutionem post mortem hoc idem firmauit Andr. in c. Imperialem post nu. 8. vbi dicit ista verba, quia excadentias potest locare, & cõcedere sub eodẽ antiquo redditu: Vndè etiam feudum planum dicitur excedere. Sed quando superius loquutus est Andr. ꝙ Barones etiam conferunt feuda quaternata, dicaris & intelligatis vos de feudis mixtis,quę quaternata secundum quid appellamus, quæ qualia sint alibi declarabimus. Et cõclusio prædicta probatur per legem Regni,quæ incipit constitutionem Diuæ memoriæ in ver. excadentias autem, quam sic declarant Capicius in inuest. ver. Feudum dant in vers limita sexto in Regno Siciliæ, & Loffredus in parafrasi de contr.inuest.in ver. Et licet in Regno.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quaternata, solus Rex concedit.*

2 *Feuda quaternata, cùr ità vocētur?*

1 
Vaternata autem solus Rex concedit in quaternionibus Curiæ descripta, quæ propterea indè sum-
2 pserunt nomen,quasi scripta,& annotata in Quinterno Regis, vt not. idem Andr. de contro. feu apud pr. term. nu. 9. & idem firmat in c. si verò violator pacis post num. 4. ibi constitutio Reg. Siciliæ de pace tenenda, & alibi sæpe, quam sententiam probant Camer. Affl. & omnes nostri feudistæ,& hæc est prima differentia inter ista feu da, seù excadentias, Et feuda quaternata, tangit Affl. decis. 282.

SVMMARIVM.

1 *Subfeuda, seù excadentiæ possunt concedi per Barones sinè Regio assensu.*


LIA differentia est, quia istæ excadentiæ, seù subfeuda possunt cõcedi per Barones sinè assensu Regio, cùm in hoc l. ipsa assentiar, vt legitur in constit. prædicta Diuæ memoriæ, & per Andr. in d. c. Imperialem, & not. Affl. decis. 243.

SVMMARIVM.

1 *Excadentiæ redeunt ad corpus, vnde exierunt per delictum, aut felloniam subfeudatarij.*

TER-


ERTIA differentiā est, circa deuolutionē: Quia per delictum, aut felloniā subfeudatarij res ipsæ particulares, & excadētiæ redeunt ad corpus, vndè exierunt, & sic ad Barones concedentes, vt per Affl. d.decis.282. & ratio istius decis.est quia viuit suum integrale corpus, & viuit homo mutus in fidelitate feudatarij,& Baronis, ad quem redeunt membra quasi reunita suo corpori. Sed quando contingit feudatarium delinquere, tùnc feuda ipsa quaternata cum omnibus mēbris redeunt ad Regem, & tùnc dicūtur magis finiri, quam redire, vt dicā in declaratione §. deniq; ; Nàm riuuli procedentes à flumine redeunt ad flumen,à quo exierunt:& istis riuulis cōparantur excadentiæ,& subfeuda:Sed quando flumen (cui comparamus feuda quaternata) intrat ad mare,& sic redeunt ad Regem; vndè profluxerunt tunc flumen finitur, & penitus annihilatur. Et ex his differentijs,quasi ex vētre earū descendit, & alia v3. ꝙ si pro istis subfeudis soluatur census, & vassallus per biennium, aut per trienniū non soluat, non per hoc priuatur feudo, vt per Alex. qui alios refert cons. 9 nu.9. vol. 5. licet de hoc sint opiniones in contrariū,quas nūc nō discutio,

---

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius,an possit subinfeudare, seù dare in feudum excadentias.*


1 X istis terminis descendit illa ardua quæstio, àn feudatarius possit subinfeudare, seù vt secundum nostros loquar date in feudum ista subfeuda, quæ excadentias vocamus. Quam quæst.post antiquos formauit Andr. noster in c.1.nu. 7.de capit. Corr. vbi post glo. vnico verbo se expediuit per ista verba v3. Est tamen tenendum, quod possit, si sinè fraude, sincerè & bona fide fiat. Sed àn in Regno Siciliæ possit, respōdet per ista verba, Verius videtur ꝙ prohibeatur per const. illā Diuæ memoriæ, Nàm cōmutatio est, tàm rei, quam personæ, & alia subdit,per quæ concludere videtur, vt in Regno non liceat subinfeudare: Sed posteà in addit. multa speculatur digna ingenio suo, vbi tractat, àn subinfeudando remaneat ipse dominus, & àn detur vtile dominium illius vtilis, & sic multiplicatio vtilis dominij, Vel detur exercitium vtilis: Et àn directus dominus possit vti contractu gesto cum suo feudatario contra regul. l. si vnus. §. antè omnia ff.de pact.& l.Quicquid astringendæ ff. de verb.oblig. quæ speculatio occasionem dedit quibusdam modernioribus in addit. ad Andr. in d.loco de capit. Corr.super ver. quod possit, vbi multa cumulauerunt, & idem Andr. tractat in const.Mulier quæ dotarium.Sed ex eorum dictis non poterit sumi vera conclusio, neq; ex verbis, neq; ex mente Andr. Hanc eandē quæstionem tangit idem Andr. in cap. Imperialem §.nec dominus post nu. 53. ibi nō enim est potestas similis Baroni & Comiti. Tangit etiam in hoc tex. vestro post nu. 8. ibi constitutio Regni Siciliæ prohibet Baronem, vel feudatarium dare in feudum, nisi excadentias, tangit etiam in const. Domini à vassallis, & aliqua scribit similiter

liter

liter in c.1.§.eadem lege de l. Corr. & alibi sæpe, videlicet in c.1.§.necessitatē post princ.qualiter olim, & in c.1.in ad dit.qualiter vassallus iur.deb.fidel.n.4. & in §. illud de proh. alien. per Feder. vbi est materia. Tangit etiam Capicius in Inuestit.super verbo feudorū dominia in princ. qui multa cumulat.

SVMMARIVM

1 *Jure comuni feudorū, an antiquitus infeudare licitum esset remissiuè.*

SED vos prò vera resolutione dicatis, quod Andr. in locis prædictis loquitur de iur. comuni feu. se-
1 cundum quod ius, licebat antiquitus subinfeudare vsque ad medietatem, ex causa tamen necessaria, sincerè, & bona fide, vt videbimus in tex. post Andr. & idem Andr. firmauit in §. de manso de contr. inuest. post num. 15. vbi eleganter notat quod contractus non resoluitur. In Regno tamen hodiè non licet propter generalem prohibitionem dictę const. Diuæ memoriæ, & hoc expresim firmauit Andr. in c. primo de feu.non hab.prop.nat.in fin. vbi dicit ista verba. Nam feudatarius in Regno non potest dare in feudum, vt diximus de capit.Corr. & nunc declarat, quæ ibi dixerat, & posteà subdit, alij feudatarij in Regno Sicilię non possunt quicquam de suo feudo tangere, vel alienare, nisi excadentias tantum sub eodem annuo redditu, siuè censu, vt in l. constitutionem. Addatis Bal. in §. rursus num. 4. quib.mod. feu. amict.& Ioannem Fabri in.§.adeò instituta de locat. & conduct.in princ. num.3.& seq. vbi optimè disputat illū articulum, si possint esse duo vtiles domini, & an diuersis respectibus, & videtur se conformare cum Andr. & Alex. cons. 165. vol.2. & omnino Camer. in c. Imperialem num.75. col.2. littera G. vbi adducit & allegat eundē Andr. in d.§.illud illius legis Imperialem, & Bal. omninò in l. non hoc, C. vndè legit. Bal.& Salic.in l. prima C. vti possidetis, & Ciuilist. in l.3.§.è contrario, ff. de acq. poss. Sed idem Bal. in c. cæterum de iudic. notabiliter dixit, quod tunc vassallus subinfeudans, non dicitur cedere, sed concedere, & non desinit esse vassallus. Sed vt non transeat iste articulus sine aliqua degustatione teneatis vos cum Andr. vt hodiè per l.Regni non liceat subinfeudare, vt est prędictum, Nam dispositio dicti.§.illud est omninò correcta. De iure autem comuni feudorū vnico verbo poterit resolui quæstio videlicet, Aut is qui habet feudum, alij dedit cum voluntate domini; & tunc sublatus est de medio is qui dedit, & omnia iura feudi actiuè, & pasiuè sunt translata in secundum concesionariū, qui subrogatus est loco primi, Nàm quod facit decesio, siuè mors, facit cesio: Et ideo Napod. noster in princ. sui operis formauit tres terminos ad tollendum aliquem de medio, vt fiat locus alij videlicet interemptionē, seù mortē cesionē, & prescriptionem, & tunc per occultationem actus videtur dominus dedisse huic secūdo: Nàm lex fingit, vt primus feudatarius renunciauerit dño totaliter, & omninò feudum: & posteà dñs reconcesit huic secūdo argumēto eorū, q̄ notātur

in c. 1. de eo, qui finem fecit agnatis: Aut verò ille primus feudatarius dedit alij partem feudi vsque ad medietatē, vt permittebatur olim, vt in c. 1. qualiter olim poterat feudum alien. vbi Andr. n. 2. & tunc is, qui recepit à primo, quia in receptione habuit permissionem legis tantū: Frustrà laborauit Andr. si detur vtile vtilis, vel exercitium vtilis; Nam onera feudi, etiā conuenta sequuntur possessores, & sic dñs inuestiens poterit agere, & contra primū, & contra secundum possessorem ℘ iuribus feudi, omissa illa disputatione, quā facit Andr. ꝑ multa verba, si poterit dñs agere ex contractu, cum alio celebrato; Nā de hoc alibi disputabimus, quia ratione interesse, scilicet quādo interest dñi pacta seruari ratione rei, cuius dominiū directū est apud eū; tunc non procedit illa decisio. §. alteri instit. de inutilib. stipul. Et sic in omnē casum erit consultū dño, cum iste secundus fateatur habere causam à priori feudatario, pænes quē remansit totalitas feudi: & in hanc sententiā reperi tandem venisse Socc. cons. 96. uol. 3. vbi alios allegat, & optimè resoluit, respōdēdo cōtrarijs. Aut enim dñs cōsentit in hac dismēbratione, & talis est dñs, qui de vno feudo potest facere plura, sicut Rex: & tunc si assensus fuit præstitus ad finē dismēbrandi & separandi feudū à feudo nō habet dñs de quo conqueratur; quia separādo, liberauit priorē respectu nouæ rei, seù nouæ infeudationis. Aut assensus fuit præstitus ad declarationem, & ad tollendū obstaculū, vt diximus superius, & tunc vnicū erit feudum, & dominus exiget à quocunq; & nō dabitur eo casu multiplicatio vtilis dominij. Et hæc sunt quæ occurrunt nūc in hoc intricato articulo, quē intricatū fecit Andr. sua ingenij sublimitate. Alia prosequemur suo loco. Sed interim videbitis eundē Soc. cons. 110. alias ibi, vol. 2. omnibus numeris computatis quia multa ad propositū cumulauit; Nam constitutiones Regni nostri, omnē voluntariam alienationē prohibent, etiā illā, quæ ex tolerantia, seù præscriptione causatur, vt per Andr. in .§. quid ergò n. 7. de inuest. de re alien. fact. Quàmuis silentio ius pignoris remitti possit. l. si hypothecas C. de remiss. pign.

SVMMARIVM.

1 *Concessio, verbum hoc; quas habeat operationes.*

2 *Natura, & rei aptitudo est inspiciēda*

3 *Ratificatio, quæ fit antè actum: in tempus suæ naturæ conueniens confirmatur.*

4 *Non inspicitur, quod accidit, sed natura potius, & rei aptitudo.*

5 *Ex contractus qualitate, contrahentium verba, propriam recipiunt significationem.*

6 *Rei, quæ petitur, natura potius est inspicienda, quā actionis, qua petitur.*

7 *Quotiens aliquid sub aliquo nomine legatur semper secundum illius naturam legari censetur.*

8 *Verba sunt inspicienda ad substantiam actus.*

9 *Ad cognoscendam quidditatē actus, circumstantiæ multum conferunt.*

10 *Feuda, an ab omnibus erigi possint.*

11 *Officia licet in sui natura non diuidantur, attamen, quò ad fructus, & prouentus diuidi possunt.*

SV-


VMVS modò super verbo concessio. Quod verbum licet habeat diuer-
1 sam operationem, & diuersum effectum, vt not. Alex. cons. 7. nu. 14. vol 7. adaptari tamen debet naturæ rei de qua agitur, l. si vno ff. locati, probat Andr. in §. donare qualiter olim: Et proptereà idē And. dixit in c. 1. q̄ sit prima causa benef. amict. post nu. 10. ibi verius dicitur, ꝙ natura &
2 aptitudo rei inspicienda est. Et Bal. in l. cū oportet §. sed cū tacitas C. de bonis quæ liberis, dixit ꝙ inspicitur principiū, vndè aliquid potest peruenire, licet non dū sit prodita actio personalis, & sic hypotheca præcedit obligationem personalē, virtute antecedētię in generali causa, & fatali principio. Aretinus etiā cōs. 100. dixit ꝙ ratifica-
3 tio, quæ firantè actū confertur in tempus suæ naturæ conueniens, iddē etiā Andr. in c. Imperialē, §. præterea si inter duos in addit. post nu. 89. dixit, ꝙ
4 nō inspicitur quod accidit, sed natura potius, & aptitudo rei; ꝓbat lex notabilis in l. si procuratorē. ff. mandati. & glo. in l. Arboribus ff. de vsufr. in ver. vel donec notabiliter, infert ad differētiā inter cedere, & cōcedere; Vnde notauit Bal. in l. si donationis, C. ꝙ met. cau. differentiā refutationis & contractus. Ex hoc etiā iustè arguit Angel. in l. ædem. C. locati, vbi vult, ꝙ si locator promisit non expellere cōductorem, intelligitur etiā pro vsu proprio, vt verba aliquid operētur. Nam natura actus facit, vt verba improprietur, Lucas etiā de Penna in l. vnica, col. 2. de impon. lucrat. descript. lib. 10. dixit,
5 ꝙ ex qualitate contractus, verba contrahentium recipiunt propriā significationē, alleg. d. l. si vno in princ. ff. locati, Napod. etiā in consuet. Viro mor-
6 tuo, in verbo dotes ipsas, dixit ꝙ potius debemus inspicere naturā rei, quę petitur, quam actionis qua petitur: & sunt docta verba, vt inspiciatur potius natura rei, quam actio. Et in consuet. Quartā super verbo, Sed vbi, dixit ista verba, quia quoties legat aliquid sub
7 aliquo nomine, semper videtur legari secūdū naturā illius expressi, & exēplificat in dote Et in consuet. cōtra Instrumentū, dixit ista verba. Differt autē substantia cōtractus à natura contractus: Et hoc assumptū intantū verū est, ꝙ verba contrahentium sunt potius improprianda, vt stent sinè virtute aliquid operandi, quam vt contradicāt naturæ actus qui geritur, vt docet Alex. cons. 53. vol. 7. Et proptereà dixit Andr. noster quod quando dubitatur de modo concedendi, & an donatio feudi facta per Principem alicui nobili, sit donatio simplex, vel in
8 feudatio, recurrendum est ad verba, dicit ipse in c. 1. §. Huius autem generis in prima additione, ex quib. cau. feu. amict. Et clarius in d. §. donare, super quo passu scripsit Oldr. cons. 159. pro Principe Tarenti & Dec. cons. 413. multa verba effudit, & hoc cons. Oldr. allegauit Paris in c. 9. in lib. reintegrat. feudorum nu. 25. qui etiā effuso sermone loquitur, & multa cumulat more suo. Iacobi. etiam in verbo Inuest. nu. 10. tangit eandem quæst. & non aperit sententiam suam. Tangit etiam eandē quæst. dominus Petrus Doctor Siculus, & vir quidem summæ doctrinæ cōs. suo 5. vbi multa bona adducit. Iason etiam vir singularis & maximus accumulator, multa

de hoc scripsit cõs.45.& 56. primo vol. Ex quorum omnium dictis, firmabitis conclusionem, quòd quando ignoratur voluntas contrahentium, circũstantiæ declarant substantiam, vt dicetur inferius Nàm circũstantiæ mul-
9 tum conferunt ad cognoscendã quidditatẽ actus. Et propterea dixit Andr. in loco præcitato, & maximè in §. Huius autem generis; quòd si in concessione feudi Rex apposuerit illa verba, quæ poni solent in cõtractu infeudationis, puta per quæ feudum constituitur, vt inuestio te de tali Castro, & similia: tũnc erit datio in feudum, & non donatio: Et hoc propter verbum inuestio, quod congruit naturæ infeudandi. Et iddem dicit ipse si dederit tibi feudum, vt immediatè teneas à Curia nostra sub tali seruitio: Hæc etiam verba ostendunt dationem in feudũ, quod etiam firmauit idem Andr. in const. Iustitiarij nomen, & normam. Sed hoc intelligatis vos procedere, quando actus, seù datio fit ab habente potestatem infeudandi; postquam
10 non omnes possunt erigere feuda, nisi illi, qui possunt dare nobilitatem pariter, & iurisdictionem, bassam dico, quæ inest omni feudo habenti vassallos. Et ex his verbis alias inferebam in notabili quæstione prò domino Alfonso Piscicello iuniore super officio Secretariæ Terræ Hydrunti, quod fuit domini Roberti Muscectulæ, & dubitabatur si officium prædictum saltim in commoditate veniebat diuidendum inter filias dicti quõdam Roberti; habuerat enim Robertus ex priuilegio Regis officium prædictum pro se & hæredibus. Et dicebatur prò parte dominæ Iuliæ Muscettulæ filiæ dicti Roberti, ꝙ officium prędictum, quod peruenerat ad Beatricem Muscectulam filiam Roberti primogenitam, & postea ad Adrianam matrem dicti domini Alfonsi Piscicelli debebat diuidi vigore fideicommissi paterni, Ex quo Beatrix erat mortua
11 sine filijs. Nam licet officia in sui natura non diuidantur, & indiuidua iudicentur; illa tamen diuidi possunt, quò ad fructus, & prouentus officij, iuxta doctr. Bar. in l. inter tutores ff. de administr. tutor. quam sequitur & firmat Curt. Iun. in tract. feud. in 4. part. sui operis in 30. quæst. quæ est nu. 121. quos sequi videtur dominus Couar. in cap. 19. variarum resolutionum lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Officia dicuntur habere strictiorẽ naturam quam feuda.*

2 *Contractus omnes possunt corruere quatuor modis scilicet ratione personæ dantis, ratione personæ recipiẽtis, ratione rei, & ratione formæ.*



DICEBAM ego, ꝙ officium prædictum, vel ex natura rei, vel ex verbis concessionis spectare debet ad filium Adrianæ, quæ post primogenitam successit, & sic domina Iulia vltimogenita nihil super eo prę-
1 tendere poterat; Nam officia dicuntur habere striciorem naturam, quã feuda, vt refert Capic. decis. 77. & decis. 121. & proindè de sui natura non sunt communicabilia. & adducebã, quòd petitioni partis plura resistebãt, vide-

videlicet natura rei, lex inuestituræ dispositio legis communis, & tacita voluntas testatoris: Nam omnes contractus possunt corruere quatuor modis, scilicet ratione personæ dantis, ratione personæ recipientis, ratione rei, & ratione formæ, de quibus suis locis particulariter describemus.

SVMMARIVM.

1 Officium istud est de Regalibus, & propterea non venit in generali dispositione testatoris.

NATVRA rei, quia officiũ istud, seu illius potestas est de Regalibus, & propterea nõ venit in generali dispositione testatoris, & in illo fideicõmisso testatoris. Dicitur enim de Regalibus, quia habet annexam dignitatem, dum sedet. & audit discuti secreta Regis l. 5. in fin. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. vbi fit mentio de secretaria. Dicitur etiã de Regalibus, quia istud officium munus habet dictandi, & scribendi, quæ ordinantur ex ore Regis, not. Andr. quæ sint Regalia in verbo ad iustitiam expediendam post n. 66. ibi & ponitur officiũ prò seruitio, & ministerio dictandi. Dicitur etiam de Regalibus, quia tenet & conseruat sigillum Regis, quasi, ꝙ in manu sua sit bullare scripturas veras cap. inter dilectos de fide instru. Et ideo retinet nomen secretarij, Vnde dominus Andr. appellat officium istud, Feudũ Cancellariæ, quod dabatur Cancellario loco stipendiorum, vt indè viueret: Hoc dixit Andr. in c. 1. de feud. guard. post nu. 3. ibi, sicut feudum Cancellariæ Regni Siciliæ, Capic. etiam appellauit feudum Cancellariæ inter alia feuda per eum annotata in sua Inuest. feudali in ver. feudum Cancellariæ.

SVMMARIVM

1 Officium istud est personalissimum, & dicitur magis commendatum, quam tradditum.

2 Lex in annalibus C. de leg. quando procedat.

3 Accidentalia nunquam mutant naturam rei cui accidunt.

1 NATVRA etiam rei resistit, quia in sui primæua institutione officiũ istud est personalissimum, & dicitur magis commendatum, quam traditum, vt dixit Marinus in suo libro subfeudorum quæst. 57. Vbi etiã, ꝙ si prætio ematur, non mutatur natura officij. Nec huic decisioni obstat, ꝙ officium prædictum fuerit concessum prò se, & hæredibus, de quo dubitauit idem Marinus quæst. 56. per l.
2 in annalibus C. de legat. Quia illa lex procedit in his, quæ sui natura sunt transitoria ad hæredes: Et proindè in re non transitoria ad hæredes, quilibet hæres illam capit ex persona propria, instar vsusfructus, qui de sui natura habet breuiorem vitam, & finitur cum morte vsufructuarij, sed tamen si concedatur alicui prò se & hærede, primus hæres, qui præocupat locum, habebit illum ex persona propria, quasi ex noua concessione. Et ita

ita limitatur l. Antiquitas C. de vsufructu. Hæc sunt verba specularoris in tit. de arbitris §. finitur post num.3. Vndè idem Marin: melius, & rectius scribens in eodem libro, quæst. 10.nu. 4. dixit, ꝙ officia vt plurimum sunt personalia: Sed si ex concessione Principis transeant ad hæredes in personā hæredis dicetur nouum officium, & noua gratia. allegat d. l. Antiquitas, & in vsufructu firmauit Andr. in c. 1. post nu. 12. de alien.feu. pat.vbi dicit ista verba. In persona filiorum & hæredum,non erit idem vsusfructus.Sed antè omnes hoc tenuit, & firmauit glo. notab. quam nullus (quem viderim) allegat in l.repeti in ver.hæredū, quib. mod. vsusfruct. amict. & tunc dicit glo. non eundem vsumfructum habebunt, sed diuersum. Et in hanc sententiam, etiā de pluribus hæredibus. venit dominus Petr⁹ Belluga sub tit.de decimis post num. 40. fol. mihi 86.col.3.ibi in contrarium tamen fortiter facit; Vndè infertur, ꝙ omnes hęredes habebunt officium, quilibet ex persona propria, licet vocentur nomine collectiuo: & hoc totum facit natura rei. Et ratio est, quia temporis adiectio, & alia, quæ accidunt naturæ actus, & contractui, cum sint accidentalia, nunquam immutant naturam rei, cui accidunt, secundū Bal. in c. cūm venissent post nu 53.de iudicij.

SVMMARIVM.

1 Officij natura quæ sit.

1 ATVRA etiam officij est, vt sola administratio detur, & transferatur:non sic in feudis, in quibus vtile dominium transfertur, vt suo loco dicetur. Sed in officijs, omne dominium remanet pœnes Regem, & sola administratio cōceditur,& ideo dicuntur personalissima, hoc docet Andr. in c. 1. de feud. Marchiæ post nu.2.& in c.1.quis dicatur Dux post num. 2. & nu.4. Et allegabam coram doctis & peritis Consiliarijs, ꝙ etiam in istis officijs sic cōcessis prò se, & hæredibus, primogenitus succedit, quia statim momento natiuitatis, primogenitus implet, & præoccupat formam cōcessionis,impediendo alios,qui post se nascuntur, allegabam decis. Andr. in d.c.1.de feudo guardiæ post nu. 4. ibi, sed maior natu succedit, probat Abb. in c. dilecti filij nu. 11. de arbitris, & firmat notabiliter Angel. cons. 287.iuncta l.Imperator ff.ad municipales. Et nouissimè in hanc sententiam venit dominus Rodoricus Suares vir doctissimus in l. quoniam in prioribus C. de testam. in 10. ampliatione post nu. 25.

Non obstat modò decisio Bar. vt saltim prouentus debeant communicari; Quia prouentus officij non sunt certi, & vniformes,sed proueniunt ex administratione,& debentur personę ratione dignitatis, hoc dixit Andr. in d. c. 1 de feudo Marchiæ post num 3. ibi, præterea si datetur administratio dignitatis. Non obstat similiter decisio domini Couarruuias, quæ procedit in casu suo,scilicet in societate vniuersali inter coniuges, & ne fiat fraus de contractu ad contractum, vt ipse idem notauit, & hæc quò ad naturā officij, & rei.

Resistit etiam,& secundo intentioni partis lex inuestituræ, propter illa verba

verba posita in concessione officij, concedimus, commictimus, commendamus, & inuestimus, & vt solitum fidelitatis iuramentum præstes; Sola enim fidelitas, aut fidelitatis officium, facit & creat feudum, secundum Andr. per quos fiet inuest. num. 17. & illa verba concedimus, & inuestimus, faciunt officium transire in naturam feudi, vt est prædictum; Et sic, vel actendatur propria natura officij, & illud est in comunicabile, vel actendatur natura feudi, in quam transiuit officium per verba concessionis, & illud est indiuisibile.

SUMMARIUM

1 *Officia conueniunt cum feudis, natiuitate, vtilitate & vita.*

2 *Pater non participat in fructibus feudi, nec in prouentibus officij.*

1 DICEBAM amplius; quòd officia conueniunt cum feudis, natiuitate, vtilitate, & vita. Natiuitate quia vtrunq; proficiscitur ex munificentia Regis. Vtilitate, quia sicut fructus feudi sunt precipui feudatarij,
2 & in illis pater non participat, vt in .l. cum multa, C. de bonis quæ liberis, quam allegat Andr. in hoc tit. vestro: ita etiam fructus, & prouentus officij sunt precipui officialis secundũ gl. notab. in .l. si vni. §. idem scribit, si filius in verbo venire. ff. fam. hercis. & probat dominus Marin. in lib 2. in 3. authoritate num. 42. licet gl. prædictam non alleger. Vita etiam conueniunt inspecta prima natura feudorum, quando feuda dabatur præcario, & ad vitã recipiẽtis, vt in tex. vestro notatur.

SUMMARIUM.

1 *Alienari probibita, non veniunt in generali dispositione.*

2 *Burgensatica quando non possunt alienari absque Principis assensu.*

RESISTIT etiam parti
1 lex communis, quæ vult, quod in generali dispositione non veniant prohibita alienari, sicut sunt feuda, & officia c. in generali, vbi hoc notant omnes Feudiste si de feu. fuer. controuer. Amplius dixit Affl. in const. scire volumus num. 4. quod ista officia, & ea, quæ sunt de Regalibus etiam si essent
2 burgensatica, non possunt alienari sinè consensu Principis, probatur etiam in c. 2. de cap. qui Cur. vend. & firmant Bal. Aluarotus, & ceteri in c. an agnatus, quam repetitionem cito dabimus in lucem Deo fauente.

SUMMARIUM.

1 *Testator si quid specialiter non dixerit, præsumitur quòd voluit conformare se legi.*

2 *Fæminæ, si ex aliqua lege excludantur à successione patris, pater instituens heredes simpliciter filios suos, de masculis cogitasse censetur.*

3 *Filia exclusa per statutum aut legem, censetur extranea.*

RESISTIT etiam voluntas Testatoris, quia dum testator non dixit in specie de officijs,

lex

1 lex præsumit vt voluerit cõformare se legi, l. si cui ff. de seruitut. probat Andr. in c. 1. post nu. 17. de alien. feud. pat. & cõsuluit in pulchro casu Socc. cons. 36. post nu. 10. vol. 1. vbi vult ꝙ
2 si fœminæ ex aliqua lege excludãtur à successione patris, & pater instituat hæredes simpliciter filios suos, censetur de masculis cogitasse pro vt ius vult. Et hæc dicta faciunt ad Const. Vt de successoribus, & ratio est, quia
3 filia exclusa per statutum, aũt legem, censetur extranea, secundum Bart. in l. 1. §. sciendum ff. de suis, & legitimis. Et quàmuis in Regno conditionaliter excludantur, dicũtur fœminæ ex hoc potius impediri, quam excludi, l. cũ emancipati §. si duo, & ibi Bart. ff. de collat. bon. & idem Bart. in l. 2. §. vidẽdum ff. ad Tertullianum. Sed de hoc alibi tractabimus, quia nunc esset extrahi extra materiam, videatis tamen Affl. decis. 158. & Anch. in l. tres fratres ff. de pactis, vbi multa cumulaui, & vos videbitis.

SVMMARIVM.

1 Masculinum in officijs, an concipiat fœmininum.



NEC prædictis obstabit decis. Bal. in c. ad audientiã lo primo de rescript. in fin. vbi vult, ꝙ in officijs, masculinum non concipit fœmi-
1 ninum, licet pars ad hoc non aduerterit: Quia fœminæ in Regno succedũt iure comuni, vigore constitutionum Regni, quę sunt ius comune in Regno & non vt dispensatæ vt scribunt moderniores, docet Andr. in c. 1. propẽ finẽ de eo, qui sibi, & hær. suis masc. & fæm. Et hoc aduertit doctissimus, & summæ eruditionis vir, dominus Thomas Minadous olim Regis Cõsiliarius in sua solẽni repetitione cõst. in aliquibus super secundo notabili post. nu. 26. ibi, nec obstat, ꝙ masculus pferatur, & clarius super 3. notab. post. nu. 57. & 58. vbi vult, ꝙ nõ dicatur dispensatio, sed noui iuris prouisio.

SVMMARIVM.

1 Castrum concessum Ecclesiæ à Rege, non expresso in feudum, liberè concessum censeri debet.
2 Extrinseca per testes probari possũt.
3 Qualitas gratiæ probari potest per testes.



HANC conclusionem de re, in feudum concessa limitabitis non procedere in Ecclesia. Nàm si Rex
1 cõcesserit Castrum aliquod Ecclesię, non exprimendo in feudum, vtiq; cẽseri debet, ac si liberè donasset, secũdum eundem Andr. in const. Iustitiarij nomen, & normam col. 4. vers. sed quid in Ecclesia. Et hæc notetis, quia alias allegaui pro Reuerẽdissimo domino Lælio Brancatio Archiepiscopo Tarẽtino domino Gruptaliarum, & aliorum Castrorum, ex donatione facta illi Ecclesiæ per Regem Rogeriũ, pro quo etiam alleganter scripsit doctissimus dominus Io. Vincentius de Anna, allegatione 52. Et aduertatis, ꝙ licet Ecclesiæ in dubio præsumãtur donata Castra, aut iurisdictiones,

nes,hoc tamen sublimitabitur, nisi idē Prælatus,qui quæsiuit, præstitisset postea seruitium, aut soluisset adoham Nam tunc per actum istum mutum, & positiuum declaratur intentio vtriusq; & præsumitur ꝙ Princeps in feudum dederit,& sub seruitio; Nam licet in concessione omissum fuerit, an Princeps in feudū dederit, potest hoc declarari per factum, & per seruitij præstationem;Vnde fit, vt lex præsumat hoc ab initio fuisse conuentum.
2 Nam qualitates extrinsecę,vel quę ex trinsecus veniunt, possunt probari per testes vt per And. in constit. Dignum in princ. & per Fely.opt;in rub. de constitutionibus post num. 6. qui vult, ꝙ
3 qualitas gratiæ probari potest per testes,allegat c.auditis de restitutione in integrum:cuius dictis addatis Aymonem de antiqui.tempo.parte 1.vers.viso de fama in antiquis nu 24.qui allegat Bar.& Doct.in l.certi condictio §. quoniam. ff. si cert. pet. Sed ante istos hoc dixit notabiliter Ang. in l. quoties §.1.ff. de hær. instit. vbi hoc notatur in textu. Iste ergo actus solutionis factus per eundem Prælatum, qui quæsiuit, non diu post donationem ex legis interpetratione, censetur ac si ab initio fuisset conuentum de seruitio præstando,aut de adoha soluenda, vt est prædictum. Non sic esset,nec iudicabitur si alter Prælatus successor hoc faceret: quia non posset ipse successor,neq; imponere onus Ecclesiæ, neq; declarare impositum:ex regula quæ vult, ꝙ qui non potest actum facere, non pōt declarare:& hocdr̄ pactum tacitū,quod inducitur à lege ex p̄cedenti facto secundū Bar. in l.post venditionē C. de pact.& sic ītellect⁹ surgit ex scriptura.

SVMMARIVM.

1 *Qui non possunt actum facere, non possunt declarare*
2 *Mortuo Pontifice re integra, expirat gratia.*
3 *Bulla non postulatur, seu expeditur pro gratia facta,sed facienda.*
4 *De factis Pōtificis iudicare nō licet*



ET hanc theoricam alias allegabam in ardua causa pro Reuer.Episc.Acerrarum in S. C. Concesserat enim prædecessor Episcopus quoddā Territorium,saluo Assensu Apostolico,vt moris & iuris est, Concessionarius obtinuit Breue Apostolicum directum quibusdā Canonicis qui cognoscerēt de veritate expositorū: & dū caperet informatio,mortuus est Episcopus concedēs,succedente domino Salernitano Episcopo:qui reuocauit cōcessionem,& egit in S.C.contra possessorem,petendo Territorium concessū.Possessor se defendebat vigore Breuis Apostolici,& declarationis, quam tunc faciebant cōmissarij. s. ꝙ concessio tendebat in vtilitatē Ecclesiæ.Dixi in S.C. & allegaui, ꝙ extrema nō erāt habilia,& ꝙ prędicti cōmissarij nō poterant tunc declarare, per regulā prædictam.
1 Qui non pōt actum facere nō pōt declarare. Nā gratia seu assensus Apostolicus erat informis ante decretū,& decretum tunc nō poterat interponi propter reuocationem factam per successorem Episcopum, quæ impediebat tempora, & extrema vniri 2
Maxime ꝙ Pontifex nō cognouit sed cognoscendum mandauit l.& si nō cognitio C. si contra ius, vel vtilitatem

publicam, firmat Fely. in c. relatum post nu.13. de offi. deleg. per c. si super gratia eod. tit. in sexto, vbi etiam vult
2 per illum tex. ꝙ mortuo Pontifice re integra, expirat gratia, & ratio decisionis est, quia Bulla non postulatur,
3 seu expeditur pro gratia facta, sed facienda, & ideo res dicitur integra, probat tex. in c. si cui nulla personatuũ, de præben. in 6. Ille. n. assensus Apostolicus refertur ad ius, quasi, ꝙ Papa mãdauerit, vt si Cõmissarij viderint contractum cedere in vtilitatẽ Ecclesię interponant decretum, hoc notat Bal. in c. dudũ nu.71. de electione: secus dicit ipse, si Papa dispẽsat per se ipsum;
4 quia de factis eius non licet iudicare: cui decisioni concordat tex. notabilis in l. fin. ff. de solut. qui videatur, & notetur per vos. Sed pro intellectu istius l. & si non cognitio, videbitis omninò Alex. cons. 218. vol. 2. & Fely. in c. si cõstiterit de accusat: vbi declarat, quando clausula ista faciat conditionẽ, vel monitionẽ; faciunt etiam ad præmissa not. per Andr. in c. 1. qui succ. tenet. nu.15. & seq. & per Alex. cons. 97. vol. 5. Et hoc quidẽ regulare est; Nam semper ꝙ in cõmissione seu delegatione facta per Rom. Põtif. adijcitur clausula conditionalis, si tibi constiterit, & tractatur de pręiudicio alterius, clausula ista conditionem facit, non monitionem, Oldr. cons. 41. Bal. & Fely. in c. fin. de præsumpt. & Ias. in l. fin. C. vnde leg. licet Lupus alleg. 61. faciat quandam verbalem distinctionem, quam non admictimus.

Multa. n. pendent à futuro euentu, & impediuntur conditione pendente, quasi ꝙ exitus, seu finis controuersię perficiat actum, aut iudicet quid faciendum sit. Et alias in alia ardua causa allegaui, & obtinui coram doctis Consiliarijs, vt pendente, seu durante communione inter fratres, nullus fratruũ possit petere, neque agere ad portionem sibi contingentem de bonis comunibus alienatis per alios fratres, contra tertium: & casus erat, ꝙ duo ex tribus fratribus alienauerant quoddam territorium commune, & promiserant, ꝙ alter frater tũnc minor, factus maior ratificabit, & receperunt totum prætium, durante adhuc communione: ille frater minor, factus maior cæpit agere contra illũ emptorem, petendo portionem illius territorij empti. ista causa ambulauit per multas manus Aduocatorum, tandem consultus ego, respondi quòd ante diuisionem non poterat agi propter incertitudinem dominij; Nam illa portio istius fratris minoris, non poterat ad oculum demonstrari; allegaui in Rota glo. notabilem, & singularem in l. Meuius §. duorum in verbo hanc eandem, ff. de leg. 2. quæ dicit, ꝙ pars indiuisa, intellectu percipitur, sed oculo non videtur, neque demonstratur, & ista glo. fuit visa notabilis, & singularis dominis de Cõsilio. Quibus ego dicebam amplius, ꝙ ista glo. procedit in iudicio vniuersali, sicut est iudiciũ familiæ hercis. secus esset in iudicio particulari, sicut est iudiciũ comuni diuidũdo, in quo iudicio procedit illa regula, vt in qualibet gleba socius habeat portionẽ, nõ sic in iudicio vniuersali l. in familiæ C. fam. herc. l. Iulian⁹ §. idẽ Celsus, ff. de actio. empti, quem tex declarat Paul. de Cast. in l. si fratres C. comunia vtriusq; iudicij, & glo. Paris. in glo. 9. nu. 42. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Feudum in dubio, an censeatur donatum, vel concessum.*

SED an feudum in dubio censeatur donatum, vel concessum, vltrà prædictos, & vltrà Oldr. cons. 159. videatur Tiraq. de retract. §. 30. glo.1. nu. 8.& seq. & in l.si vnquam de reuocandis donationibus in verbo donatione largitus nu. 335. quibus addi possunt cumulata per Dec. cons. 32. cons. etiam 193. & 398. Et aduertatis ꝙ nisi dicatur in feudum, vel ponantur verba apta ad qualificandum contractum, vel ad inducendam infeudationem, semper in dubio præsumitur donatio, vt alibi diximus, declarando eundem Dec. cons. 415. & in l. si paciscenda C. de pact. nu. 11. & in l. 2. nu. 55. ff. de reg. iur. & alibi, maximè d. cons. 32. Vbi confuse loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Concessio an præsumatur realis, vel personalis.*

SED vltrà alios, est videndus Paris in libro reintegr. feud. capite 297. incipit, an concessio alicui simpliciter facta, vbi q̄rit, an concessio præsumatur realis, vel personalis, & nihil boni allegat. Sed vos videbitis Andr. in c. 1. §. quin etiam Episc. vel Abb. vbi firmat ꝙ in dubio concessio præsumitur realis. Quod nos alibi disputamus. Napod. autem noster in Consuet. Si quis, vel si qua nu. 197. dicit ꝙ omne pactū præsumitur reale, nisi probetur personale, allegat glo. in c. cū venissent de instit. & l. si pactum ff. de probat. quam legem declaramus in c. An Agnatus. Dicit amplius ꝙ in concessione est distinguendū, an concessio fiat personæ, vel dignitati. Nàm primo casu præsumitur personalis, Secundo verò casu præsumitur realis, vt in d. c. cùm venissent: hæc sunt verba illius insignis Doctoris; Per quę alias defendebam quēdam Illu. virum in dignitate constitutum, de cuius dignitate, seu titulo dubitabatur, an esset realis, vel personalis, Sed de hoc latius scripsi in c. 1. de eo, qui finem fecit agnatis, & in tractatu meo nobilitatis, Vbi inter cætera aduerto, ꝙ ex tenore scripturæ iudicatur; Nam si fiat mentio successorum, ex vtraq; parte dicitur in rem scripta, tàm in successore hæreditario, quàm dignitatis c. 1. qui successores teneātur, probatur in c. Abbati sanè de re iud. lib. 6. & per Innoc. in c. intellecto de iureiur. Sed Fely. in c. quoniā Abbas post nu. 11. de offi. deleg. dicit notabile verbū videlicet, ꝙ concessio, quæ ab initio erat personalis, potest fieri realis per præscriptionem, sed an hoc verum sit, alibi tractabimus. Intereà tamen vide Marinum versus fin. operis, vers. Sed postquam de feudorum cunabulis nu. 3. & seq. Nam titulus dominij non multiplicatur, & Alex. post alios in l. item quia ff. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum hoc concedo, limitari solet & restringi à causa.*

2 *Falsa demonstratio, an perimat legatum.*
3 *Voluntas testatoris facit dispositionem transire in legatum.*
4 *Quod debetur ob causam, determinatur secundum causam.*
5 *Verba sunt intelligenda, secundum subiectam materiam, etiam si illa oporteat impropriari.*

1 OC etiam verbum concedo, limitari solet, & restringi à causa; Nàm si vniatur locationi, erit locatio, si vniatur deposito, erit depositum, vt si dicatur concedo in affictum, vel in depositum; Et sic illa natura, quæ erat transferendi dominium, declarabitur nunc à causa, & à titulo, & hoc est, quod legitur in illa lege, si vno. ff. locati sępius alleg. probat Andr. de vassallo decrep. ætatis cap. 1. ante num. 4. Nam omnis actus debet commensurari titulo, & causæ. Et alias in arduis causis pro Magnifico Scipione Malatesta, & quibusdam alijs allegaui, quod donationes immensæ, & legata magnæ qualitatis facta per vxores viris suis, debēt commensurari à causis expressis in donatione, & legatis quando causæ sunt obligatoriæ alias secus, Nàm non conuenit, vt vxores, quæ voluerunt remunerare magis, quàm donare, aut legare decipiantur: Et prudentes iudices, qui vident causas expressas in donationibus, vel in legatis debent illas proportionare causis expressis in donatione, vel in legato; & sic satisfit voluntati contrahentium, aut morientium, & hæredes defunctorum non decipiuntur. Nec obstabit illa l. 2. C. de falsa causa adiecta legato, & quod per eam notant ibi, & alibi Doctores passim, & in l. Lucius §. quisquis de legat. 2. videlicet, quòd falsa demonstratio non perimit legatū; Nàm illa lex intelligitur quando causa omninò falsa est; Nam tunc 2
quia certa est voluntas morientis, & si causa vera non sit, dispositio tamen
3 sustinetur, quia voluntas testatoris facit dispositionem transire in legatum, vt dicunt omnes in l. si non designata, quæ est lex 3. illius tituli, & Andr. in §. donate, qualiter olim num. 8. Sed quando causa vera est, & obligatoria, tunc causa, quæ pręcedit frænat, & limitat actum, & donatio debet commēsurari meritis expressis. Hoc notauit Oldr. cons. 226. num. 8. Et per hoc consilium alias obtinui, & iudicatum fuit in vtraq; causa; Nam quod debe- 4
tur ob causam, determinatur secundum causam sibi annexam l. Seia. § libertis. ff. de ann. lega. Et ideo dixit Bal. notabiliter in l. 1. C. commodati, quòd si clausulæ contractus sunt reducibiles ad naturam contractus, nunquam alterant eius naturam: & verba sunt intelligenda secundum subiectā materiam, etiam si illa oporteat impropriari, firmat Alex. cons. 53. num. 6. vol. 7. Et probat Fely. qui de Oldrado meminit in c. sicut de re iud. post num. 27. Sed an idem sit quando causa exprimitur ad fauorem donatarij, seu legatarij, alibi dicemus, ne nunc ciuilistarum quæstiones vsurpare videamur. Ad vnum tamen semper aduertatur, quod donatio abhorret causam, vt alibi declarauimus.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Inuestire, concedere, confirmare, & assentire quid importent, & an, & in quibus inter se differant.*
2 *Subfeuda si transeat etiam ad fæminas, an possint Barones restringere naturam excadentiarum ad masculos tantum, & an possint apponere pacta vt non diuidantur.*
3 *Quod naturaliter inest, semper inest.*
4 *Barones, & feudatarij, an possint concedere excadentias de feudo, etiam ex pacto, & prouidentia.*


DIFFERVNT namq; & pugnant quandoq; simul verba concedo, & inuestio, sicut consentio, & confirmo, licet aliquando confundantur, & vnum verbum sumatur pro alio, & ideo sub isto contractu feudali considerabitis quatuor terminos, videlicet inuestire, concedere, confir-
1 mare, & assentire, de quibus suis locis dicemus. Sed pro nunc aduertatis, quod vbi diximus, quòd Barones in Regno non possunt dare, nisi excadentias, & illas sub eodem seruitio addatis, quòd neq; apponent pacta extranea, aut insolita. Nam si subfeuda,
2 vt est prædictum, & excadentiæ transeunt de sui natura etiam ad fæminas, non poterunt Barones restringere naturam excadentiarum, ad masculos tantum, vt citius reuertantur ad mensam: Nec possunt etiam apponere pacta, vt non diuidantur, quia ista subfeuda diuidi solent inter cohæredes, salua tamen domino pręstatione illa, quæ non diuiditur, & potest illam Baro à quocunque exigere; & hoc totum facit illa lex data in traditione feudi, quæ naturaliter inest, & vt dicit Andr. in c.1.§.porrò, quæ sit prima causa benef. amiss. post num. 30. Quod natu-
3 raliter inest semper inest; Dixi post Andr. in cap. Imperialem, post n. 8. Sumunt ergo naturam feuda ex conuentione, & ex lege Inuestituræ, in qua ponitur illa clausula, quæ vim conditionis habet, scilicet vt teneas tu feudatariç, quæ de demanio in demanium, quæ de seruitio in seruitium, de qua per Andr. in c.1. de controuer. inuest. & in cap. Imperialem col. 3. ante num. nonum; & pro inde illa permissio legis de dando excadentias sub solito seruitio, non potest alterari, neque extendi, hoc probat Paris noster in cap. 229. sui operis, & cap. 207. libri Reintegrat. num. 7. quod incipit, an si Baro habens bona feudalia, vel redditicia, Nam licet electio sit Baronis in reconcedendo istas excadentias, vel in tenendo illas in mensa; tamen non erit sua electio in sic concedendo, quia, postquam elegit concedere tenetur seruare solitum iuxta permissum legis. Et propterea idem Paris in c. 20. eiusdem lib. dicit quòd Barones, & feudatarij possunt concedere istas excadentias, etiam de feudo ex pacto, & prouidentia, quia in hoc censentur, & iudicantur vt ministri legis: Arguit hoc idē facere vxores in feudis, sup quibus habuerūt dotaria: hoc idē facere Prę1atos, & alios habētes administrationē rerū, & est decis. notab. & legenda; cui sunt addenda cumulata per Dec. cons. 328. & per Ruyn. cons. 152. vol. 1. iunctis scriptis per Bar. in l. 1. ff. de priuil. cred.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fides substantialiter inest in contractu feudali, licet in omni contractu requiratur.*

2 *Feudalis contractus, conditionalis iudicatur.*



SEQVITVR modò verbum cum fidei, & proprietatis retentione, dicit Andr. in alleg. §. porrò, quæ sit prima causa benef. amict. ꝙ licet in omni contractu requiratur fides, in contractu tamen feudali, fides
1 substantialiter inest, hoc dicit ipse post nu. 30. ibi. Cuius dictis addatis vos, ꝙ in hoc cōtractu requiritur successiua fides, & fides, quæ si non seruetur, resoluit & annihilat contractũ, Nam in alijs contractibus contrà non implentem aũt non seruantem, agitur ad interesse, vulg. l. si quis ab alio ff de re iud. vbi hoc no. Doct. omnes, & probat Ang. cons. 53. in fine, & similiter hoc not. Doct. in l. ex placito C. de rer. permut. & in l. cum proponas C. de pactis cum simili, & vulg. l. ex empto ff. de actio. empti, vbi probatur, ad quæ teneatur venditor. Ideò aduertite ad vnum scrupulũ, qui oriri solet, ex hac decisione videlicet quę sit ratio, ꝙ in hoc cōtractu agi potest ad resolutionem, etiam contra tertiũ, si feudatarius alienet feudum contrà pactum, & non sic in alijs contractibus in quibus non potest agi contra tertium emptorem: Quia pactum factum inter contrahentes de non alienando, non afficit rem l. si quis ità §. ea lege de verb. oblig. l. ea lege, C. de cond. ob causam, Vbi est glo. magistra & sollemnis. Ad hoc quæsitum respondet Andr. vnico verbo videli-
2 cet, ꝙ contractus iste iudicatur conditionalis, & ob causam datio. Et propterea pacta ista in vim conditionis apposita, faciunt feudum redire ad dominum, hæc notauit ipse in § præterea in fin. quib. mod. feu. amict. & in §. sed nec est alia iustior, quæ sit prima causa ben. amict. nu. 40. & est decis. notab. & docens practicam ponẽ di ista pacta in contractibus in vim conditionis, licet Bart. requirat specialem obligationem in l qui absenti ff. de acq. poss. quem sequuntur omnes Ciuilistæ, & Negosantius in tract. de pign. in 2. par. principali primi mẽbri, primæ partis, alleg. l. si creditor §. fin. ff. de distract. pign. not. dominus Couar. in lib. 2. variarum resolut. capite 15.

SVMMARIVM.

1 *Feudalis contractus sapit de omni cõtractu.*

2 *Feudalis contractus dicitur donatio ob causam.*

3 *Feudalis cõtractus dicitur emptionis*

4 *Feudalis contractus dicitur permutationis.*

5 *Feudatarius tenetur de sex conditionibus contentis in c. 1. de form. fidelit.*

6 *Contractus substantia, an pendere possit.*

7 *Dominij translatio, an pendere possit.*

8 *Dominium, ex quo iure sit quæsitum & introductum.*

9 *Pactum, ne transeat dominium, an valeat*

valeat, vel vitiet contractum venditionis.

10 *Venditor mercium, an habita fide de prætio, præferatur anterioribus creditoribus emptoris in ipsis mercibus: & an procedat in mercatoribus tantum.*



EX hac theorica, & decisione Andr. solitus sum
1 dicere, ꝙ contractus iste feudalis sapit de omni contractu; Nam inspecta sui origine, & natura, dicitur cõtractus donationis, postquam formatur & oritur à munificentia Regis, vt docet Andr.
2 in 4. quæst. in præludijs. Dicitur etiã donatio ob causam, habito respectu ad fidelitatem, & ad seruitium, quæ plerunq; debentur per feudatarium,
3 Dicitur etiam contractus emptionis, quia aliquando, & sæpe ista feuda emuntur: & empta non desinunt esse
4 feuda. Dicitur etiam contractus permutationis quia vice permutati dominij, tenetur feudatarius ad illa sex, quę continentur in c. 1. de form. fidelit. vi-
5 delicet Incolume, tutum, honestum, vtile, facile, & possibile, de quibus speciebus contractuum, inferius particulariter aliqua notabimus. Sed volo, ꝙ in primis non ignoretis notabile, & elegans dictum Io. Fabri in §. idem iuris instit. de inutil. stipul. Vbi loquens, si substantia contractus po-
6 test pendere, dicit ista verba nu 6. Potest dici, ꝙ contractus non pendet, sicut nec stipulatio, sed qualitas contractus: sicut translatio dominij, vel cui acquiratur ex contractu, pendere possunt, quam decision. solitus sum adducere ad cõcomitantiam conclusionis Andr. scilicet, vt dominij trãslatio conditionaliter facta sit in vasallum, & resolutio pendeat à fide non seruata vel præstita, hoc not. Bar. Soc. & alij in l. quibus diebus, §. quidam
7 Titio ff. de condit. & demon. Et ad illud, ꝙ translatio dominij possit pendere, vel stare in pendenti, intelligatis vos respect. à futuri euentus, & resolubilitatis, quæ ex contractu nasci-
8 tur. Nàm dominium etiam quæsitũ, ex statuto, aut introductum consuetudine, Iurisgentium appellatur, postquam est quæsitum l. ex hoc Iure ff. de iur. nat. gent. & ciuili: & illud pactum nõ potest suspendere effectum iuris naturalis, vel gentium: quia inspecto præsenti statu, dominium nõ potest esse in pendenti, vt not. Doct. in l. Pomponius la prima post glo. ff. de neg. gest. & docet Ang. notabiliter cons. suo 36. post nu. 5. vbi dicit ista verba, Et non pendet pro tunc, secundum Accursium tenentem, ꝙ nihil pendeat, consideraro præsenti statu: & est consilium notabile, & menti tenendum, quia multa notabilia dicit, & eleganter loquitur. Et facit ad resolutionem quæstionis de eo, qui vendidit habita fide de prætio, & qui apposuit pactum, vt non transeat dominiũ, nisi facta integra solutione, quià pactum istud, vel impedit temporaliter dominium transferri, aut secundum aliquos operatur prioritatem, & potioritatem hypotecæ in bonis sic venditis in cõcursu aliorum creditorum, per l. licet C. qui potior. in pign. hab. & poni consueuit ad tollendam difficultatem, quæ oriri solet per §. venditæ quoq; res instituta de rer. diuis. & per l. cum manu fata in fin. ff. de con-

de contrah. empt. quam sic declarat Io. Andreas in speculo in §. sciendum de empt. & vend. Et in hoc iustè repręhenditur Affl. sibi contrarius per dominum Tiraq. in suo solemni libro de retractu. §. 1. gl. 2. nu. 34. & seq. vbi nu.
9 36. firmat pactum istud, ne transeat dominium valere, & non vitiare contractum venditionis, quia non conuenit, vt omnino non transeat, sic declarando l. cum manu Sata. pro qua opinione faciũt not. per Doct. in l. si cum dotem, §. fin. sol. mat. vbi volunt venditorem mercium, aut mobilium, habita
10 fide de pretio, præferri anterioribus creditoribus emptoris, in ipsis mercibus sequitur Glo. Parif. §. 23. post num. 27. vbi respõdet motiuo Paul. de Cast. tenentis illam conclusionem procedęre in mercatoribus tantum, & opt. loquitur: & hoc totum facit, & operatur rei traditio, cum titulo habili ad translationem dominij, per quæ videtur habita fides de pretio, vt alibi dixi: Quibus addi potest Dec. in l. mutuum damus in 2. lect. num. 13. si cert. pet. licet Alber. in l. 2. C. de pactis inter empt. & vẽd. & Bal. in rubrica C. de cõtrah. empt. velint pactum valere, ne dominium transeat nisi soluto pretio, sequendo primam opinionem.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus de re feudali ante impetrationem assensus, an dicatur nullus, vel stet in suspenso, donec Rex assentiat?*

2 *Contractus feudales, an sint de perpetuo prohibitis alienari?*



1 Et ex hoc (vt credo) maiores nostri dubitauerũt, an contractus de re feudali ante impetrationem assensus dicatur nullus, vel stet in suspenso donec Rex assentiat, inter quos fuit Luc. de Pen. in l. meminimus, quomodo & quibus quarta pars col. 7. circa medium ibi, quod facit ad quæstionẽ feudi alienati. Affl. etiam noster hoc firmare videtur in cit. de vassallo, qui contra const. Lotharij, & alibi sępè. Idẽ firmat dominus Lucas in l. nulli de fũd. patrimonial. post prin. lib. 11. ibi quãdo autem, & intra quod tempus vassallus alienans, hoc valeat: & vtrum possit ei statui terminus, infra quem reuocetur; vnde Mari. noster in illo articulo si emptor feudi ante assensum reuocare possit, quem tractat in lib. 2. de sub feud. in verbo à Regnicolis non ponitur vna quæstio: cõnquęritur ꝙ tempore nostro fiant istę reuocationes passim. Et ego, qui causas plurimas pertractaui, non possum non admonere, & rogare dominos Regentes & Consiliarios, vt super hoc seruent opiniones antiquorum: Et si hoc facere nequeunt, obtineant saltim, & deprecentur declarationem à Rege, vt istę reuocationes non fiant: neq; procedant, nisi data aliquali dilatione ad obtinẽdum assensum, ne fiant tot fraudes, & figmẽ
2 ta; Nam contractus isti feudales, non sunt de perpetuo prohibitis alienari, vt docet Andr. in c. Imperialem §. illud ante nũm. 71. & nu. 71. de proh. feu. alien. per Feder. Et proinde cum Rex soleat dispensare, non est ferendum, vt istę reuocationes fiant passim, & aliquando fraudulenter in iacturam con trahentium. faciunt not. in l. & quæ distracta

diſtracta ſunt. ff. de præcario, quæ eſt lex notabilis ad hoc,iuncta l. quod dicimus cum ibi notatis.ff.de ſolu. Nã ad inualiditatem contractus feudalis duæ conſiderantur nullitates, vna ſcilicet reparabilis,& altera irreparabilis de quibus ſuo loco tractabitur.

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus qua actione agat contra dominum ad petendum feudum promiſſum.*


2 *Donator habens liberam rei ſuæ facultatem,donationem,quam fecit impugnare nequit.*

3 *Donator ſi alij rem donatam donaſſet, & tradidiſſet, antequam prima donatio ratificetur, primus, an ſecundus donata eius præferatur?*

4 *Priuilegiũ non dicitur perfecte quæſitum ante ratificationem.*

5 *Mulier poteſt repudiare donationem ſibi factam,non dum acceptatam.*

6 *Ius non dicitur perfecte quæſitum ante acceptationem, etiam ſi præcedat ſtipulatio:& hoc ac procedat in donatione tacita.*


X hoc etiam fonte deriuata eſt illa quæſtio propoſita per And.in prelud. quæſt.6.& in c.ſi facta, ſi de feud. defunct. mil. poſt glo. ibi, & vtrobique Andr. tractat materiam. l. quoties. C. de rei vendi. & in l. fina. ff. de actionibus empti. Et hanc quæſtio.reaſſumunt omnes Doctores,tàm ciuiliſtæ, quàm feudiſtæ, quos referre, laborioſum eſſet. Quærit enim
1 Andr. qua actione agat. Vaſſallus contra Dominum ad petendum feudum promiſſum, & multa ſubtiliter ſuo more adducit. Sed vos pro reſolutione, vt ſine verborum pompa procedamus, præmictatis, quòd etiam donator quicunque habens tamen liberam facultatem rei ſuæ, tenetur
2 donationem, quam fecit non impugnare, & rem donatam tradere, ſi facultatem habeat rei tradendæ. Nec poterit donationem reuocare, etiam illam factam abſenti, niſi alij traden-
3 do. Nam ſi alij donaſſet, & tradidiſſet, antequam donatio ratificaretur ſiuè acceptaretur, vtique ſecundus præfeteretur, vt notaui, in l. abſenti. ff. de donatio. & in l. bonorum ff.rem ratam haberi. Et ita intelligatis deciſ. Domini de Franch.339.vt idem donator ante acceptationem poſſit reuocare, non verbo, ſed alij tradendo, aliàs tàm ipſe quam hæredes ſui tenẽtur nõ contrauenire: & iſta eſt vera reſolutio illius articuli, quem clarius explicabo in additionibus meis. Sufficiat pro
4 nunc in iſtis leuioribus allegare vetas regulas remiſsiuè. Nam neque priuilegium dicitur perfecte quæſitum ante ratificationem, ſecundum Bald. in rubr. C. qui admicti, quem refert, & ſequitur Felyn.in cap. recognoſcentes de conſtitut. poſt numerum ſeptimum, vbi allegat alios, & ſubdit de mente Ludouici, & Pau.de Caſt.notabile dictum, quòd mulier poteſt repudiare donationem ſibi factam,nondum acceptatam,omiſſa ſollemnitate ſtatuti loquentis de aliena. mulierum.

6 Et hoc quia ante acceptationem, ius non dicitur perfectè quæsitum vt consuluit Dec.consil. 464. Et totum hoc prouenit ex reg.§.alteri instit de inuti. stipul.& l.si ego.ff. de neg. gest. vt antè acceptationem nihil dicatur quæsitũ, ēt si præcedat stipulatio notarij l.illud, C.de sac.sanc. Eccl. vbi gl. & Doct.gl. etiam sollemnis in ver. id domino, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & not. Ruyn.consl.121.vol.1.Alex.consil. 31.in fin.vol.6.vbi est bona additio, & cons.24.nu.9.vol.5. Et probat Dec. in l.1.nu.22.C.de pact. licet Andr. noster de notarij stipulatione dubitauerit, de pace iur.firm.nu.44.propter opinionē antiquorum;sed hoc firmauit,in §.donare prope finem, qualiter olim. Sed prædicta limitantur,non procedere in donatione tacita, Alex.consl.99.vol.7. Concludendum est igitur, quòd aut Dominus stetit in finibus simplicis promissionis,non sequuta alia traditione, vel inuestitura vera,vel abusiua,& potest Dominus penitere quòad omnes, quibus promisit, si pluribus sit facta promissio, soluendo tantum interesse, quoad omnes. Vel si velit vni gratificari, illi tradet quem elegerit,soluendo alteri interesse. Aut quantum ad vnum stetit in finibus simplicis promissionis; alterum verò inuestiuit abusiuè,tunc non destinguẽdo quis sit primus,vel secundus,tenetur præcisè tradere ei quem inuestiuit, & alteri tenetur ad interesse. Aut quãtum ad vtrũque processit ad inuestituram abusiuam, Et tunc tenetur primo precisè tradere, secundo tamen tenebitur ad interesse. Aut primo fecit inuestiturã abusiuam,quam verbalem vocamus, & secundo veram possessionem tradidit. Et tunc secundus est potior per d. l.quotiens, primò verò tenebitur ad interesse. Et prædicta intelligatis,quãdo Dominus possidet, vel sua causa desijt possidere, tradendo alteri. Si autem ceciderit à possessione sine culpa: tunc in nihilum prædictorum tenebitur, sed tantum tenebitur inducere in clandestinam possessionem, vel actionem cedere inuestito, contrà illum possessorem. Et hæc sunt, quæ potui colligere ex sparsis dictis Doctorum tàm ciuilistarum, quàm feudistarum. Quibus addatis Ale.cons.86.volũm.6. & consil.165.vol.2. & consi.76. & 212.volum.5. Ruin. cous.77.79. & 82. volum.1. Deci.cons.340. & 502. & 588. & Andr.nostrum in c.1. num.5. in ver. Inuest.de noua forma fidelit. Ibi, quia nihilominus præcisè compellatur tradere. Et omninò Luc. nostrum in l. prædia de locat. præd. ciuil. vbi hanc quęstionem disputauit per viginti quatuor columnas, tractando materiam d.l.quoties in cõcessione per Regem facta duobus. Addatis etiam Napod. in consuet. si mulier nupta super ver. possessoris,vbi dicit ista verba, Et licet teneatur ad restitutionem intelligitur si habet facultatem rei restituendæ. Et secundum istam distinctionem intelligatis Andr.in c.si facta si de feu. defunct.milit. & in c. 1. quid sit inuest. Afflict. etiam in cap. primo qui succ. ten.lo 2. vbi opt. loquitur. Sed ad declarationem,& limitationem d.l. quoties, videbitis Bal. in rub. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred.vbi vult, quòd si secũdus emptor, cui res tradita est, participauit de fraude, q̃a sciebat primam vẽditionem factam, tũc primus obtinebit secundum Sal.& Alb. in d.l.

quo

quoties: Sed in omnibus facultas rei tradendæ actendi debet. Et per hæc verba alias obtinui in duabus causis in S.C. videlicet pro domino Francisco Vulcano;& pro Magnifico Amatruda, vt promissiones factæ per Albaranum, decedendo officium magistri rationalis Regiæ Curiæ Siclę, & officium magistri actatus Sacri Consilij obseruarentur, non obstantibus prætensis reuocationibus factis per illos promissores, qui volebant inniti constitutioni constitutionem diuæ memoriæ:Ego allegaui, quòd illa lex nõ procedit in officijs, in quibus sola administratio transfertur. Sed procedit in feudis, & subfeudis tantum: Et proinde, quia promissores habebant facultatem rei tradendæ tenebantur cedere officium,seu actionem, & adimplere legem conuentionis,saluo assensu impetrando, & ita iudicatum fuit; Nam illud factum, seu actus cedendi est in obligatione, non res, seu officium, pro vt notatur ff. de petit. hæred.l. in extimationibus. Cumulauit aliqua Tiraq. de primogenit. q̃st. 17. opinione 12. Sed sola illa ratio sufficit, quòd factum solum est in obligatione, per quam fuit iudicatum, vt dixerunt mihi aliqui periti Consiliarij illius temporis, qui iudicauerunt in causis prædictis.Et ad illud de cedenda actione, aduertatis, quòd alias in ardua causa obtinui in Regia Camera coram peritissimis dominis Præsidentibus pro dominis de Constantio, vt illis satisfieret super pretio feudi olim hypotecati dominę Cassãdrę de Tuso eorum matri, vigore cessionis illis factæ per dictam dominam Cassandrã, non obstante,quòd super cessione prę dicta non fuisset impetratus assensus; Et volui pro iuuenibus inserere allegationes, vt non fallantur in puncto, & sunt videlicet.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium tutelæ non impedit tutori exactionem crediti liquidi.*



EX hoc facto colliguntur duæ conclusiones pro dominis de Constantio, prima est, quòd prætensum 1 iudicium tutelæ non impedit exactionem eorum crediti liquidi, secundum Bart. in l. Iulianus verum debitorem in fin.ff de cond. indeb. firmat Negusantius in suo tractat. de pign. in primo membro quintæ partis nume. 36. contra Soce. qui aliter sentiebat. Secunda conclusio est, quòd licet isti domini de Constantio nullum habeant ius formatum super bonis feudalibus, sed habeant tantummodò actionem personalem vigore cessionis factę per dominam Cassandram, possunt tamen agere, vt bona feudalia vendantur, & de pretio eis satisfiat, cum sufficiat debitorem possidere. Ita in spetie tenet dominus Marinus Frec. in lib.2.de subfeud. in cap.quod incipit, pluribus autem modis posset limitari hæc constitutio nume. 6. & seq. & maximè post numer. 10. qui dicit, sic fuisse obseruatum pluries, & nihil allegat, nisi dominum Iacobum Camelum: Sed pro vera opinione, est videndus Bald. in l. final. §. & si

præfatam, C. de iur. deliber. post prin. verbo quæro hic vtrum hæres cogatur: Et hanc opinionem sumunt Doct. ex l. in creditore, ff. de euict. per quam l. millies fuit obtemptum, vt nunc assensus impetretur super cessione, vel habeatur pro præstito: Immò quando nõ fuisset facta cessio, posset nunc obtineri, & super ea impetrari assensus per singularem decis. Paul. de Cast. in §. irritum l. si quis filio ff. de iniusto irrito testaméto, Nam si hypotheca cedi nõ potest sine assensu, saltim cessum intelligitur ius distrahendi, vt Bal. not. in l. si in solutum cum l. seq. si à creditore in primo notab. C. de actio. & oblig. Et hoc non potest habere difficultatem, postquam ius debitoris viuit in pignore, & super feudis. Viuit etiam ius cedentis, non adhuc resolutũ, neq; extinctum, & ista videtur mihi veritas cui subscribo.

SVMMARIVM.

1 *Reges non recognoscentes superiorẽ, habent facultatem inuestiendi, & tradendi.*



ET prædictam conclusionem propositam per Andr. & per nos disputatã, intelligatis procedere in
1 Rege, aut in domino non recognoscẽre superiorem, in quorũ facultate est inuestire, & tradere; Non aũt in alijs, qui nõ possunt de feudo disponere sine assensu superioris. Nam hoc secundo casu, propter abusum reuocationis ad nihilum tenentur contrahentes super feudis, si reuocauerint, sed spero, q; in dies prouidebitur per superiores ad tollendas lites, & occasiones malignandi. Alias quæstiones. quãdo Rex donat duobus vno tẽpore quid in corporalibus, & in ficta traditione, dicemus in locis suis, & post Andr. in §. traditionibus quid sit inuestite.

SVMMARIVM.

1 *Rex qui donauit, aut verbaliter inuestiuit, si nolit tradere, & perficere contractum, tenebitur ad interesse.*
2 *Euictio non debetur ex donatione.*
3 *Inuestitura de iure communi feudorum est necessaria ad formandum feudum.*
4 *Inuestitura propriè quid.*
5 *Inuestitura, quæ fit de veteri feudo est confirmatio.*
6 *Inuestitura quotuplex sit.*
7 *Feudatarius ita vestitur feudo, sicut homo veste, & per hoc appellata est inuestitura.*



1 REX ergò, qui donauit, aut verbaliter inuestiuit, si nolit tradere, & perficere cõtractum, tenebitur ad interesse. Sed in hoc quæri consueuit, quõ donator poterit teneri ad itẽresse,
2 si regulariter ex donatione non debetur euictio, vulg. l. Aristo cum concord. ff. de donat. docet Andr. in c. i. in princ. de inuest de re alien. fact. sub illa distinctione quando donatio incipiat à traditione, vel à promissione. Et quando de re aliena scienter fuit facta inuestitura, allegando l. qui fundum sciens, C. de euict. Hanc difficultatẽ resoluit

soluit, & determinat idem Andr. in c. 1. post prin. de l. Corr. videlicet: Quando datur seu donatur res aliqua, tenetur donans de euictione, quando incepit à promissione: & addit notabile dictum, ꝙ si promisisset prius decem annua, & dare aliquam rem, saluo iure alterius, nihilominus re euicta, tenetur dare illa decem annua, licet de euictione illius rei non teneatur; Et ratio est, quia euicta re in solutum data, surgit & reuiuiscit illa prior causa obligationis secundum Bart. & alios in l. si quis aliam ff. de solut. Sed pro vera cognitione, recurratis ad glo. l. 2. C. de euict. vbi discutitur articulus. Et hęc sufficiat tetigisse, quò ad primum membrum infeudationis, quæ donatio dicitur. Sed in quæstione proposita, ideo Rex inuestiens & qui donauit, tenetur ad interesse, quia contractus iste feudalis dicitur contractus onerosus, & non simplex donatio, vt alibi notauimus: Nā vassallus tenetur ad illa sex, & ad alia onera feudi, etiam si seruitium non deberetur, aut remissum sit, sed ideo dicitur donatio, quia attenditur gratia, quæ præponderat, vt notauimus superius. Aduertendo ꝙ inuestitura de iure communi feudorum est necessaria ad formandum feudum, vt docet Andr. in c. sciendum, quemadmodum feudum ad filiam pertineat in princ. vbi dicit ista verba; Feudum sine inuestitura non constituitur: & postea declarando dicit, cum inuestitura nihil aliud sit propriè quam possesio.

3

4 Et dicit ꝙ iure isto feudorum sunt necessaria verba, inuestio te, etiam si possessionem tradat; allegat dictum Ardizonis in summa, cum natura. Sed in Regno Siciliæ dicit ipse sufficit priuilegium, vel breue testatum, quod nos instrumentum concessionis appellamus; Et in c. 1. de feudi cognit. super ver. inuestitura, & successione nu. 4. & 5. dicit ista verba, Iure isto feudorum est necessaria inuestitura, & feudum constituitur inuestitura, & postea dicit, ꝙ inuestitura, quę fit de veteri feudo est confirmatio, allegat text. in c. 1. per quos fiet inuest. & postea subdit, ꝙ non est necessarium in Regno. Et sic

5

6 habetis ꝙ duplex est inuestitura vna verbalis, & altera realis, seu actualis: & ista actualis similiter est duplex, alia noua de feudo formando, & alia antiqua, quæ confirmatio dicitur de antiquo feudo, & ꝙ in Regno non sunt necessaria illa verba inuestio te pro formando feudo, sed solum priuilegium, aut instrumentum sufficit, qđ breue testatum appellant. Hoc idem dixit Andr. in §. insuper si filius, c. Imperialem de proh. per Feder. post nu. 58. vbi dicit ista verba: cum ante inuestituram non sit feudum: Et alibi scri-

7 psit idem Andr. ꝙ sicut homo induit se veste, ita feudatarius vestitur feudo, & ex hoc appellata est inuestitura, & alibi, appellauit inuestituram, contractum ipsum. Et ex hoc dicunt Doct. ꝙ tenor inuestituræ semper attenditur ad sciendam naturam, & qualitatem feudorum, tanquam ꝙ ex illo fonte procedant diuersæ naturæ feudorum, scilicet ex ore Regis, qui potest singulas dignitates dare, & supprimere. Et in hoc sæpè falluntur aduocati minus instructi, qui non habentes notitiam clausularum positatum in priuilegijs, male illas allegant, & impropriè expēdunt: Quibus dici potest quod scripsit Innocen. in princ. sui operis: venerunt

haurire aquam de fontibus,& confusi vasa vacua reportauerunt. Tenor ergo inuestituræ semper attendi debet, vt in cap. 1. de duobus fratribus de nouo beneficio inuestitis,& in c. 1. de inuest. de re alien. facta. Nam si de concessione constat per priuilegium, vel breue testatum, & postea inueniretur possedisse feudatarius, præsumetur ex ea causa habuisse, secundum Andr. in d. c. sciendum. Probatur hæc conclusio de tenore, inspiciendo in c. porrò extra de priuileg. & in d. c. 1. vbi hoc not. Bal. de duobus fratribus: & vtrunque tex. expendit, ad hoc Tiraq. vir doctissimus in l. si vnquam in ver. libertis nu. 8. & seq. qui alios cumulat. C. de reuoc. donat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus feudalis dicitur datio ob causam, quando donatoris non interest contrahi.*



1 DICITVR secundo contractus iste donatio, seu datio ob causam, vt docet Andr. in c. 1. qui succ. ten. lo secundo post nu. 5. ibi in donatione simplici, cuius dictum procedit, etiam si concessio facta sit secundum naturam feudi recti, & sine aliqua expressione seruitij determinati. Nam dicendo in feudum, censetur dominus obligare vasallum ad illa sex, quę cõtinentur in c. 1. de noua forma fidelit. & vasallus, seu feudatarius recipiendo rem in feudum, se obligauit virtualiter ad illa sex, quæ insunt de natura actus. Et hæc conclusio procedit, etiã si dominus dicat dare in feudum franchum, nam tunc solũ seruitium personale, vel bursale remittitur; fidelitas autem non remittitur, sicut dicitur in conditione, quæ inest actui. Nam dicendo in feudum, dicit fidelitatem in omnibus præterquàm in exceptuatis, secundum Andr. in c. 1 in fine, in finalibus verbis, per quos fiat inuest. & in §. Sed nec est alia iustior, quæ fit prima causa benef. amict. post nu. 35. ibi, tunc in omnibus erit, & habebit naturam feudi, præterquàm in expressis: Quod procedit, etiam si fidelitas remissa sit, nam tunc censetur remissus actus iurandi, & non fidelitas, vt docet idem Andr. in c. 1. post num. 2. de Capit. Corradi: & in alijs dicit ipse obtinet feudi naturam, ex quo in feudum datum est; Docet Oldr. consi. 159. quem sequitur Dec. in l. 2. nu. 55. de reg. iur. Ex hoc ergo poterit dici datio ob causam, siue causa expressa sit, siue virtualiter insit ex natura actus: Et intelligatis vos de causa finali, nõ autem de causa impulsiua, quæ non attenditur. Et quia vidi aliquos doctos viros falli super cognitione istius causæ finalis, volui inserere quęstionem, quam habui in facto in S.C. pro domino Comite Calatiæ. Donauerat olim dominus Ferdinandus de Rossis domino Comiti fratri primogenito quædam bona contemplatione matrimonij contrahendi per dictum Comitem cum domina quidam expresso nomine, tunc nominata in Capitulis matrimonialibus, & in donatione. Et vt sæpè euenire solet, illud matrimonium non habuit effectum, sed dominus Comes contraxit cum alia Ill. Domina, cum qua nunc viuit, & ex qua suscepit liberos. Venit

tandem

tandem Dominus Ferdinandus,& obtinuit reuocari dictam donationem,& forsan ex capite causæ non sequutæ.

SVMMARIVM.

1 *Causa matrimonij dicitur impulsiua,& non finalis, quando donator non expressit se alias non donaturum.*

1 DICEBAM ego pro Domino Comite, q causa matrimonij, etiā cum certa persona, dicitur impulsiua, & non finalis, quando donatoris non interest contrahi cū illa: aut quādo donator non expressit se aliàs non donaturum, per cons. 5. Oldr. & per Alex.consi.14.vol.1.& per cons.Decij 238.in fine, vbi vult, q quando causa respicit fauorem legatarij,seu donatarij, non dicitur finalis, sed impulsiua. Et licet duo ex modernioribus,scilicet Dominus Natta consilio. 609. lib.3.& Dominus Rolandus à Valle, cons.44. vol.4.cōsuluerint in hoc casu,& scripserint duo cōsilia contraria,alter,scilicet pro opinione mea, & alter pro altera opinione, nullus eorum, iudicio meo,tangit veritatem articuli,& vt video pauci ex modernioribus fundant eorum dicta in veris conclusionibus, & in viuis rationibus; Nā nullus istorum allegat tex. decidentem quæstionē pro Domino Comite, pro quo est tex.notab.in l.2.C.de donat.ante nupt. iuncta glo.in ver. vxorem quæ lex de certa persona loquitur, & glo. illa ibi supplet,& dicit ista verba in prin. hoc expresso,& ratio est, quia donatio facta fratri, censetur facta contemplatione fratris, non autem certæ mulieris,& ideò ad omne matrimoniū trahi debet arg.l.placet.ff.de liber. & posth. iuncta l.si donaturus,ff.de condict. ob causam,& sic gl.vult,quòd qui donat, si non exprimit se alias non donaturū, etiam si causa inferatur,illa dicitur impulsiua, & non finalis. Et per alia iura hoc firmauit Angel. cons.124. quibus addi debet,l.cum seruo iuncta gl.ff.de contrah. empt. Dicebam amplius, q in tantū vera est ista conclusio, vt semper præsumatur causa impulsiua,q ei qui dicit causam esse finalem, incumbit onus probandi causam fuisse finalem,secundum Ioannem Andr. tit. de feudis.§.fin. in speculo super verbo instrumentum, quam sequūtur Castr. in l.fi.ff.de cond. cau.data, & Soc.cōs.83. vol.3.& est decisio notab.Quæ omnia, cum allegassem coram illo iuris prudentia, clarissimo,& sensato viro domino Antonio Orificio, tunc Præsidēte.S.R.C.dignissimo, facetè respondit mihi, q solitus erat dicere Dominus Martialis olim Consiliarius. S.C. Hyspanus vir doctissimus, *(che Testi,e Glose diceno ogni cosa.)* Hæc sunt quæ potui colligere ex his quæ sparsim notāt Doct.Et volui annotare, vt aduertant iuuenes,ne recedant à Doctoribus antiquis,qui non discedunt à veris terminis.Et hæc, quò ad membrum donationis ob causam. Et q semper, vt dixi,in dubio præsumatur causa impulsiua,probatur in l. 2.in fi.iuncta gl. ff. de donat,probat And.in §. callidis de prohib.per Feder.& not.Bar.& Doct. omnes in d.l.2.de don. post glo. quicquid scribat Fely. in cap. solitē de maior. & obed.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contractus iste feudalis potest comparari emptioni, & venditioni.*

2 *Aperiri, verbũ hoc quid importet.*

3 *Delinquere, comictendo, & delinquere omictendo, an inter se differunt, & in quo.*

4 *Factum est in potestate dicentis, sed ius indè resultans, legis potestati reseruatur.*

5 *De fellonia, aut infidelitate non statur assertioni Principis.*

6 *Seruitium, seu fidelitas feudi, succedit loco pretij.*



OMPARARI, etiam potest cõtractus iste feudalis emptioni, & venditioni, quia quando feudũ non emitur, potest dici emptũ, aut per mutatum, quia vice permutati dominij, tenetur feudatarius ad fidelitatem, quæ est potißima causa reuocandi, & ex cuius defectu fit reuocatio, & resolutio ipso iure, vnde statim illud dominium vtile reuertitur ad proprietariũ, vnde exiuit, & consolidatur, ac reunitur suæ primæ causæ, & formæ, hoc not. And. in c. sancimus lo secundo nu. 10. & seq. vbi vult ex mente Innoc. & Hostien. quòd tunc dominium istud vtile reconsolidatur directo. Et hoc importat illud verbũ aperiri. Et amplius dicit, quòd hoc dominium vtile est, sicut chimera, quod faciliter directo reconsolidatur, & vult, quòd hoc ius feudatarij est simile iuri, quod habet emphyteuticarius. Sed in c. 1. §. ex quo nõ seruit, elegan ter loquitur, dum facit differentiam inter culpam, & culpam, nam dicit ipse quando feudum perditur ex culpa infidelitatis, & fellonię, ammictitur ipso iure, & dicitur potius nõ ammicti, quàm quæri. Et ideò magis dicitur accrescere rei, idest directo domino, alleg. l. commissa. ff. de publica. Sed quando perditur feudum ex alia culpa, tunc requiritur sentẽtia, culpa probata, vt in §. sed nec est alia iustior quæ sit prima cau. benef. amict. vbi tractatur de seruitio non præstito,
3 nam differt delinquere, commictẽdo, aut omictendo, vt not. idem Andr. in §. Similiter, si dominũ in fi. quib. mod. feud. amict. & probatur in cap. Bona damnatorum. Sed in alienatione not. idem Andr. in c. si quis miles, de feudo sine culpa non amict. Sed quando impoßibilitas excuset, & an contra tertium detur condictio, vel rei vendicatio, alibi tractabimus. Sed pro nunc sciatis, quòd etiam obligatio condici potest, vt not. Andr. in §. insuper si filius, post num. 58. de proh. feud. alien. per Feder. ibi nõ, nè condicere possem obligationẽ ex promißione, quia feudum spopondi cũ promisi dare, vt sis gratus, & est ingratus, & causa reducta ad non causam, imò non est sequuta, quia in cõtrarium fecisti, hæc sunt verba sua. Aliam rationem addit Andr. in d. §. sed nec est alia iustior post nume. 38. versus fin. vbi dicit ista verba, Quia fidelitas inest feudo, non seruitium, nisi imponatur, & fidelitas importat illa sex, quæ dicuntur in c. 1. de forma fidelit. Et propterea in alleg. ca. sancimus lo secundo dicit, quòd sentẽtia requiritur propter fructus medij temporis: Nam ex infidelitate statim lex causat, & producit effectum suũ, resol-

resoluendo feudum, & idem tenet in const. contingit interdum: & ideò sufficit dicere factum, vndè resultat efficacia iuris. Nàm factum est in potesta
4 te dicentis, sed ius inde resultans, legis potestati reseruatur l. cùm ordinem ff. ad municip. Sed hic aduertatis, quòd de fellonia aut de infidelitate non sta-
5 tur assertioni Principis, secundum eundem Andr. in d.c. sancimus nu. 3. in fin. quem sequitur Luc. de Penn. in c. cognouimus de mancip. & colen. lib. 11. Et hoc seruitium, seu ista fidelitas suc-
6 cedit loco pretij, vt dicatur quoddam genus permutationis argu. l. Imperator in fin. cum l. sequenti ff de leg. 2. quam ad hoc allegat idem Andr. in d. §. sed nec est alia iustior in prima additione post princ. quæ sit prima causa benef. amict. Et hoc sufficit ad demonstrandum quòd contractus iste feudalis simpliciter consideratus respectu fidelitatis, & seruitij, potest dici contractus emptionis, & permutationis. Reliqua ad materiam explicauimus in c. 1. si vassallus feudo priuetur, & cito videbitis Deo fauente.

SVMMARIVM.

1 *Feudum regulariter ob amorem datur, & ideò dicitur beneficium.*
2 *Feudũ emptitium, an sit ex propria natura feudi.*
3 *Voluntas sola eius, qui feudum constituere potest feudum facit.*
4 *Feudi sedes, & substantia, est ipsa fidelitas.*
5 *Augmentum, seu additamentum sequitur naturam eius, cui additur.*
6 *Quantitas superaddita, vel diminuta, non tangit substantiam actus.*
7 *Contrahentes perfecto contractu, & re tradita, cur agant postea de læsione: & obtineant vigore legis secundæ C. de rescind. vend.*
8 *In contractu iustum pretium semper interuenisse præsumitur.*



SED quando feudum emitur, tunc sinè dubio dicetur feudum emptum propter pretiũ, quod dicitur, & nominatur per DD. forma materialis illius contractus emptionis, & vẽditionis. Feudum.n. emi potest ẽt ab ipso domino, secundum eundem And. in c. 1. de feudo Guar post nu. 2. & antè nu. 4. & in c. 1. de benef. fratris in fine, & in c. 1. nu. 2. quemadmodum feudum ad filiam pertin. at, & in c. 1. de feudo dato inuicem l. commissoriæ, & vtrobiq. etiam subdit, quòd regulariter ob amorem datur, & ideò dicitur beneficium, hoc idẽ no. in c. 1. de feu. non hab. prop. na. feudi ibi alias pôt pecunia emi feudũ, & hoc idẽ notauit in c. 1. post nu. 2. de na. feu. vbi æquiperat feuda militijs, quæ venduntur, hoc idem firmãt omnes Doct. feudistæ in locis prædictis & alibi passim, licet gloss. Paris. in §. 30.
2 post nu. 100. dixerit, quòd feudum emptitium non sit secundum propriã naturam feudi, ex eo, quod non est gratuitum, tamen dicit ipse, est verũ feudum, ex quo ità actum est, vult dicere gl. Paris. quòd conuentio, & volũtas donatoris constituit feudũ, non obstante, quòd pretiũ interuenerit, in quo nõ discordat ab opinione aliorũ, nã sola volũ
3 tas eius, qui feudũ constituere pôt, & erigere, facit feudũ, & sufficit, ꝙ acceptor, in feudũ recipiat. Cui feudi sedes,

& substantia est ipsa fidelitas, & quocunque modo quæratur dicitur per gratiam accipi, quæ proponderat pretio vt alibi diximus. Sed hic occurrit notab. quæst. de qua sæpè dubitari vidi inter peritos Regni, & de qua pridiè cōsultus fui à quibusdam Doctoribus Ciuitatis Litij. Vendiderat quidam Baro illius Ciuitatis quodam Castrū pro certo pretio, & miserunt contrahentes nuntium pro habendo assensu ab Illustrissimo Prorege; Interim quidā nobilis fortè odiosus emptori obtulit maius pretium illi venditori, vnde factū est, vt ille emptor contentus remansit augere pretium, superuenit assensus, in quo fit mentio de primo pretio, propter quod ille licitator odiosus adhuc obtulit aliud, & maius pretium, & fecit, vt venditor reuocaret venditionem vigore const. Regni, Et dicebat, ꝙ ex hoc cōtrahentes discesserunt à primo contractu, quando conuenerunt de nouo pretio, & proindè assensus, qui superuenit non habet, vbi figat pedes, q̃a noua voluntas de augendo pretio, causauit nouū cōtractū, & ista secunda voluntas, quā nouū cōtractū appellabāt, non habet assensum, & sic potuit venditor reuocare, & de nouo liberè contrahere eum alio. Ego respondi contrarium per reg. l. etiam. C. de iur dot, quæ vult, ꝙ augmentum seu additamentum sequitur naturam eius, cui additur: cui soror, & socia est lex inter socerum. §. cùm inter, ff. de pact. dotal. quas leges ad hoc expendit Andr, passim, & Angel, in authen. de æqualit. dot. §. 1. in ver. aliud quoque num, 1. dicit, quòd priuilegium datum principali, porrigitur ad eius augmentum, & ideò si Imperator per priuilegium concedit mihi Castrum cum territorio, & cum mero, & mixto Imperio, si posteà auget mihi territorium, præsupposito, quòd in augmento nihil dicat de Imperio: Ista secunda concessio ad imperium extenditur, & est decis. notabilis, Et licet glo, Paris. in §. 13. glos. 8. post princip. dicat, quòd pretium adauctum, seu augmentatum non sit verum pretium, nihil boni allegat; sed sua opinione mouetur, tamen vt non deficiat authoritas, videbit dominum Tiraquell. quem postea adinueni in lib. de retract. consanguin. §. 1. glo. 18. nume. 50. & sequen. vbi inter cæteros alleg. Oldrad. consil. 240. & tex. in l. si proprietati. ff. de iur. dot. & alia notabilia adducit. Quibus vos addatis Ruyn. consil. 134. in fin. volum. 1. & Ias. consil, 146. volum. 2. qui alios cumulat. Et ante istos, hoc docuit Andr. in cap. 1, de contr. inuesti, ante nume. 15. ibi item nota, quod augmentū est eiusdem conditionis, & naturæ, cuius est id, cui accedit. Pretium ad substantiandum contractum, sufficit ab initio fuisse conuentum, iuxta terminos. §. pretium inst. de empt. & vend. & licet postea minuatur, aut crescat ex voluntate contrahentium, ex hoc non causatur destructio prioris cōtractus,

6 quia quantitas superaddita, vel diminuta non tangit substantiam actus, videmus hoc, ꝙ contrahentes perfecto

7 contractu, & re tradita agūt posteà de læsione, & obtinent uigore, l. 2. C. de rescin. uend. & illud pretium, quod suppletur ministerio legis, non facit censeri nouum contractum, Immo magis illum confirmat, & quod facit lex, faciunt & contrahentes in non prohibitis, quia potestas legis, & con-

contrahentium æquiparantur. Facit ēt alia ratio, quia hoc augmentum pretij potest procedere voluntariè ex conuē tione;& potest etiam procedere ex necessitate, mandante Iudice, & sufficit ab initio cōtractum habuisse formam suam in pretio, & fingamus non fuisse expressum Principi de certo pretio in impetratione assensus, sed quòd fuisset facta mentio, quòd erat venditum Castrum sub certo pretio, certè poterant partes declarare pretium ex pacto facto. Nam præsumitur semper iustum pretium interuenisse, secūdum Bald.in l.1.C.de reb.alien.non alienan. quem refert & sequitur Rom. consil. 91.post num.7.& docet Bar.in l.si duo patroni.§ Marcellus.nu.3.ff.de iureiur. Sed pro decisione videbitis omninò tex. determinātem articulum.in l. hæc venditio in fi.ff.de contrah.emp. Nam differunt ista, quòd actus ab initio sit conditionalis, vel quòd sit purus, sed re soluendus sub conditione, & similiter differunt actum esse incertum, vel con ditionalem, vnde Docto. Ciuilistæ sumunt theor. de condit. suspensiua, vel resolutiua. Videatis per vos quotas; Nam mihi semper placuit certare per rationes, quæ semper ducunt ad veritatem, & ad veritatem, & ad victoriā.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius, & feudatarius cōparantur.*

2 *Feudatarius, & emphyteuticarius habent vtile dominium.*

3 *Feudum ad diem, & ad tempus dari potest.*


FACI[illegible] : Bar & Doct in l.centesimis in fin. vbi glo. in verbo cū volueris.ff. de verb. oblig. Et quod not. idem Bart. in l.si quis arbitratu eod.tit.de verbor.oblig. Cuius conclusionem sequuntur Bald.& Salyc.in l.fin.C de contrah.empt.& in l.in emētis eo.tit. vbi volunt, quòd si vendo fundum pro centum, pacto apposito, ꝙ si apparuerit fundum esse emphyteuticum, tunc fiat diminutio pretij arbitrio Titij, volūt, quòd Titio mortuo recurritur ad Iudicem, & nihilominus eadē vēditio iudicabitur, quamuis pretium diminuatur, & est decisio notabilis, & quotidiana, quam vos etiam menti teneatis, quia solet frequenter contingere. Potest etiam contractus iste comparari vsufructui, nam quo ad quædam
1 vsufructuarius, & feudatarius comparantur, vt per Andr. de cont. inuest. nu. 13. in fin. Equiperatur etiam emphy-
2 teu. Nam tam feudatarius, quàm emphyt. habent vtile dominium. l.1. in fi. cum l.seq.ff.si ager vectigalis, & c.1.de inuest.de re alie.fact. Potest etiam cōparari locationi simplici. Nam feudū
3 ad diem, & ad tempus dari potest c. 1. de feud.guard. Andr. de succ.feud. post num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Proprietas feudi oportet penes dominum esse.*

2 *Proprietas feudi à transferri possit in acceptantem.*

3 *Pactum factum contrà naturam feudi, vt transeat proprietas in feudatarium, an faciat, vt cōtractus transeat in aliam speciem, & dicatur contractus nominatus.*

4 *Inter donare causa mortis, & inter viuos est affinitas quædam contractuum, & proinde facilis est transitus de vno ad alterum.*



CCVRRIT modo aliud verbum substantiale feudi videlicet, proprietatis retẽtio: Quæ diffinitio in tantum vera est, quòd Doct.
1 omnes conueniunt proprietatem feudi oportere penes dominum esse, & inter istos præcipuus est Dominus And. in §. huius autem generis in princip. ex quib. cau. feu. ammict. & in §. è contrario post princ. de inuestit. de reb. alien. fact. & in c. 1. si pro feudo, vassallus ab aliquo interpell. fuer. etiam post prin. vbi dicit ista verba: Quia proprietas feudi debet remanere apud Dominũ, & vtile transit in acceptorem. Hoc idẽ firmat idem Andr. in cap. Imperialem post num. 68. & firmauit Bald. in proœmio, de feud. & omnes feudistæ fatentur. Sed ex hoc causatur quæstio.
2 An proprietas feudi transferri possit in accipientem? hanc quæstio. mouit idem Bald. in l. si plures, C. de cond. insert. vbi nu. 6. & 7. firmat ex pacto posse concedi feudatario omne dominiũ, & tunc dicit ipse dicetur Franchum, quando est infeudata proprietas, & ꝙ tunc etiam ad Ecclesiam trãsibit. Hoc idem firmat Zasius sub rub. de feudo à recti feudi natura degenerante, conclusione 11. & Bal. sequuntur glo. Paris. & Curt. in tract. feud. in princ. quæstio. 7. num. 18. & seq. & Camer. fol. 30. Sed contra istos tenuit Paris. in suo trãcta. reintegr. cap. 10. incip. quid si Comes, vel Baro in fine, & in c. 125. quod incipit, & quia sæpè contingit, & vtrobique vult, quòd pactum factum con-
3 tra naturam feudi, vt transeat proprietas in feudatarium, facit vt contractus transeat in aliam speciem, & dicatur contractus innominatus. Hæc ratio frigida est, nam si vera est opinio, vt proprietas debeat remanere penes dantẽ, & hoc est vnum de tribus substantialibus, vt fatetur ead. glo. Paris. in princip. sui operis num. 5. & idem Bald. confirmat in proœm. de feud. num. 19. & seq. Quomodo nunc contractus feudalis transibit in aliam speciem contractus illi contrariam, contra mentem contrahentium, & contra substãtiã actus, hoc in specie firmat Paul. de Cast. cons. 75. vol. 1. & sequi videtur Alex. cõs. 24. num. 11. vol. 5. nec obstat dispositio. l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mortis, quæ in contrarium allegari solet. Quia inter donare causa mortis, & inter viuos, est affinitas quædam contractuũ. Et proindè facilis est transitus de vno contractu ad alterum, vt optimè considerauit Oldr. cons. 114. Nam differt, tempus opponi verbo exequutiuo, & tunc tempus differt, seu suspendit exequutionem. Aut tempus apponitur ad inchoationem, seu ad natiuitatem donationis, & actus, & quando additur substantiæ facit conditionem, quando autem additur præstationi post actum simpliciter factum, & tunc facit diem, vt notatur, in l. si cui. ff. de leg. 1. per quã l. declaratur. d. l. vbi ita donatur, nam refert tempus mortis apponi verbis exequutiuis, vel dispositiuis, nam tunc non demonstratur mors tanquam causa finalis, sed adijcitur causa demonstrandi tempus exequutionis, hoc dixit Bald. in additione Speculatoris, quem refert Soc. cõs. 231. vol. 2. omnibus no.

com-

computatis, sed illam.l.declarat Paul. de Castr.cons.12 2 138.& 330. vol. 1. & cons.75.vol.2. Alexan.etiam declarat consi.14.vol.1.& cons.81.Aym.optimè cons.214.& Ruyn.cons.51.vol.1. Bald. optimè in l.ad exactionem. C. de dot. promiss.& Nigosan.in suo tract.de pign.4.par. principali nu. 31. qui optimè loquitur,& idem Bald.in l.si mortis.C. ad leg. Falcid. nu.3. & inferius dicetur de singularitatibus, quas habet contractus iste feudalis in quæst.vbi diffusius tractamus. Sed an tunc valeat in vim fideicommissi? Rom.cons. 171. Corn. consi.254.vol.3.& Aym.cons.139.ad fi.

SVMMARIVM.

1 *Qui fatetur feudum, fatetur simul rem esse feudalem.*

2 *Qui dicit factum, præsumitur sollemnitas intrinseca.*

3 *Vtile per inutile non vitiatur inseparabilibus.*

4 *Adiectio inutilis tantum vitiatur.*

5 *Vtile per inutile non vitiatur in contractibus, & si in eodem cōtractu sit positum pactū, aut adiectio vtilis.*

NON enim prohibebātur contrahētes vno, vel alio modo contrahere, quia libera erat eis facultas de rebus proprijs disponere, vel nunc trāsferendo dominium rei donatæ, vel differēdo exequutionem in tempus mortis, aut suspendēdo actum in liberam facultatem reuocandi. Non sic in feudis, in quibus lex ciuilis dedit pro forma substātiali, vt proprietas remaneat pœnes dātem: Et ideò qui fatetur feudum fatetur simul rem esse alterius. Et
1 regula est quòd qui dicit factum præsumitur sollemnitas intrinseca secun-
2 dum Andr.in §.donare, qualiter olim feudum poterat alienari post nume. 6. col.2.in fine,& ante eum hoc dixit Innoc.in c.super his de accus.propè finē. Vnde hoc dicere continet repugnantiam, vt simul sit contractus feudalis, & nominetur cōtractus innominatus. Et propterea rectius erit secundum aliquos dicere, vt hoc pactum vitietur,& cadat, ac si appositum non fuisset, ex reg.vitiatur conditio, & non actus, & remaneat substantia contractus feudalis, quē principaliter partes facere voluerunt. Nam quādo lex resistit actui, cadit omne illud in contrarium factū per reg.l.nō dubium,C.de leg. vbi Doctores,& Bal.& idem Bal.clarius in l.si absentis ad finem.C.si cer.pet. Et pro hac opinione accedit altera regula, q̄ vult, vt in separabilibus vtile per inuti
3 le non vitietur, de qua per Andr. in §. profectò in fi.de leg.Corr.vbi vult, q̄
4 inutilis tantum adiectio vitiatur.Sed illam regulam melius,& plenius declarauit Cyn.in l.sancimus.C.de don. quē
5 sequitur Soc.cons.37.vol.1. Nam in cōtractibus regulare est, vt vtile per inutile non vitietur, etiam si in eodem cōtractu sit positum pactū, aut adiectio inutilis, quando res est diuidua, vt alibi diximus. Et firmat Tiraq. in lib. de retract.conuentionali nu.143. vbi alios alleg. Et in hanc sentētiam videtur inclinare. Dec.cons.193. non sic in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, quam licet aliqui velint valere quò ad præsentia, vt per Sali.in l.fin.C.de pact & Alex. in l. quæ dotis

sol.

sol.matr. tamen quicquid in alijs sit verior est opinio, vt in totum vitietur. vt per Ang.cons. 365. & Moderniores, in d.l. fin. diuersitatis rationem videbitis in meis recollectis, in ca. An Agnatus. Vbi tenui, quòd contractus sic gestus, in totū vitietur, & sit nullus, per Andr. in §. donare post nu.11. Quicquid scripserit prædicti, & Capic. in inuestit. ver. Feudorum domini, & alibi. Et ibi videbitis opiniones concordantes in cæteris contracti bus.

SVMMARIVM.

1 *Substantia quid,*

2 *Pacta, quæ non sunt contra bonos mores, vel leges valere debent.*



VNA sola difficultas remanet, vt tollatur omnis scrupulus, & est super intellectu.c.1. de feud. non hab. prop.feu.nat.ad quam dignoscēdam, est promictendum, quòd Napod. noster in consuetudine contra instrumentum in princ.ponit tres terminos in cōtractu, videlicet substātiam naturam, & formam, substantia dicit ipse, di-
1 citur consensus partium, seu cōtractus, quo contraxerunt; Item substantia dicitur contrahentis, & plus valet, quòd agitur, natura verò est, vt veniant aliqua puta in venditione euictio. Forma autem legalis, dicitur debita sollemnitas, Item cum res alienari prohibita alienatur in casu non permisso, dicitur alienari citra formam legis. Hæc sunt verba sua; Ex quibus facilè poteritis intelligere d.c.1.de feud. non hab. propriam feu.nat. In cuius intellectu Paris noster nimium se intoluit, nā primus concessionarius, qui recepit rem in feudum quandiù feudum tenebit, non poterit non agnoscere dominum, & concedentem in directum dominum rei, licet facultatē habeat illam distrahendi, & concedendi vt liberam. Nam si posteà alij ipse dabit ex facultate Regis, aut domini, tunc dominus dedisse videtur, & tunc pęnes vltimum acceptorem ex beneficio Principis, res erit libera, seu libellaria, prout ipse dare elegerit: Et sic stabunt ista simul, vt penes vnum res sit feudalis & penes alium sit allodialis, siuè libellaria; Quia hoc totum pendet à voluntate dantis. Sed nulla inuenitur repugnātia, seu contrarietas in illo tex. quia totum pendet à voluntate Regis, & mutatione personæ, mutatur conditio rei, ex præordinata voluntate dantis, qui potuit naturam immutare, etiam penes eundem acceptorem, & rem feudalem facere allodialem, & sic cōtractus iste non contradicit, neque in substantia, propter consensum Domini, neque in natura, neque in forma, & sic stabit illa regula, vt vitietur conditio inutilis, remanente contractu feudali vtili, & valido, nam apud nouum emptorem, seu acquisitorem desinit esse feudum, vt per eund. Napod. in consuetudine in bon. super ver. sed in bonis in fi. Vbi sic declarat. cap. prædictum. Sed ante Napod. illud cap. declarauit Andr. quem Napod. non alleg. in c.1. qualiter Vass. iurar. deb. fidelit. in addit. post nu. 4. vbi dicit ista verba, Dixit Rex, quòd possent dare in feudum, tunc perindè
2 ac si ipse Rex daret in feudum, ex quo eius voluntate fit, alleg. d. cap. 1. Nam pacta, quæ non sunt contra leges, vel bores

bonos mores valere debent, & per illud verbum, cui dederis, seu dare volueris, in omnibus habebit naturā feudi, & perdetur eisdem culpis, & causis, quibus perduntur alia feuda, secus si fuisset dictum, & cui in feudum dederis, hoc scripsit idem Andr. in c. feudū si de feud. defunct. militis, vbi sic etiā declarat d. cap. 1. de feud. nō hab. prop. feud. nat. & alibi etiam hoc idem dicit, & notauit per eadem verba, Et sic habetis habetis declaratum illud verbum cum proprietatis retentione, & habetis simul intellectum ad d. c. 1. de feud. non hab. propr. nati pro quo etiā videbitis Curt. sen. consi. 63. col penult. Curt. iun. in tract. feud part. 3. in fine, & par. 4. quæst. & Socc. consi. 152. volu. 2. & Iacob. in tract. feu. vers. ita etiā, quòd ipsi vassalli col. 3. & alibi.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quaternata dicuntur dupliciter.*

2 *Feudum quaternatum vndè originem sumpserit?*

3 *Baro, aut Comes si velit Castrum alij concedere, non potest absquè Regio assensu.*



SED quia audiui multos peritos Regni dubitare, an idem sit in feudis mixtis, quæ secundum quid appellauit Camer. in c. Imperialē versus fin. fol. 69. scilicet, vt in istis remaneat etiam proprietas penes dantem, & seruetur idem, quod seruatur in feudis quaternatis. Nam de feudis planis, & excadentijs, & tenasijs, plenè supra loquuti fuimus. Et pro cognitione istius
1 articuli, est sciēdum, quòd feuda quaternata dicuntur dupliciter, vt optimè discurrit Camer. videlicet simpliciter, & secundum quid, & Afflic. Dec. 281. aliqua cumulat. De feudis enim quaternatis fit mentio in multis locis videlicet in Const. post mortem, in Const. Honorem, & in Constit. Iustitiarij nomen, & normam, Et vt non ignoretur,
2 antiquitas, erat olim quidam liber Regis, qui dicebatur liber doni, in quo erant descriptæ omnes inuestituræ factæ per Regem, & ibi registrabantur, in cuius locum, habemus hodie in Regia Camera quinterniones, in quibus describuntur omnia feuda, quæ tenentur à Rege immediatè. Et ideò errauit dominus Loffredus, qui in c. 1. de contr. feu. apud pot term. dicit, quòd in locū illius libri antiqui successit hodiè liber cædularius. Nam hic liber cædularius, alter liber est, in quo non describuntur inuestituræ, sed census, & adohæ, quæ præstantur Regi per vasallos, & est notandum, quòd non hoc solum sufficit, secundum, vt feudum sit descriptum in quinternionibus Regiæ Cameræ, vt dicatur feudum quaternatū, nam vt dixi, feuda quaternata sunt duplicia, seu dupliciter consideranda videlicet quaternata simpliciter, & quaternata, secundum quid. Et de hoc feudo quaternato, secundum quid, loquitur præcisè d. Constit. post mortem. Illud ergò dicitur feudum quaternatum simpliciter, quod à Rege solo habetur immediatè, vt est prædictum, quaternatum verò secundum quid, est illud, quod habetur ab alio, quàm à Rege, vt puta à Barone, vel Comite, sed cū consensu Regis, & propter prædictum cō

sensum Regis, describit similiter in quinternionibus Regiæ Cameræ: Et poterit poni exemplum, vt si Baro, aut Comes habeat Castrum in sua Baronia, vel comitatu, omnia enim Castra dicuntur quaternata, quia de illis est particularis nota in quinternionibus Regis, & in Regia Camera. Si ergò Baro, aut Comes velit hoc Castrum alij concedere, hoc facere non potest sinè assensu Regis, & hoc est, quod dixit Capyc. in sua inuestit. in ver. feudum dāt in 6. limitatione scilicet, vt in concessione, & alienatioue istius feudi, seu Castri requiratur assensus vtriusque quod probauit And. in c. Imperialem nu. 9. vbi dicit ista verba; Verius putamus, vt consensus vtriusqne sit necessarius, quia ad vtrunque pertinet. Baro enim si consentit, videtur dare, & dare non posset sinè assensu Regis, à quo tenet, interest enim, & tāgit vtrunque, & alia subijcit notabilia. Et hæc sunt illa feuda quaternara secundum quid, de quibus scinditur sermo inter Doctor. nostros. Nam aliqui voluerunt, vt collatio sola pertineat ad Regem, & deuolutio similiter fiat Regi, alij dixerunt, quòd Rex assentiendo, videtur etiam subiecisse, secundum feudatarium Baroni, aut Comiti: De qua subiectione, an posit hoc facere Princeps, aliqua notauit Capic. decis. 162. Tamen verior opinio est, quam refert dominus Camer. vt electio, quæ fit à Rege, fiat de persona presentata per Baronem, Et quòd Baroni aperiatur feudum, pro ut aperiuntur alia feuda plana, & excadentiæ, de quibus supra loquuti sum[9]. Ista autem sollemnitas de non concedendo ista quaternata secundum quid seruatur propter magnitudinem rei, & propter suspitionem, quām habet Rex de Castris, & fortellitijs suis, nè veniant in posse infidelium: Et sic habetis expeditum articulum istum de feudo quaternato secundum quid, & habetis pariter intellectum ad constitutionē post mortem, scilicet, vt Baroni deuoluatur feudum, & aperiatur, & vt ipsi etiam competat collatio, seu præsentatio, licèt Regis sit electio de persona præsentanda, & hoc per Capitula Honorij Papæ, quæ licet non in omnibus sint recepta, in hoc tamen casu seruantur. Et quæ superius dicta sunt, pro maiori parte sumpta sunt ex verbis Andr. in c. 1. de contr. feu. apud par. term. nu. 9. & sequ. Sed const. ipsa post mortem melius declarauit idem And in c. 1. in 2. addit. in fin. de cap. Corr. vbi dicit ista verba, hodie per Capitula Honorij, etiam quaternatum per §. si contingat, qui corrigit const. post mortem, & in hoc dominus Camer. optimè locutus est versus fin. suæ reper. in c. Imperialem, & idem Andr. in §. similiter in 2. addit. de capitulis Corr. nu. 20. & seq. vbi loquitur de Baronia, & Castro, quod sub Barone tenetur. Et itā debet intelligi Lucas de Pen. de omni agro deserto l. quicunque, quæ est l 7. illius tituli.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius plus iuris habet, quàm vsufructuarius.*



SEQVITVR modò vltima pars diffinitionis ibi cum vtilis dominij translatione. Hoc dictum est ad differentiam vsufructuarij,

tij, nam feudatarius habet plus iuris, quàm vsufructuarius, quia ad hæredē transmittit hoc suum vtile dominium, vsusfructus autem morte finitur, hoc no. And. in §. de Manso antè nu. 14. de contr. inuest. sed quòd transferatur vtile dominium in feudatarium, dicitur cum And. in §. hoc quoq. sciendum in tex. vestro, & probatur hoc assumptū in c. 1. iuncta gl. in ver. vtiliter de contr. inter vas. & aliū de benef. Sed pro nūc videatis eundē And. in c. si vassallus de feudo, si de feudo defuncti militis, nā Andr. aliquando comparauit feudatarium emphiteuticario, & aliquādo vsufructuario, & de his omnibus tractabimus in locis suis, & post And. in §. illud quoq. præcipimus post nu. 67. c. Imperialē, vbi dicit ista verba, quia directū dominium est Regis, vtile est Baronū. Et in §. huius autē generis ex quib. cau. feu. amitta. vbi est materia sua.

SVMMARIVM.

1 *Vtile dominium, quod trāsfertur, seruitium dicitur annexum rei.*

1 AD vnum tamē aduertatis, ꝙ propter hoc vtile dominiū, quod trāsfertur in feudatarium; seruitiū dicitur annenum rei, & ex hoc dicūt feudistæ feudum ipsum posse conueniri docet And. in §. firmiter de proh. alie. per Fed. nu. 33. & alibi sæpè, quod intelligatis de seruitio conuento extrinsecus præstando, vt in §. firmiter, & in §. sed nec ē alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amittēdi & in c. 1. §. similiter de Capit. Corr. quia fidelitas cōsideratur dupliciter. s. in ipsa fidelitate abstracta à seruitio, ꝙ semper inest in omni feudo, & ī prestatione seruitij cōuenti, de quo per And. in §. sed nec ē alia iustior quæ sit 1. cau. benef. amitt. Quod nos latius prosequimur in d. §. huius autem generis.

SVMMARIVM.

1 *Vtilis dominus, an habeat ius prælationis?*

2 *Non conuenit, vt pars infirmior trahat validiorem.*

3 *Vtile dominium est dependens, temporale, & finiturum.*

4 *Vtile facilius consolidatur directo, quàm directum veniat ad vtile.*

SED ex hoc dubitari sæpè vidi apud peritos Doct. an hoc vtile dominiū habeat ius prælationis, si contingat dominū vendere proprietatē, nam in casu cōuerso, nullus dubitauit, quin dominus preferatur iux. terminos l. fi. C. de iur. emph. Sed in casu ꝑposito, an vtilis dominus habeat
1 ius plationis, moderniores aliqua scripserunt in addit. ad Napod. nostrū. Sed non viderunt fontē, vndè hauriūtur veræ conclusiones, & est dominus Andr. noster in §. nec dominus in c. Imperialē de proh. feu. alie. per Fede. nu. 46. vbi dicit ista verba, nàm emphiteuta non vendit emponemata sine domini consensu C. de iur. emphit. l. fi. de domino, ꝙ non vendat ius, quod habet. nō inueni. Imò dicitur contrariū regulariter d. l. dudū, & ratio est, quia nō in omnib⁹ iudicantur ad paria, dominus, & vassallus, vt no. idē And. i §. ex ead. l. del. Corr. in prin. Et ad hoc non aduertit domin⁹ Pisanell⁹ Doctor singularis, & aduocatus

4 *Rex assentiendo, non dicitur propriè dare.*
5 *Assensus in personam succedētis efficit feudum nouum, licet nulla sit mutata clausula inuestit. & quomodo, & quando hoc procedat.*
6 *Dominium in feudalibus non transit, absq; confirmatione.*
7 *Regis interest, vt ad se veniat successor pro habenda confirmatione.*

ET quia diximus suprà, quod in alienatione feudi mixti, seu secundum quid requiritur, assensus vtriusq;. scilicet feudatarij, & Regis, vt docet Andr. in c. Impetialem nume. 9. pulchrum erit inuestigare quid faciat as-
1 sensus Regis in hac alienatione, & videre simul, an iste assensus Regis inducat titulum translatiuum dominij, ità quòd ipse Rex dare videat? per l. lege obuenire ff. de verbor. significat. quam l. alleg. passim Andr. vel dicatur confirmatio actus, siuè contractus, & proinde dicatur quidam consensus permissiuus, non autem dispositiuus, iuxtà cap. Titius si de feudo fuerit con trou. hunc passum tangit Andr. in c. Imperialem post numerū 10. & post nume. 11. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi dicit ista verba. quia consensus suus est date, & post numerū 11. dicit, videtur enim alienare, quodammodò consentiendo alienanti, sed in cap. 1. qui succ. ten. nume. 8. dicit, quòd consensus domini est confirma-
2 tio contractus, vnde consentiens, &
3 confirmans videtur donare, Bal. autem in c. si facta si de feud. defunct. milit. dixit, quòd Rex per assensum dare dicitur, seruata tamen forma l. singularia ff. si certum pet. & idem Bald. in c. sanè de renunciat. dicit, quòd non dicitur dare, sed tantum tollit impedimentum prohibitionis, assentiendo, & per hoc prorogare videtur potestatem Baronis, sed meliùs hoc dixit in l. 4. C. de seruit. pign. dat. manumiss. Alij autem Doctor. feudi ista aliter dicunt, sed
4 veritas est, quòd Rex assentiendo, non dicitur dare vt firmat And. in cap. Imperialem, post. nu. 13. ibi quamuis consensus, domini vbi determinādo loquitur: est tamen verum, quòd ex hoc potest mutari naruta feudi, & hæc mutatio fit dupliciter vt alibi notauimus, scilicet concedendo, & assentiendo, iuxtà terminos l. si liqueat C. de inoff. donat nàm semper is, qui succesit in feudo, habet inuestituram à Rege, pro ut habere eam debet in persona sua. Illud feudum, quam vis sit antiquum, tamen nunc per hunc nouū assensum
5 in persona succedentis, efficitur Feudū nouum, licet nulla sit immutata clausula inuestituræ, & sic in persona istius successoris, qui tenetur confirmationē petere, dicetur quodāmodo feudū nouum, licet aliquando confirmatio referatur ad actum validum, & non ad substantiandum inualidum, vt per Innoc. & alios in cap. dudū de decim. & hic in casu nostro aduertatis, nam multi in hoc tenent contrarium, confundentes veros terminos, quia respectu rei, & naturæ ipsius feudI dicitur antiquum sine dubio, nec per hoc præiudicatur, alijs successoribus, & agnatis venientibus ad feudum, quia respectu illorū, dicitur feudum antiquum, sed respectu successoris, qui tenetur petere confirmationem, & releuium soluere, dicitur quodāmodo feudū nouū;

& ità sunt concordandæ opiniones Doct. & licet And. noster. in c. sancim⁹ lo primo, quo tempore miles post nu. 2. ver. quàm uis ergò non sit inuestitus, velit, quòd hæres vassalli petat suam, & non defuncti inuestituram, nã quod habuit defunctus, habebit hæres, & effundit multa verba vtilia contra opinionem antiquorum, qui fecerat quod dam consilium seu responsum, vt ipsę dicit, nihil ? contrà opin. Andr. extat c. Regni incipit apud Foggiam, per quod disponitur, vt in feudalibus, dominium non transeat absque confirma
6 tione, seu ista noua inuestitura, nam in-
7 terest Regis, vt ad se veniat successor pro habenda confirmatione, & in hoc cap. fit mentio illius consilij, quod meminit Andr. qui licet dicat, quòd istud consilium, seu dispositio sit odiosa. & non seruanda, tamen sufficit, quòd facta sit ab eo, qui potestatem habet l. condendæ. Et per hanc dispositionem poterit dici feudum nouum in personam successotis, & forsan tempore Andr. erat datum consi. non lex ædita, & dominus Loffred⁹ gloriabatur in sua Parafrasi inuenisse illud cap. sit disponens sed quando feudum venditur, quia alienari non potest sine assensu Regis, tunc quia mutatur manus, & feudum transit ad extraneos, scilicet extrà illud genus personarum, de quibus Rex cogitauit ab initio, dum concessit, tunc sine dubio Rex assentiẽdo dat, quia, alias actus esset nullus, & assensus istæ similiter facit feudum nouum, etiam respectu successorum emptoris, quia frater non succedit fratri, licet hodie per nouam gratiam sit dispensatũ; vt in feudo nouo succedant Collaterales, reducendo ius succedendi ad formam constitutionum Regni, & ratio huius dicti est, quia semper assensus Regis gratia est, licet in aliquibus casibus consentire teneatur, vt optimè cõsiderat Camer in c. imperialem, vt nos diximus in cap. an agnatus vbi de fructibus, & oneribus feudi loquimur. Et cum Rex non ipsę contrahat. Sed contrahenres non impedire l. si potest in fin. ff. de man. vind. titulus dum haberi ab eo qui principaliter contrahit l. si fundum ff. de fundo dotali.

SVMMARIVM.

1 *Reuerterij laudes.*
2 *Assertio falsa, an vitiet contractum.*
3 *Dispensatio de sui natura, non dicitur esse præiudicialis, aut nocina parti.*
4 *Traditio dominij, & possessionis, an possit sub conditione fieri.*
5 *Antè confirmationem actus dicitur quis habere tenue ius.*



1 FACIT istæ discursus ad notab. quæst. diu vẽtilatam in S. C. inter dominum Regentem reuerterium Doctorem Hyspanum celeberrimum Regentem Regiam Cancellariam, & Dominum Fabritiũ Stendardum. Vendiderat dominus Fabritius dicto Domino Regentis Castrum Sancti Antami in tertitotio Ciuitatis
2 Auersæ, quod Castrum asseruerat esse transitorium ex priuilegio Principis ad masculos, & ad fœminas, & super hac venditione fuit impetratus assensus, demum perspectu contractu, & tra-

tradito Castro emptori, dominus Regens ex rimatione scripturarum, & priuilegiorum adinuenit, quòd Castrum prædictum non erat transitorium, nisi ad masculos tantum, & in eo fœminæ non succedebant, vndè mouit litem in S.Ç. petẽdo cõtractum declarari nullum, aut saltim rescindi ex capite dictæ assertionis, quæ induxit eum ad cõtrahendum, quia partis assecurationi credidit iuxta gl.l.quæsitum in ver.rectè in fin.ff.quando act.de pecul.anna. sit, sed quia venditor, pendente lite obtinuit gratiam à Rege, vt Castrum ipsum sit transitorium, etiam ad fœminas, fuit valdè dubitatum, an gratia prædicta potuerit obtineri pendente lite, pro parte domini Regentis interuenerunt coram eo in Collegio, quàmplurimi famosi DD. quorum quilibet pro subtilitate ingenij sui contenebat de doctrina coram illo peritissimo viro, qui fuerat versatus in omnibus officijs grauibus, & fuerat anteà locumtenent Regiæ Cameræ, & habebat simul multarum rerum experientiam: dicebant aliqui subtiles, & ingeniosi Doct. quòd gratia Regis, quæ superuenit, lite pendente, facit nouum feudum propter qualitatem illi additam, vt fœminæ succedant, arg.l.ius ciuile ff.de iust. & iur.probat Roma. consi.45.& Ang. cons.271.nu.2.vbi vult, quòd adiectio, vel detractio nouæ qualitatis, nouam rem constituit, & Doct.omnes hoc fatentur in d.l.ius ciuile. Et proinde gratia Regis, quæ superuenit post litẽ motam, quæ loco reuocationis est, indiget nouo consensu contrahẽtium, tanquã super feudo nouiter formato, qui contrahentes de alio feudo senserunt, & contraxerunt arg.c.super eo de appell.

probat Dec. consil.33. probat Paris. de re integ.feu.cap.289.fo.158. col.1. nam non licet post litem motam habere nouam commissionẽ causæ super alio articulo separato, vel separabili, præterea ista gratia vicem dispensationis ob-
3 tinet, & dispensatio de sui natura non debet esse præiudicialis, aut nociua parti ex regula c.licet de offic.deleg. Et licet confirmatio aliquando prosit obtempta etiam lite pendente, intelligitur quando ratificari potest, consentiẽtibus illis, quorum interest c. quod si-
5 cut de elect. docet Innoc. in c.bonæ memoriæ ante nu.10. de elect. & proindè, cum confirmatio, seu gratia non reperiat suum confirmabile, & non habeat consensum partium, in quo figat pedes debet esse sinè effectu, vt non trahatur in præiudicium tertij l. nec auus C.de emancip.liber.c. quàmuis de rescrip.in 6.cum vulg. insuper, quia gratia ista fuit facta venditori, erit respectu sui valida, & realis, sed respectu tertij, & aliorum, qui tanguntur, dicetur conditionalis, quatenus illi ratam habebunt, nã hoc videmus, quòd
4 etiam traditio dominij, & possessionis possunt sub conditione fieri l.qui absenti ff de acquir.poss. l. dotis fructum in fin. ff. de iur.dotis l. 2. §. si pecuniam ff.de dona. cum simil. & proindè dixit
5 Innoc. quòd antè confirmationẽ actus, dicitur quis habere tenue ius, hoc dixit in c. inter corporalia post nu. 1. de transl. prælat. Et in hanc partem inclinabat maior pars dominorum aduocatorum in illo Collegio.

SVMMARIVM.

1 *Res hypotecata pluribus creditoribus, si pro libera vendita sit, an emptor*

emptor possit discedere ab emptione, si venditor paratus fuisset liberare rem à creditoribus, aut cauere, si in diem, aut sub conditione aliquid deberet?

2 *Rex, an possit ad supplicationem partis habentis feudum pro se, & hæredibus masculis, habilitare etiam filiam ad successionem feudi.*

3 *Io. de Amicis laudes.*

4 *Priuilegium, an possit lite pendente impetrari à communi Domino.*


GO autem vnus de aduocatis dicti Domini Regẽtis motiuabam cõtra Dominum Regẽtem, & alios aduocatos collegas, quòd gratia Regis habebat in quo figeret pedes, etiã respectu noui emptoris, qui voluit habere Castrum transitorium ad masculos. & fœminas, quæ qualitas. seu natura feudi licet ab initio non fuisset insita per prædictam concesisonẽ seu erectionem, potuit tamen fieri, & obtineri, pendente lite, nam finge dicebã ego dicto Domino Regenti quòd res aliqua fuisset hypothecata pluribus creditoribus, & fuisset posteà vendita pro libera, non poterat emptor discedere ab emptione si venditor paratus fuisset liberare rem à creditoribus, aut cauere, si in diem, aut sub conditione aliquid deberetur, iuxta consi. Alexan 45. vol. 5. & per decis. tex. in l. si tibi liberam ff. de actio. empti. quæ est l. notab. non loquor modò de illo articulo, quando testator legat scienter rẽ alienam, aut rem propriam alteri obligatam. vbi discutitur, si teneatur hæres illã redimere, aut liberare, quia de hoc alibi tractabimus, postquàm est articulus prorsus separatus ab isto, in quo partes conuenerant in illa qualitate feudi, etiam quòd de nouo, aut per gratiam superuenerit, pars non poterit dici, neque læsa, neque per obreptionem inducta ad contrahendum, & sufficit, quòd potestas Regis, seu gratia, non contradicat voluntati contrahentium.

1 Allegaui ad hoc decis. Domini Afflic. nostri in §. hoc quoque post nu. 12. de succ. feu. ibi 6. Princeps, qui habet regalia, vbi vult, quòd Princeps potest ad supplicationem patris habentis feudũ

2 pro se, & hæredibus masculis; habilitare etiam filiam ad successionem feudi, & licet illa decisio fuisset visa Collegis meis, & Domino Regenti singularis, & pulchra, tamẽ, vt audiui ab illo peritissimo Domino Præsidẽte Orificio, causa fuit decisa contrà Dominũ Regentem per illud primum motiuũ deliberanda re, quia aduocati alterius partis non adduxerunt dictam decis. Affl. & hoc dixit mihi post litem sopitam, & postquàm partes acquieuerũt sententiæ, & secundùm ista, intelligatis scripta per Dominum Io. de Amicis

3 nostrum Doctorem acutissimum, & insignem in consi. 159. & alios illius opinionis, scilicet, vt assensus impetrari posit, lite pendente scilicet assensus declaratorius voluntatis contrahentium, aliàs obstaret regula in medio litis, nõ fieri sacras iussiones, vt in auth. in medio litis, quam regulam intelligatis, vt per Rom. consi. 330. pet Curt. iun. consi. 174. & consi. 175. & melius per Innocẽ. quem nullus istorum allegat in c. fin. vt lite pendente, vbi dicit ista verba. Nota qđ priuilegium non potest quis

4 impetrare, lite pendente à communi Domino. Item communis Dominus, etiam

etiam lite pendēte de iure suo aliquid dat,& est decisio notab. congruens ad casum prædictum, quia Rex habilitādo fœminas ad feudum, dedit de suo, hoc idem dixit Innoc.per alia verba in c.vt nostrum de appella. Sed hoc melius firmauit glo.in l.si rem in fin. in finalibus verbis ff. de pign. actio. quam extollit Andr. in const. iurisgentiū vbi leguntur in verbo sufficit quòd incipiat ea dominus, post litem contesta. quisquis probat Oldr.consil.299. vbi est videndum pro decisione,& Afflic.in c.1. qui succes. ten.quem posteà vidi dum actù legerem, & interprætarer in hoc AlmoGymnasio cap.1.de natura succ. feudi nu.35.

SVMMARIVM

1 *Feuda, & nomina feudorum noua sunt.*
2 *Feudorum origo peruenit ex veteri Romanorum consuetudine.*
3 *Feuda, & eorum contractus processerunt à fide cognita, vel separata.*
4 *Feudi sola sedes, est fidelitas.*
5 *Feudalis contractus de quo iure sit.*



1 FEVDA ergò, & nomina feudorum noua sunt secundùm And. in prælu. quæst.4. Sed illorum ori-
2 go, vt transeamus ad alia iuxtà proposita prouenit ex veteri Romanorum consuetudine, si credimus domino Tiraquello in l.si vnquam super ver.patronus per text.quem ipse allegat in l. fin.C.de testam.manumiss. erant enim subdit ipse, apud veteres Romanos patroni, in quorum fidem, tutelamq. ac clientelam se se conferebant prouinciales, socijque populi Romani, & Ciues quoque ipsi, qui ob id clientes dicebantur: & hinc feudorum, quæ vocamus iura, sunt orta, ex quo, & vassalli, quos appellant alicubi, clientes dicuntur, in ipsis feudorum constitutionibus vt in c.1.in prin. & in §. indè potest de alienat. feud. & in c.1.de content.inter dominum, & fidelem, vndè etiam in nostris legibus clientes dicuntur respectu aduocatorum in l. properandum in fin.C. de iudicijs, hæc sunt verba sua, per quæ colligere poteritis, quomodo ad similitudinem Romanorum feuda fuerint nominata, & erecta, mihi autē placet opinio aliorum, qui dixerunt,
3 quòd feuda,& illorum cōtractus processerunt à fide cognita, vel sperata, nā cùm ex munificentia, & dono Principis nascantur, illis ab initio dabantur, quorum fides cognita erat, aut sperata. Et propterea ab initio, præcario cōcedebātur posteà ad vitam recipientis instar beneficij sacrati, vt videbimus in text. Et illa nomina patronorum, & clientis fuerunt posita ad cognitionē, seu ad demonstrationem, & propter-
4 eà sedes sola feudi est fidelitas, & hoc videtur tenere glo.Paris. glo.7. nu.3. & ideò contractus feudalis. Vt vltrà etiā
5 procedamus, dicitur de iure ciuili, vt Andr.tangit in prælud.quæst.5.sed clarius hoc firmauit Io.Fab.in § ius autem gentium inst.de iur.natural.gent. & ciuil. propè fin. vbi dicit ista verba, vult dicere, quòd contractus dicuntur de iure gent. quos olim homines negotiando, inierunt absque constitutione iuris, sed ex necessitate mercandi. Sed contractus qui per legis latores fuerunt cōpositi, certam formam acceperunt, & inter

inter cæteros describit contractũ emphiteoticum, donationem propter nuptias, colonarium, & feudalem, & fortè dicit ipsæ pactum legis commissoriæ, & si qui similes sunt de iure ciuili; quasi autem contractus videtur esse de iure ciuili, & prætorio, & hoc quidem habet rationem, vt denominatio fiat à forma, tanquàm à digniori, secundum Bal. §. si quis ff. ad exhibend. per l. si conuenerit ff. de pignorat. act. & idẽ Bal. in c. fin. de consuet. dicit, quòd forma cuilibet rei nomen imponit, & ipsa est, quæ dat perfectionem esse, allegat l. iurisgentium in princ. ff. de pact. & ideò tàm per adinuentionem, quàm p formam, & approbationem dicitur de iure ciuili, & ista supplebitis ad declarationem Andr.

SVMMARIVM.

1 *Secundogeniti an possint petere partem prætij de feudo donato patri sub l. francorum, & primogenitura in remunerationem præteritorũ seruitiorum.*

2 *Pater emendo sub l. 1 geniture, an videatur donasse primogenito, seu qui primogeniti loco habetur.*

3 *Feudi corpus propter indiuiduitatẽ non potest conferri, neque in partes scindi.*


X his causari potest, & aliquãdo, dubitari vidi an secundogeniti possint petere partem prætij de feudo donato patri sub l. franchorum, & primægenituræ in remunerationem præteritorum seruitiorum, & fidei, quasi, quòd videatur Rex, aut dominus concedens, tanti extimasse iuxtà gl. notab. in §. 2. in ver. inutiliter circa medium, inst. de singulis rebus per fideicom. relictis, pro qua ẽ tex. in l. si pater §. si quis aliquem ff. de donat. Hæc quæstio pendet ab ea, quæ originaliter tãgitur per Andr. in c. Imperialem §. præterea ducatus in 2. addit. nu. 36. vbi Andr. loquitur de feudo empto per patrem, si prẽtium debeat conferri, & communicari cum fratribus secundogenitis, nã præ-
2 supponit Andr. quòd pater emẽdo sub lege primogenituræ, videatur donasse illi primogenito, seu qui primogeniti locum tenebit tempore mortis ipsius patris, & inde infert Andr. quòd cum donata per patrem vni ex filijs ? debeant communicari, & conferri, quia corpus feudi propter indiuiduitatem non potest conferri, neque partes scindi, dicit ipse, quòd pretium qnantum constitit, idest pro quo emptum fuit, debet communicari, & sic fratres secundogeniti participabunt de prætio soluto, & exbursato per partẽ, & licèt inter regnicolas fuerit aliquando cõtrouersum, an feudum debeat conferri iuxtà valorem, & pro quanto appretiabitur tempore mortis patris, an verò debeat haberi ratio pretij soluti tantũ, nihilominus Sacrũ Consiliũ sæpè iudicauit, & benè contrà opinionem Afflict. ibi, scilicet; vt communicetur, & conferatur prætium solutum per partem, quia illud tantum debet communicari, quod abest ab hæreditate, & ità est tenendum, quàmuis Affl. ibi conetur probare contrarium. Sed de hoc indiuiduo videatis per Bal. in l. si plures C. de cond. insertis.

SVMMARIVM,

1 *Incertitudo, quæ nascitur ex euentu conditionis, facit, vt actus non possit magis tribui vni, quàm alteri.*



ET ratio isti⁹ decisionis esse potest, quia pater dùm q̃ uiuit feudum non cogitauit de certo filio, exprímẽdo nomen filij, sed cogitauit in genere de filio primogenito. Et illa incertitudo, quæ nascitur, ex euentu conditionis, s. vt ignoretur quis reperiatur, primogenitus tẽpore mortis patris, facit, vt actus non possit magis tribui vni, quàm alteri, & hanc opinionẽ per alias rationes sequuntur moderniores ibi cõtra Affli. & benè dicunt, quia si feudũ nõ fuisset emptũ, pecunia illa fuisset reperta ĩ archa patris, & illa diuideretur.

SVMMARIVM,

1 *Donatio remuneratoria, non est propriè donatio, sed potius quædã permutatio, seu compensatio.*

2 *Lex fin. C. de reuoca. donatio. an habeat locum in donatione remuneratoria.*



EX hac igitur decisione poterit argui, vt Rex, aut dominus donando feudum in remunerationem, videatur soluisse illi feudatario pretium sui seruitij, & quòd per occultationem actus ex eo pretio feudatarius feudũ emerit argum. l. plerunque §. si antè ff. de iur. dot. & l. 3. §. sed si debitorem, ff. donat. inter vir, & vxor. facit ratio, 1 quia donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed potius quædam permutatio, seu compensatio l. sed etsi l. §. consuluit in fin. ibi velut genus quoddam permutationis ff. de petit. hæredit. probat lex Aquilius regulus ff. de donat. nàm in hac donatione re- 2 muneratoria non habet locum l. fina. C. de reuocatio. donatio. Nec alia iura communia loquentia de donatione simplici, & sic non reuocatur propter ingratitudinem donatarij, l. si pater, §. primo vincta, gloss. vbi omnes scribentes hoc tenent ff. de donat. probat Tiraquell. qui alios cumulat in l. si vnquàm in ver. donatione largitus nu. 21. & seq. ex quorum dictis, videretur dicendum, vt pretium feudi debeat cõferri, cùm Rex, aut Dominus tanti extimauerit, seruitia, arguendo de feudo empto ad feudum datum in remunerationem: videbitis tamen Lucã de Penna in l. 1. & 2. C. de Castr. omn. palu. pecul. & Capic. in inuestit. in princ. fol. 19. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ non sunt dandæ de immobilibus.*

2 *Filius secundogenitus, an possit petere tãtundẽ in hæreditate patris pro feudo acquisito per patrem, in quo primogenitus solus successit.*

3 *Secundogenitus nihil petit in feudo simpliciter patri de nato, quia nihil abscessit ab hæreditate patris.*

4 *Donatum patri, & primogenitis, pariter censetur donatum illi, qui primogenitus erit.*


Anc quęstionē de feudo dato patri ī remunerationē, reperio fuisse factā ab Inno. in c. nō est de decimis in fin. vbi dicit ista verba. Itē si aliquis pro mercede militię suæ, vel aduocationis, vel pro aliquo operę suo recipiat ex pacto, vel sinè pacto aliquod Castrū, vel villam, vel aliā possessionē inmobilē: nūquàm de ea tenetur dare decimam prędicta ratione. s. quia de inmobilibus non sunt dādę decimę & nihil aliud dicit, sed præsupponit Inno. quòd merces laboris, vel seruitiorum non attendatur, sed confundatur cum re recepta, & labor ille, seu merces non sit iudicandus, aut cōsiderāda merces extrinsecus ab ipsa re; Lucas autē noster in l. vnica de imponēd. lucra. descripr. lib. 10. col. 8. vers. nam si pater
2 scribit ista verba, nàm si pater acquirit feudum; in quo primogenitus solus succedit, non potest filius secundogenitus petere, aut tantundem pecuniæ, quantū valet feudum ex alia patris hęreditate percipiat, secus, si pater emit, quia tunc secuudogenitus tantundē habebit prçcipuū ex alia patris substātia, quantum ex re patris ipsius abscessit pro tali feudo empto per eum, allegat Andr. in d. §. prætereà Ducatus, hęc sūt verba sua, per quevos habetis resolutā quæstionē ꝙ in feudo donato sim-
3 pliciter patri, secundogenitus nihil petit, q̄a nihil abscessit ab hæreditate patris, & rō est, quia donatū patri, & primogenitis, cēsetur pariter donatū illi, qui primogenit⁹ erit tēpore mortis patris, qn̄ non fuit pariter contēplata pso na filij, vt dicemus post Andr. in c. 1. de alien. feu. pat. & diximus in c. 1. de succ. feu. nàm vtrobique tractatur iste articulus de persona contemplata, & Ciuilistæ scribunt in l. gallus §. quidā rectè, ff. de lib. & posth. & in l. sed si plures §. in arrogato. de vulg. & pupill. nam plerunq. huiusmodi, acquisitiones, referūtur ad causam l. seio amico fidelissimo ff. de ann. leg. firmat Napod. in consue. si aliquis moriens ver. obuenientibus, sed ante ipsum hoc clarius explicauit Oldr. consi. 226. nu. 8.

Habetis ēt aptius declaratā opinionē And. in d. §. prætereà Ducatus, vt secundogenitus nō possit petere, nisi partē pretij, & illud, quod abscessit ab hæreditate, seu bonis patris, non aūt valorē feudi, seu partem valoris, quantū valet feudum tempore mortis patris: sed in feudo donato in remunerationē, Lucas nihil scripsit, nec ibi tangit istum articulū, nec etiā illū examinat Tiraq in tract. primogenitorum q. 51. vbi cū cæteris concordat in feudo empto. & donato. Nā in hoc articulo oportet ingredi illam difficultatem. s. vtrū attēdi debeat. Tempus delatæ successionis. An tempus testamenti vel mortis, quia hoc discutitur, quando disputatur de proximitate vt per Doctor. in l. si cognatis ff de rebus dub. & per Andr. in capit. 1. de success. feudi inuocatis per ordinem nomine collectiuo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum emptitium an sit ex propria natura feudi.*


CLOS. autem Paris. §. 50. nume. 100. tangit articulum, & dicit nullum scribentium inuenisse pro sententia sua, vult enim, quòd quamnis con-

concessio feudi facta ex causa remunerationis, non sit mæra donatio, nec simpliciter beneficium, sed potius remuneratio, tamē non est donatio libera, sed concessio limitata ad fines, & limites feudi concessi ad omnia onera feudalia, inter quæ est ius caducitatis, & cōmissi in casum negationis, vel fellonię, & sic non sumus, dicit ipse, in terminis simplicis donationis, vbi transfertur totale ius rei, nec sumus in terminis donationis, in qua cadit reuocatio ex capite l.fi.C. de reuo.don. Sed in terminis condictionis ex l.feudali, vel condictionis ob causam, & subdit ista verba, imò fortius, si Dominus accepto pretio, cōcedat rē in feudū, quàmuis istud feudum emptitium non sit secundū ꝓpriā naturā feudi ex eo, qđ nō est gratuitū, tamen est verū feudū. Ex quo ità actum est, hæc sunt verba sua, per quæ videtur inferre, ꝙ illud pretiū, seu merces seruitiorum confundatur sub natura, & l.feudi, & non sit amplius in consideratione, quia feudū sic donatum in remunerationem, resoluitur, & annihilatur eisdem culpis, quibus resoluuntur singula feuda, siuè empta, siuè donata, vt per Andr. in §. nulla in fine per quos fiat inuest.

S V M M A R I V M

1 *Secundogenitus, an possit petere partem pretij de feudo dato in remunerationem.*



OPINIO ista non resoluit quæstionem, nam si vera est conclusio, vt secundogenitus petat partem pretij feudi empti, ità pariter videtur, quòd petere possit partē pretij de feudo dato in remunerationem, nam sicut pretium, quod abscessit ab hæreditare patris, est in consideratione, vt tantundem detur filio secundogenito, ità, & pretium mercedis, seu seruitiorum, pro quibus dabatur actio, arguendo de actione ad rem, seu ad pretium, l. qui actionem habet de regu. iur. cum concord. Tangit Napod. in 1. consuetu. ver. obuenerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum, si perueniat vni ex fratribus bona diuidentibus, & alij bona allodialia, si feudū posteà cadat an ex parte feudatarij possit haberi recursus ad bona allodialia fratris postquam res perijt ex natura sua.*



PER hanc l. qui actionem habet, poterit determinari ista quæstio: nàm iudicio meo non sunt considerandа onera, quę insunt feudo, & seruitia futura, quæ præstanda erunt ex natura, & l. feudi, vt dicit glo. Par. quia cū feudum sit seruitus quædam, vt suo loco dicetur statim, ꝙ quis recipit feudū obligat se ad onera, & seruitiā feudi, quæ insunt ex natura rei, & pariter obligat se, & suos ad illam resolubilitatem, quæ prouenit ex futura culpa, aut ex delicto, vel ex contractu propterea opinio gl. Parisi. sustineri non potest, dum videtur velle, quòd præterita seruitia confundantur sub lege, & 1 onere feudi, nàm videm⁹, quòd in patribus diuidentibus bona, si vni perueniat

feudum, vel emphiteosis, citò peritura ex defectu generationis, & ad alium perueniant bona allodialia, si feudum & emphiteosis posteà cadant, & incidant in commissum ex natura rei non poterit ille habere regressum ad alia bona fratris allodialia, postquàm res perijt ex natura sua, secundum gl. in l. si familiæ C. fam. ercisc. licet per diuisionē non sit immutata natura rei, & fratri prædefuncto sine filijs succedat alter frater habens filios, quia diuisio inter fratres de feudo paterno, non immutat naturam rei. Et propterea non facit feudū deuolui ad dominum, aut emphiteosim redire ad Ecclesiā, vt optimè illam gl. declarant Alex. consi. 21. vol. 3. & Ruyn. consi. 11. volu. 1. & decet Andr. in cap. 1. Imper. l. 23. & alibi.

SUMMARIUM.

1 *Quod prouenit ex natura rei, & ex futura culpa, aut desinentia, non facit, quin causa seruitiorum, & actio non viuat in ipso feudo, sicut pretium exbursatum per patrem in acquisitione feudi.*

2 *Merita maiorum ad liberos quoque transeunt.*

3 *Assertio Principis, an, & quomodo, & quando fundet originem obligationis.*



1 ILLUD ergò, quod prouenit ex natura rei, & ex futura culpa, aut desinentia non facit, quin causa seruitiorum, & actio non viuat in ipso feudo, sicut viuit pretium exbursatum per patrem in acquisitione feudi, & sic videtur mihi, quòd in hoc passu, cum distinctione sit procedendum, videlicet, si talia erant seruitia, pro quibus agi poterat contrà Dominum, seu datorem feudi, vt ad illorum seruitiorū mensuram iudicandum sit, & tantundem detur Secundogenito pro rata cō sequenti ipsa actio extimabitur per Iudicem, & sic causa dandi extimāda est & non ipsa datio. Nam sufficit Secundogenito reperire in hæreditate patris illam actionem, seu illam causam, pro qua agi poterat ad remunerationem; & in hoc versabitur arbitrium Iudicis in discernendo personam donantis, & donatatij, & in rimando alias circumstantias, quæ multum prosunt ad ueritatem. Nam sæpè ex affectu dantis extimatur res data, vt docet And. de alie. feu. pat. c. 1. num. 16. faciunt notata per Napod. in consuet. si quis, vel si qua sit per gl. in ver. obuenerunt, vbi vult antè nu. 228. quòd quando præcesserūt merita, præsumitur magis remuneratio, quàm donatio, allegat. d. l. Aquilius de donat. illa ergo actio petendi remunerationem erat indefectibilis, & indelebilis, & ideò in remuneratione nō fuit confusa, imò magis viuificata, seu ad effectum producta vt per And. in §. sed & res per quos fiat inuest. in finalibus verbis, vnde si patri non fuisset satisfactum, vtiquè fuisset transmissa in filios l. hæres meus, ff de cond. & dem. & sic in illa spe viuificatur, & viuit actio secundogeniti, vt ad illam mensurā meritorum petatur portio, facit l. rem in
2 bonis ff. de acq. rer. dom. Nam, & merita maiorum ad liberos quoque transeunt, vt notauit Bal. consil. 355. vol. 1. & refert Socc. consil. 84. vol. 3. & licet as-
3 sertio Principis non fundet originem obli-

obligationis, quia est incerta re, & genere, tamen adducta in actum specificum remunerationis dat fomentum actui, ac validat, & vestit ipsum actū: in quem trāsfunditur prior obligatio. l. quod debitori ff. de don. cau. mor. crederem tamen, quòd si merita, vel seruitia non exprimantur, sint posteà probanda per secundogenitos, iuxtà terminos l. Aquilius ff. de donat. & l. si pater ff. de Castr. pecul. cum concord. quia sola donantis existimatio, aut voluntas nō probat: Nam plerunque Principes, & nobiles, dum donant, credunt debitum excluisse c. 1. de don. faciunt no. per Alexan. consi. 55. vol. 5. & consil. 101. volum. 1. & consi. 119. quod est consilium finale volum. 3.

SVMMARIVM.

1 *Donata per patrem alicui ex filijs quocunque modo debent conferri cum alijs fratribus, dum tamē per patrem prohibitum non sit.*
2 *Aduentitia sola non conferuntur.*
3 *Napod. vir imitator, & emulus Andr.*



ET vt ista materia collationis non transeat penitus incognita, scire debetis, quod omnia donata per patrem laicui ex filijs, siuè simpliciter, siuè cōtemplatione matrimonij, siue ob causam militię, vel donationis propter nuptias, debent conferri cum alijs fratribus, dumtamen per patres prohibita non sit, secundum gl. notab. in l. quę pater filio ff. fam. herc. vbi in fine licet videatur velle quòd simpliciter donata non conferuntur. i. debet intelligi, quādo filius nihil petit de hæreditate patris, sed remanet contentus de donatis per patrem, & sic vult retinere bona ipsa illo tit. particulari l. ex causa C. fam. hercis. sed si forsan petat successionē, aut legitimam: tunc sine dubio tenetur conferre bona, aut bona ipsa computare in legitimam, secundum Bal. in l. si emancipati in fin. in fin. verbis C. de
2 collat. & Alex. consi. 27. vol. 5. Nam sola aduentitia non conferuntur l. illud C. de collat. Bar. & Ang. in l. 3. C. de bonisque liberis, Sali. & alij in l. 1. C. fam. hercis. sed antè istos docent hanc theoricam Oldr. consi. 135. propè fin. & clarius vir ille Andr. imitator, & Emulus
3 dominus Napod. in consuet. eas autem super glo. magistra in vet. paragiū nu. 64. vbi dicit ista verba; Præterea nonnè si admictetur ad succedendum, deberet conferre paragium, cùm siuè donat. sit ob causam dotis, vel donationis propter nuptias, vel ob causam militiæ, siuè sit donatio simplex, conferri debet, nisi simplex don. fiat emancipato, vt notatur C. de collat. auth. ex testamento, & cum isto temperamento debent intelligi omnia scripta Doct. in d. auth. ex testamento, quicquid scripserit Aym. in consi. 85. & consi. 136. qui confundit terminos, & vt arbitror consilia illa fuerunt redempta, aut pro amico præstita. Nàm in cæteris fuit vir magni ingenij. & multa bona scripsit, & vt opinor fuit homo summæ religionis; post quàm ipse idem in suo tractatu de antiq. multa scripsit contra Docto. sibi contrarios in consilijs, & in scriptis suis. Et vt etiam in hoc non careamus authoritate Ciuilistarū, videbitis Bald. in l. ea quæ C. fam. herc. & Alex. consil.

26.nu.3. & consi.108.volu.1.qui allegat dictum tex.notab. quasi pro reg. in alleg.l.ex causa C.famil.hercisc.cui non respondet Dec.consi. 59. probat etiam dominus Petrus vir doctissimus cons. 3.& ratio est,quia statim,quod quis petit hæreditatem defuncti,ius istud vniuersale trahit ad suum vniuersum bona quæsita titulo particulari,sicut dicimus in instituto in re certa l. extraneũ, vbi Doct.C.de hæred.inst. & in l.1.§.si ex fundo ff. eod. Et hæc tetigisse sufficiat.Decidendo per transitum cum parum faciant ad materiam nostram, sed diffusius videbitis in §. præterea Ducatus.

SVMMARIVM.

1 *Feudum,qua ratione a fidelitate dicitur.*



EQVITVR modò, vt progrediamur ad alia Capita,iuxtà ordinem propositum,videlicet vndè dicatur feudum, & licet superius dictum sit, quòd dicitur à fide, eò quòd fides semper insit,tàm in contractu, quàm in acquisitione,& conseruatione feudi propter recognitionẽ, & propter onera,ego supplendo, super addidi, quòd requiritur,successiua fides:nàm in cæteris contractibus contrahentes liberãtur in ipsa perfectione,scilicet venditores dum rem tradunt,& alij contrahentes dum implent promissa per eos,prout conuentio,aut natura rei expostulat iux.notata per Doct.in l.1.in fin. ff. de actio.empt.& in l.fin.C.eod. tit. & in l. ex placito C. de rerum permutat, & per Bal.in l.sicut initio C. de action. & obligat. & per eundem Bal. in l.ex hijs prædijs C.de euictio.vbi vult:quòd vẽditor tenetur ad duo, scilicet ad rem tradendam,& ad liberam tradendam, & hoc totum sufficit momento impleri, vt dicatur pariter impleta conditio contractus: nam si posteà res euincatur,non agitur ad resolutionem actus, sed de euictione,vt in vulgaribus, & in l.si post perfectam C.de euict. vbi hoc notant Doct.& per Io.Fabr. in §.fi. incipit nouissima instituta de suspect.tuto. & notat. in l. inter Castellianum ff. de arbitr. Non sic iudicatur de contractu feudi,qui ob fidem non præstitã, & ob pacta non seruata, resoluitur tãquàm defecta causa, & ratio est, quia in habẽtibus successiuam causam seu tractum, & effectum, nunquàm dicitur actus consumatus in singulis momentis, aut recognitionibus, & hoc quando ex parte contrahentis perfici, & consumari potest,vt not.Alex. cons. 69.vol.4.& consi.65 volu.5.& alibi sæpè,cuius dictis addi debent notata in l. si tibi liberum, & in l. exempto ff. de actio. emptio. vbi ciuilistæ diffusius notum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum habet duas habenas, per quas ducitur vassallus ad seruandam fidem.*
2 *Feudatarius ducitur per duas habẽnas fidelitatis,sicut animalia ducuntur per duas habenas.*
3 *Feudatarius tenetur de culpa, dum culpam commisit in omittendo.*
4 *Vassallus quando culpat in nõ præstan-*

stando seruitium dicitur venire contra fidelitatem negatiuè, & quando valeat in committendo, fallit contra fidelitatem affirmatiuam.

5 *Fellonia duplex est contractus, & delicti.*

6 *Fidelitas inest feudo sicut igni calor, & ideò remitti, & separari ab eò, nequaquam potest.*

7 *Dominus ad quæ teneatur.*

8 *Feudum antè inuestituram, non dicitur, neq; erectum, neq; formatum.*

9 *Concessio sola, aut priuilegium sufficit pro inuestitura in Regno.*

10 *Vassallus si facta inuestitura iurare recuset, dominus an teneatur ei tradere feudum.*

11 *Fidelitatis, & inuestituræ gradus,*

12 *Dominus quomodo teneatur præcisè feudum tradere.*

13 *Fidelitas dicitur sollemnitas effectualis, quæ dat robur actui iñ esse producto, & informato.*

14 *Donatio antè insinuatioaem est infirma.*

15 *Actus iurandi, an remitti possit.*

1 HABET enim feudũ duas habenas, per quas ducitur vassallus ad seruandam fi-
2 dem, nàm sicut animalia ducuntur per duas habenas, sic homo habens feudum ducitur per duas habenas fidelitatis, quas habenas alio vocabulo nominat Camer. affirmatiuã, scilicet, & negatiuam, & verè loquitur
3 quia tenetur feudatarius, dum culpam committit in omictendo de culpa, ac si commisisset, vt notatur in §. sed nec est alia iustior, quæ sit prima causa benef.amitt. & hoc est, quod sæpè legitur apud Andr. hoc non faceret est; nã quando vassallus culpat in non præ-
4 stando seruitium dicitur venire contra fidelitatem negatiuè, & quando culpat in committendo, facit contrà fidelitatem affirmatiuam, exemplificando secundum distinctionem Camer. in cap. Imperialem, alibi etiam dicunt Doct. quod fellonia est duplex, scilicet fello-
5 nia contractus, & fellonia delicti, & fellonia contractus, potest etiam adaptari ad culpam omissionis, quia non implet legem conuentionis, & ad quæ tenetur ex natura, vel ex contractu feudi, Fellonia autem delicti est quando committitur culpa ergà dominũ, probat gl.notab.in l.si mora ff.solu.matri, quam declarat Bar. in l. licet per illum tex.in fin.ff.de peculio, refert, & sequitur Dec.consi.37.nu.9. Et ideò possunt istæ culpæ, non inmeritò denominari habenæ, prout sic appellauit Bartol.in const.ad reprimendam, & ideò Andr. noster in §.porrò, quæ sit prima causa benef.amitt, post nu.22. dicit istaverba, feudum etiam plerunq; datur potius, vt seruet ei fidem, quàm propter seruitium, quia à fidelitate dicitur, & astringitur iuramento, & ad illa sex, & in §. sed nec est alia iustior post nu, 38. versus fin. dicit ista verba, aliàs liberẽ dat quantum ad seruitium, quia fideli-
6 tas inest feudo, non seruitium, nisi imponatur inest ergò feudo semper, & successiuè fidelitas, sicut in igne calor, & in tantum inest, quòd separari à feudo non potest, neque remitti per con-
7 trahentes, & hoc intelligatis, quando dominus implet ex parte sua, ad quæ tenetur, tenetur namque dominus primum inuestire, & posteà fidelitatem petere, nàm antè inuestituram, vt diximus

sensum Regis, describit similiter in quinternionibus Regiæ Cameræ: Et poterit poni exemplum, vt si Baro, aut Comes habeat Castrum in sua Baronia, vel comitatu, omnia enim Castra dicuntur quaternata, quia de illis est particularis nota in quinternionibus Regis, & in Regia Camera. Si ergò Baro, aut Comes velit hoc Castrum alij concedere, hoc facere non potest sinè assensu Regis, & hoc est, quod dixit Capyc. in sua inuestir. in ver. feudum dãt in 6. limitatione scilicet, vt in concessione, & alienatione istius feudi, seu Castri requiratur assensus vtriusque quod probauit And. in c. Imperialem nu. 9. vbi dicit ista verba; Verius putamus, vt consensus vtriusque sit necessarius, quia ad vtrunque pertinet. Baro enim si consentit, videtur dare, & dare non posset sinè assensu Regis, à quo tenet, interest enim, & tãgit vtrunque, & alia subijcit notabilia. Et hæc sunt illa feuda quaternata secundum quid, de quibus scinditur sermo inter Doctor. nostros. Nam aliqui voluerunt, vt collatio sola pertineat ad Regem, & deuolutio similiter fiat Regi, alij dixerunt, quòd Rex assentiendo, videtur etiam subiecisse, secundum feudatarium Baroni, aut Comiti: De qua subiectione, an possit hoc facere Princeps, aliqua notauit Capic. decis. 162. Tamen verior opinio est, quam refert dominus Camer. vt electio, quæ fit à Rege, fiat de persona presentata per Baronem, Et quòd Baroni aperiatur feudum, pro ut aperiuntur alia feuda plana, & excadentiæ, de quibus supra loquuti sum[9]. Ista autem sollemnitas de non concedendo ista quaternata secundum quid seruatur propter magnitudinem rei, & propter suspitionem, quam habet Rex de Castris, & fortellitijs suis, nè veniant in posse infidelium. Et sic habetis expeditum articulum istum de feudo quaternato secundum quid, & habetis pariter intellectum ad constitutionẽ post mortem, scilicet, vt Baroni deuoluatur feudum, & aperiatur, & vt ipsi etiam competat collatio, seu præsentatio, licèt Regis sit electio de persona præsentanda, & hoc per Capitula Honorij Papæ, quæ licet non in omnibus sint recepta, in hoc tamen casu seruantur. Et quæ superius dicta sunt, pro maiori parte sumpta sunt ex verbis Andr. in c. 1. de contr. feu. apud par. term. nu. 9. & sequ. Sed const. ipsa post mortem melius declarauit idem And in c. 1. in 2. addit. in fin. de cap. Corr. vbi dicit ista verba, hodie per Capitula Honorij, etiam quaternatum per §. si contingat, qui corrigit const. post mortem, & in hoc dominus Camer. optimè locutus est versus fin. suæ repet. in c. Imperialem, & idem Andr. in §. similiter in 2. addit. de capitulis Corr. nu. 20. & seq. vbi loquitur de Baronia, & Castro, quod sub Barone tenetur. Et ità debet intelligi Lucas de Pen. de omni agro deserto l. quicunque, quæ est l 7. illius tituli.

SVMMARIVM.

1 Feudatarius plus iuris habet, quàm vsufructuarius.

EQVITVR modò vltima pars diffinitionis ibi cum vtilis dominij translatione. Hoc dictum est ad differentiam vsufructuarij,

rij, nam feudatarius habet plus iuris, quàm vsufructuarius, quia ad hæredē transmittit hoc suum vtile dominium, vsusfructus autem morte finitur, hoc no. And. in §. de Manso antè nu. 14. de contr. inuest. sed quòd transferatur vtile dominium in feudatarium, dicitur cum And. in §. hoc quoq. sciendum in tex. vestro, & probatur hoc assumptū in c. 1 iuncta gl. in ver. vtiliter de contr. inter vas. & aliū de benef. Sed pro nūc videatis eundē And. in c. si vassallus de feudo, si de feudo defuncti militis, nā Andr. aliquando comparauit feudatarium emphiteuticario, & aliquādo vsufructuario, & de his omnibus tractabimus in locis suis, & post And. in §. illud quoq. præcipimus post nu. 67. c. Imperialē, vbi dicit ista verba, quia directū dominium est Regis, vtile est Baronū. Et in §. huius autē generis ex quib. cau. feu. amitta. vbi est materia sua.

SVMMARIVM.

1 *Vtile dominium, quod trāsfertur, seruitium dicitur annexum rei.*



1 AD vnum tamē aduertatis, ꝙ propter hoc vtile dominiū, quod trāsfertur in feudatarium; seruitiū dicitur annenum rei, & ex hoc dicūt feudistæ feudum ipsum posse conueniri docet And. in §. firmiter de proh. alie. per Fed. nu. 33. & alibi sæpè, quod intelligatis de seruitio conuento extrinsecus præstando, vt in §. firmiter, & in §. sed nec ē alia iustior, quæ sit prima caus. benef. amittēdi & in c. 1. §. similiter de Capit. Corr. quia fidelitas cōsideratur dupliciter. s. in ipsa fidelitate abstracta à seruitio, ꝗ semper inest in omni feudo, & ī pręstatione seruitij cōuenti, de quo per And. in §. sed nec ē alia iustior quæ sit 1. cau. benef. amitt. Quod nos latius prosequimur in d. §. huius autem generis.

SVMMARIVM.

1 *Vtilis dominus, an habeat ius prælationis?*

2 *Non conuenit, vt pars infirmior trahat validiorem.*

3 *Vtile dominium est dependens, temporale, & finiturum.*

4 *Vtile facilius consolidatur directo, quàm directum veniat ad vtile.*



SED ex hoc dubitari sæpè vidi apud peritos Doct. an hoc vtile dominiū habeat ius prælationis, si contingat dominū vendere proprietatē, nam in casu cōuerso, nullus dubitauit, quin dominus pręferatur iux. terminos l. fi. C. de iur. emph. Sed in casu ꝓposito, an vtilis dominus habeat
1 ius plationis, moderniores aliqua scripserunt in addit. ad Napod. nostrū. Sed non viderunt fontē, vndè hauriūtur veræ conclusiones, & est dominus Andr. noster in §. nec dominus in c. Imperialē de ptoh. feu. alie. per Fede. nu. 46. vbi dicit ista verba, nàm emphiteuta non vendit emponemata sine domini consensu C. de iur. emphit. l. fi. de domino, ꝙ non vendat ius, quod habet. nō inueni. Imò dicitur contrariū regulariter d. l. dudū, & ratio est, quia nō in omnib⁹ iudicantur ad paria, dominus, & vassallus, vt no. idē And. ī §. ex ead. l. del. Corr. in prin. Et ad hoc non aduettit domin⁹ Pisanell⁹ Doctor singularis, & aduo-

4 *Rex assentiendo, non dicitur propriè dare.*
5 *Assensus in personam succedẽtis efficit feudum nouum, licet nulla sit mutata clausula inuestit. & quomodo, & quando hoc procedat.*
6 *Dominium in feudalibus non transit, absq; confirmatione.*
7 *Regis interest, vt ad se veniat successor pro habenda confirmatione.*



ET quia diximus suprà, quòd in alienatione feudi mixti, seu secundum quid requirirur, assensus vtriusq;, scilicet feudatarij, & Regis, vt docet Andr. in c. Imperialem nume. 9. pulchrum erit inuestigare quid faciat as-
1 sensus Regis in hac alienatione, & videre simul, an iste assensus Regis inducat titulum translatiuum dominij, ità quòd ipse Rex dare videat? per l. lege obuenire ff. de verbor. significat. quam l. alleg. passim Andr. vel dicatur confirmatio actus, siuè contractus, & proinde dicatur quidam consensus permissiuus, non autem dispositiuus, iuxtà cap. Titius si de feudo fuerit con trou. hunc passum tangit Andr. in c. Imperialem post numerũ 10. & post nume. 11. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi dicit ista verba. quia consensus suus est dare, & post numerũ 11. dicit, videtur enim alienare, quodammodò consentiendo alienanti, sed in cap. 1. qui succ. ten. nume. 8. dicit, quòd consensus domini est confirma-
2 tio contractus, vnde consentiens, &
3 confirmans videtur donare, Bal. autem in c. si facta si de feud. defunct. milit. dixit, quòd Rex per assensum dare dicitur, seruata tamen forma l. singularia ff. si certum pet. & idem Bald. in c. sanè de renunciat. dicit, quòd non dicitur dare, sed tantum tollit impedimentum prohibitionis, assentiendo, & per hoc prorogate videtur potestatem Baronis, sed meliùs hoc dixit in l. 4. C. de seruit. pign. dat. manumiss. Alij autem Doctor. feudi istæ aliter dicunt, sed
4 veritas est, quòd Rex assentiendo, non dicitur dare vt firmat And. in cap. Imperialem, post. nu. 13. Ibi quamuis consensus, domini vbi determinãdo loquitur: est tamen verum, quòd ex hoc potest mutari naruta feudi, & hæc mutatio fit dupliciter vt alibi notauimus, scilicet concedendo, & assentiendo, iuxtà terminos l. si liqueat C. de inoff. donat nàm semper is, qui succesit in feudo, habet inuestituram à Rege, pro ut habere eam debet in persona sua. Illud feudum, quam vis sit antiquum, tamen nunc per hunc nouũ assensum
5 in persona succedentis, efficitur Feudũ nouum, licet nulla sit immutata clausula inuestituræ, & sic in persona istius successoris, qui tenetur confirmationẽ petere, dicetur quodãmodo feudũ nouum, licet aliquando confirmatio referatur ad actum validum, & non ad substantiandum inualidum, vt per Innoc. & alios in cap. dudũ de decim. & hic in casu nostro aduertatis, nam multi in hoc tenent contrarium, confundentes veros terminos, quia respectu rei, & naturæ ipsius feudi dicitur antiquum sine dubio, nec per hoc præiudicatur, alijs successoribus, & agnatis venientibus ad feudum, quia respectu illorũ, dicitur feudum antiquum, sed respectu successoris, qui tenetur petere confirmationem, & releuium soluere, dicitur quodãmodo feudũ nouũ;

& ità sunt concordandæ opiniones Doct.& licet And.noster.in c.sancim⁹ lo primo,quo tempore miles post nu. 2.ver.quàm uis ergò non sit inuestitus, velit, quòd hæres vassalli petat suam, & non defuncti inuestituram, nā quod habuit defunctus,habebit hæres, & effundit multa verba vtilia contra opinionem antiquorum,qui fecerat quod dam consilium seu responsum, vt ipsę dicit, nihil ? contrà opin. Andr.extat c.Regni incipit apud Foggiam, per quod disponitur,vt in feudalibus, dominium non transeat absque confirma
6 tione,seu ista noua inuestitura,nam in-
7 terest Regis, vt ad se veniat successor pro habenda confirmatione, & in hoc cap. fit mentio illius consilij, quod meminit Andr. qui licet dicat, quòd istud consilium, seu dispositio sit odiosa.& non seruanda,tamen sufficit, quòd facta sit ab eo, qui potestatem habet l. condendæ.Et per hanc dispositionem poterit dici feudum nouum in personam successoris,& forsan tempore Andr.erat datum cons.non lex ædita,& dominus Loffred⁹ gloriabatur in sua Parafrasi inuenisse illud cap. sit disponens sed quando feudum venditur, quia alienari non potest sine assensu Regis, tunc quia mutatur manus, & feudum transit ad extraneos, scilicet extrà illud genus personarum, de quibus Rex cogitauit ab initio, dum concessit,tunc sine dubio Rex assentiēdo dat, quia,alias actus esset nullus, & assensus istæ similiter facit feudum nouum, etiam respectu successorum emptoris, quia frater non succedit fratri, licet hodie per nouam gratiam sit dispensatū, vt in feudo nouo succedant Collaterales, reducendo ius succedendi ad formam constitutionum Regni. & ratio huius dicti est, quia semper assensus Regis gratia est, licet in aliquibus casibus consentire teneatur, vt optimè cōsiderat Camer in c.imperialem, vt nos diximus in cap. an agnatus vbi de fructibus,& oneribus feudi loquimur. Et cum Rex non ipsę contrahat.Sed contrahentes non impedire l. si potest in fin.ff. de man. vind. titulus dum haberi ab eo qui principaliter contrahit l. si fundum ff.de fundo dotali.

SVMMARIVM.

1 *Reuerterij laudes.*

2 *Assertio falsa, an vitiet contractum.*

3 *Dispensatio de sui natura, non dicitur esse præiudicialis, aut nociua parti.*

4 *Traditio dominij, & possessionis, an possit sub conditioue fieri.*

5 *Antè confirmationem actus dicitur quis habere tenue ius.*



1 FACIT istæ discursus ad notab.quæst. diu vētilatam in S. C. inter dominum Regentem reuerterium Doctorem Hyspanum celeberrimum Regentem Regiam Cancellariam,& Dominum Fabritiū Stendardum. Vendiderat dominus Fabritius dicto Domino Regentis Castrum Sancti Antami in territorio Ciuitatis
2 Auersæ, quod Castrum asseruerat esse transitorium ex priuilegio Principis ad masculos, & ad fœminas, & super hac venditione fuit impetratus assensus,demum perspectu contractu, & tra-

tradito Castro emptori, dominus Regens ex rimatione scripturarum, & priuilegiorum adinuenit, quòd Castrum prædictum non erat transitorium, nisi ad masculos tantum, & in eo fœminæ non succedebant, vndè mouit litem in S.C. petēdo cōtractum declarari nullum, aut saltim rescindi ex capite dictæ assertionis, quæ induxit eum ad cōtrahendum, quia partis asseuerationi credidit iuxta gl. l. quæsitum in ver. recte in fin. ff. quando act. de pecul. anna. sit; sed quia venditor, pendente lite obtinuit gratiam à Rege, vt Castrum ipsum sit transitorium, etiam ad fœminas, fuit valdè dubitatum, an gratia prædicta potuerit obtineri pendente lite, pro parte domini Regentis interuenerunt coram eo in Collegio, quàmplurimi famosi DD. quorum quilibet pro subtilitate ingenij sui contenebat de doctrina coram illo peritissimo viro, qui fuerat versatus in omnibus officijs grauibus, & fuerat anteà locumtenent Regiæ Cameræ, & habebat simul multarum rerum experientiam: dicebant aliqui subtiles, & ingeniosi Doct. quòd gratia Regis, quæ superuenit, lite pendente, facit nouum feudum propter qualitatem illi additam, vt fœminæ succedant, arg. l. ius ciuile ff. de iust. & iur. probat Roma. consi. 45. & Ang. cons. 271. nu. 2. vbi vult, quòd adiectio, vel detractio nouæ qualitatis, nouam rem constituit, & Doct. omnes hoc fatentur in d. l. ius ciuile. Et proinde gratia Regis, quæ superuenit post litē mōtam, quæ loco reuocationis est, indiget nouo consensu contrahētium, tanquā super feudo nouiter formato, qui contrahentes de alio feudo senserunt, & contraxerunt arg. c. super eo de appell. probat Dec. consil. 33. probat Paris. de re integ. feu. cap. 289. fo. 158. col. 1. nam non licet post litem motam habere nouam commissionē causæ super alio articulo separato, vel separabili, præterea ista gratia vicem dispensationis obtinet, & dispensatio de sui natura non
3 debet esse præiudicialis, aut nociua parti ex regula c. licet de offic. deleg. Et licet confirmatio aliquando prosit obtempta etiam lite pendente, intelligitur quando ratificati potest, consentientibus illis, quorum interest c. quod sicut de elect. docet Innoc. in c. bonæ memoriæ ante nu. 10. de elect. & proindè, cum confirmatio, seu gratia non reperiat suum confirmabile, & non habeat consensum partium, in quo figat pedes debet esse sinè effectu, vt non trahatur in præiudicium tertij l. nec auus C. de emancip. liber. c. quàmuis de rescrip. in 6. cum vulg. insuper, quia gratia ista fuit facta venditori, erit respectu sui valida, & realis, sed respectu tertij, & aliorum, qui tanguntur, dicetur conditionalis, quatenus illi ratam habebunt, nā hoc videmus, quòd
4 etiam traditio dominij, & possessionis possunt sub conditione fieri l. qui absenti ff de acquir. poss. l. dotis fructum in fin. ff. de iur. dotis l. 2. §. si pecuniam ff. de dona. cum simil. & proindè dixit
5 Innoc. quòd antè confirmationē actus, dicitur quis habere tenue ius, hoc dixit in c. inter corporalia post nu. 1. de transl. prælat. Et in hanc partem inclinabat maior pars dominorum aduocatorum in illo Collegio.

SVMMARIVM.

1 *Res hypotecata pluribus creditoribus, si pro libera vendita sit, an emptor*

emptor possit discedere ab emptione, si venditor paratus fuisset liberare rem à creditoribus, aut cauere, si in diem, aut sub conditione aliquid deberet?

2 *Rex, an possit ad supplicationem partis habentis feudum pro se, & hæredibus masculis, habilitare etiam filiam ad successionem feudi.*

3 *Io. de Amicis laudes.*

4 *Priuilegium, an possit lite pendente impetrari à communi Domino.*



GO autem vnus de aduocatis dicti Domini Regẽtis motiuabam cõtra Dominum Regẽtem, & alios aduocatos collegas, quòd gratia Regis habebat in quo figeret pedes, etiã respectu noui emptoris, qui voluit habere Castrum transitorium ad masculos, & fœminas, quæ qualitas. seu natura feudi licet ab initio non fuisset insita per prædictam concesśionẽ seu erectionem, potuit tamen fieri, & obtineri, pendente lite, nam finge dicebã ego dicto Domino Regenti quòd res aliqua fuisset hypothecata pluribus creditoribus, & fuisset posteà vendita pro libera, non poterat emptor discedere ab emptione si venditor paratus fuisset liberare rem à creditoribus, aut cauere, si in diem, aut sub conditione aliquid deberetur, iuxta consi. Alexan 45. vol. 5. & per decis. tex. in l. si tibi liberam ff. de actio. empti. quæ est l. notab. non loquor modò de illo articulo, quando testator legat scienter rẽ alienam, aut rem propriam alteri obligatam. vbi discutitur, si teneatur hæres illã redimere, aut liberare, quia de hoc alibi tractabimus, postquàm est articulus prorsus separatus ab isto, in quo partes conuenerant in illa qualitate feudi, etiam quòd de nouo, aut per gratiam superuenerit, pars non poterit dici, neque læsa, neque per obreptionem inducta ad contrahendum, & sufficit, quòd potestas Regis, seu gratia, non contradicat voluntati contrahentium.

1 Allegaui ad hoc decis. Domini Afflic. nostri in §. hoc quoque post nu. 12. de succ. feu. ibi 6. Princeps, qui habet regalia, vbi vult, quòd Princeps potest ad supplicationem patris habentis feudũ

2 pro se, & hæredibus masculis; habilitare etiam filiam ad successionem feudi, & licet illa decisio fuisset visa Collegis meis, & Domino Regenti singularis, & pulchra, tamẽ, vt audiui ab illo peritisśimo Domino Præsidẽte Orificio, causa fuit decisa contrà Dominũ Regentem per illud primum motiuũ deliberanda re, quia aduocati alterius partis non adduxerunt dictam decis. Affl. & hoc dixit mihi post litem sopitam, & postquàm partes acquieuerũt sententiæ, & secundùm ista, intelligatis scripta per Dominum Io. de Amicis

3 nostrum Doctorem acutisśimum, & insignem in consi. 59. & alios illius opinionis, scilicet, vt assensus impetrari posśit, lite pendente scilicet assensus declaratorius voluntatis contrahentium, aliàs obstaret regula in medio litis, nõ fieri sacras iusśiones, vt in auth. in medio litis, quam regulam intelligatis, vt per Rom. consi. 330. per Curt. iun. cons. 174. & consi. 175. & melius per Innocẽ. quem nullus istorum allegat in c. fin. vt lite pendente, vbi dicit ista verba. Nota qđ priuilegium non potest quis

4 impetrare, lite pendente à communi Domino. Item communis Dominus, etiam

etiam lite pendēte de iure suo aliquid dat,& est decisio notab. congruens ad casum prædictum, quia Rex habilitādo fœminas ad feudum, dedit de suo, hoc idem dixit Innoc.per alia verba in c.vt nostrum de appella. Sed hoc melius firmauit glo.in l.si rem in fin. in finalibus verbis ff. de pign. actio. quam extollit Andr. in const. iurisgentiū vbi leguntur in verbo sufficit quòd incipiat ea dominus, post litem contesta. quisquis probat Oldr.consil.299. vbi est videndum pro decisione,& Afflic.in c.1. qui success. ten.quem posteà vidi dum actù legerem, & interpraetarer in hoc AlmoGymnasio cap.1.de natura succ. feudi nu.35.

SVMMARIVM

1 *Feuda, & nomina feudorum noua sunt.*

2 *Feudorum origo peruenit ex veteri Romanorum consuetudine.*

3 *Feuda, & eorum contractus processerunt à fide cognita, vel separata.*

4 *Feudi sola sedes, est fidelitas.*

5 *Feudalis contractus de quo iure sit.*

1 FEVDA ergò, & nomina feudorum noua sunt secundùm And. in prælu. quæst.4. Sed illorum ori-
2 go,vt transeamus ad alia iuxtà proposita prouenit ex veteri Romanorum consuetudine,si credimus domino Tiraquello in l.si vnquam super ver.patronus per text.quem ipse allegat in l. fin.C.de testam.manumiss. erant enim subdit ipse, apud veteres Romanos patroni, in quorum fidem,tutelamq. ac clientelam se se conferebant prouintiales,socijque populi Romani, & Cives quoque ipsi,qui ob id clientes dicebantur: & hinc feudorum, quæ vocamus iura,sunt orta,ex quo, & vassalli, quos appellant alicubi,clientes dicuntur,in ipsis feudorum constitutionibus vt in c.1.in prin. & in §. indè potest de alienat. feud. & in c.1.de content.inter dominum, & fidelem, vndè etiam in nostris legibus clientes dicuntur respectu aduocatorum in l. properandum in fin.C. de iudicijs,hæc sunt verba sua, per quæ colligere poteritis,quomodo ad similitudinem Romanorum feuda fuerint nominata, & erecta,mihi autē placet opinio aliorum, qui dixerunt,
3 quòd feuda,& illorum cōtractus processerunt à fide cognita,vel sperata, nā cùm ex munificentia, & dono Principis nascantur, illis ab initio dabantur, quorum fides cognita erat, aut sperata.Et propterea ab initio, præcario cōcedebātur,posteà ad vitam recipientis instar beneficij sacrati, vt videbimus in text. Et illa nomina patronorum, & clientis fuerunt posita ad cognitionē, seu ad demonstrationem, & propter-
4 eà sedes sola feudi est fidelitas, & hoc videtur tenere glo.Paris. glo.7. nu 3. & ideò contractus feudalis. Vt vltrà etiā
5 procedamus, dicitur de iure ciuili, vt Andr.tangit in prælud.quæst.5.sed clarius hoc firmauit Io.Fab.in § ius autem gentium inst.de iur.natural.gent. & ciuil. propè fin. vbi dicit ista verba, vult dicere, quòd contractus dicuntur de iure gent. quos olim homines negotiando,inierunt absque constitutione iuris, sed ex necessitate mercandi. Sed contractus qui per legis latores fuerunt cōpositi,certam formam acceperunt, &

inter cæteros describit contractũ emphiteoticum, donationem propter nuptias, colonarium, & feudalem, & fortè dicit ipsæ pactum legis commissoriæ, & si qui similes sunt de iure ciuili; quasi autem contractus videtur esse de iure ciuili, & prætorio, & hoc quidem habet rationem, vt denominatio fiat à forma, tanquàm à digniori, secundum Bal. §. si quis ff. ad exhibend. per l. si conuenerit ff. de pignorat. act. & idẽ Bal. in c. fin. de consuet. dicit, quòd forma cuilibet rei nomen imponit, & ipsa est, quæ dat perfectionem esse, allegat l. iurisgentium in princ. ff. de pact. & ideò tàm per adinuentionem, quàm p formam, & approbationem dicitur de iure ciuili, & ista supplebitis ad declarationem Andr.

SVMMARIVM.

1 *Secundogeniti an possint petere partem prætij de feudo donato patri sub l. francorum, & primogenituræ in remunerationem præteritorũ seruitiorum.*

2 *Pater emendo sub l. i geniture, an videatur donasse primogenito, seu qui primogeniti loco habetur.*

3 *Feudi corpus propter indiuiduitatẽ non potest conferri, neque in partes scindi.*



EX his causari potest, & aliquãdo, dubitari vidi an secundogeniti possint petere partem prætij de feudo donato patri sub l. franchorum, & primægenituræ in remunerationem præteritorum seruitiorum, & fidei, quasi, quòd videatur Rex, aut dominus concedens, tanti extimasse iuxtà gl. notab. in §. 2. in ver. inutiliter circa medium, inst. de singulis rebus per fideicom. relictis, pro qua ẽ tex. in l. si parer §. si quis aliquem ff. de donat. Hæc quæstio pendet ab ea, quæ originaliter tãgitur per Andr. in c. Imperialem §. præterea ducatus in 2. addit. nu. 36. vbi Andr. loquitur de feudo empto per patrem, si pretium debeat conferri, & communicari cum fratribus secundogenitis, nã præ-
2 supponit Andr. quòd pater emẽdo sub lege primogenituræ, videatur donasse illi primogenito, seu qui primogeniti locum tenebit tempore mortis ipsius patris, & inde inferr Andr. quòd cum donata per patrem vni ex filijs ? debeant communicari, & conferri, quia corpus feudi propter indiuiduitatem non potest conferri, neque partes scindi, dicit ipse, quòd pretium quantum constitit, idest pro quo emptum fuit, debet communicari, & sic fratres secundogeniti participabunt de prætio soluto, & exbursato per partẽ; & licèt inter regnicolas fuerit aliquando cõtrouersum, an feudum debeat conferri iuxtà valorem, & pro quanto appretiabitur tempore mortis patris, an verò debeat haberi ratio pretij soluti tantũ, nihilominus Sacrũ Consiliũ sæpè iudicauit, & bene contrà opinionem Afflict. ibi, scilicet, vt communicetur, & conferatur prætium solutum per partem, quia illud tantum debet communicari, quod abest ab hæreditate, & ità est tenendum, quàmuis Affl. ibi conetur probare contrarium. Sed de hoc indiuiduo videatis per Bal. in l. si plures C. de cond. insertis.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo, quæ nascitur ex euentu conditionis, facit, vt actus non possit magis tribui vni, quàm alteri.*



ET ratio isti⁹ decisionis esse potest, quia pater dùm q̃ siuit feudum, non cogitauit de certo filio, exprimẽdo nomen filij, sed cogitauit in genere de filio primogenito. Et illa incertitudo, quæ nascitur, ex euentu conditionis, s. vt ignoretur quis reperiatur, primogenitus tẽpore mortis patris, facit, vt actus non possit magis tribui vni, quàm alteri, & hanc opinionẽ per alias rationes sequuntur moderniores ibi cõtra Affli. & benè dicunt, quia si feudũ nõ fuisset emptũ, pecunia illa fuisset reperta ĩ archa patris, & illa diuideretur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio remuneratoria, non est propriè donatio, sed potius quædã permutatio, seu compensatio.*

2 *Lex fin. C. de reuoca. donatio. an habeat locum in donatione remuneratoria.*



EX hac igitur decisione poterit argui, vt Rex, aut dominus donando feudum in remunerationem, videatur soluisse illi feudatario pretium sui seruitij, & quòd per occultationem actus ex eo pretio feudatarius feudũ emerit argum. l. plerunque §. si antè ff. de iur. dot. & l. 3. §. sed si debitorem, ff. donat. inter vir, & vxor. facit ratio, 1 quia donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed potius quædam permutatio, seu compensatio l. sed et si §. consuluit in fin. ibi velut genus quoddam permutationis ff. de petit. hæredit. probat lex Aquilius regulus ff. de donat. nàm in hac donatione re-2 muneratoria non habet locum l. fina. C. de reuocatio. donatio. Nec alia iura communia loquentia de donatione simplici, & sic non reuocatur propter ingratitudinem donatarij, l. si pater, §. primo vincta, gloss. vbi omnes scribentes hoc tenent ff. de donat. probat Tiraquell. qui alios cumulat in l. si vnquàm in ver. donatione largitus nu. 21. & seq. ex quorum dictis, videretur dicendum, vt pretium feudi debeat cõferri, cùm Rex, aut Dominus tanti extimauerit, seruitia, arguendo de feudo empto ad feudum datum in remunerationem: videbitis tamen Lucã de Penna in l. 1. & 2. C. de Castr. omn. palu. pecul. & Capic. in inuestit. in princ. fol. 19. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ non sunt dandæ de immobilibus.*

2 *Filius secundogenitus, an possit petere tãtundẽ in hereditate patris pro feudo acquisito per patrem, in quo primogenitus solus successit.*

3 *Secundogenitus nihil petit in feudo simpliciter patri de nato, quia nihil abscessit ab hæreditate patris.*

4 *Donatum patri, & primogenitis, pariter censetur donatum illi, qui primogenitus erit.*


Hanc questionē de feudo dato patri ī remunerationē, reperio fuisse factā ab Inno. in c. nō est de decimis in fin. vbi dicit ista verba. Itē si aliquis pro mercede militię suæ, vel aduocationis, vel pro aliquo opere suo recipiat ex pacto, vel sine pacto aliquod Castrū, vel villam, vel aliā possessionē inmobilē: nūquàm de ea tenetur dare decimam prędicta ratione. s. quia de inmobilibus non sunt dādę decimę & nihil aliud dicit, sed præsupponit Inno. quòd merces laboris, vel seruitiorum non attendatur, sed confundatur cum re recepta, & labor ille, seu merces non sit iudicandus, aut cōsiderāda merces extrinsecus ab ipsa re; Lucas autē noster in l. vnica de impone̅d. lucra. descript. lib. 10. col. 8. vers. nam si pater
2 scribit ista verba, nàm si pater acquirit feudum; in quo primogenitus solus succedit, non potest filius secundogenitus petere, aut tantundem pecuniæ, quantū valet feudum ex alia patris hęreditate percipiat, secus, si pater emit, quia tunc secuudogenitus tantundē habebit pręcipuū ex alia patris substātia, quantum ex re pattis ipsius abscessit pro tali feudo empto per eum, allegat Andr. in d. §. prætereà Ducatus, hęc sūt verba sua, per quevos habetis resolutā quæstionē ꝙ in feudo donato simpliciter patri, secundogenitus nihil pe-
3 tit, q. a nihil abscessit ab hæreditate patris, & rō est, quia donatū patri, & primogenitis, cēsetur pariter donatū illi, qui primogenit⁹ erit tēpore mortis patris, qn̄ non fuit pariter contēplata psona filij, vt dicemus post Andr. in c. 1. de alien. feu. pat. & diximus in c. 1. de succ. feu. nàm vtrobique tractatur iste articulus de persona contemplata, & Ciuilistæ scribunt in l. gallus §. quidā rectè, ff. de lib. & posth. & in l. sed si plures §. in arrogato. de vulg. & pupill. nam plerunq. huiusmodi, acquisitiones, referūtur ad causam l. seio amico fidelissimo ff. de ann. leg. firmat Napod. in consue. si aliquis moriens ver. obuenientibus, sed ante ipsum hoc clarius explicauit Oldr. consi. 226. nu. 8.

Habetis ēt aptius declaratā opinionē And. in d. §. prætereà Ducatus, vt secundogenitus nō possit petere, nisi partē pretij, & illud, quod abscessit ab hæreditate, seu bonis patris, non aūt valorē feudi, seu partem valoris, quantū valet feudum tempore mortis patris: sed in feudo donato in remunerationē, Lucas nihil scripsit, nec ibi tangit istum articulū, nec etiā illū examinat Tiraq in tract. primogenitorum q. 51. vbi cū cæteris concordat in feudo empto. & donato. Nā in hoc articulo oportet ingredi illam difficultatem. s. vtrū attēdi debeat. Tempus delatæ successionis. An tempus testamenti vel mortis, quia hoc discutitur, quando disputatur de proximitate vt per Doctor. in l. si cognatis ff de rebus dub. & per Andr. in capit. 1. de successs. feudi inuocatis per ordinem nomine collectiuo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum emptitium an sit ex propria natura feudi.*


GLOS. autem Paris. §. 30. nume. 100. tangit articulum, & dicit nullum scribentium inuenisse pro sententia sua, vult enim, quòd quamnis con-

concessio feudi facta ex causa remunerationis, non sit mæra donatio, nec simpliciter beneficium, sed potius remuneratio, tamē non est donatio libera, sed concessio limitata ad fines, & limites feudi concessi ad omnia onera feudalia, inter quæ est ius caducitatis, & cōmissi in casum negationis, vel felloniç, & sic non sumus, dicit ipse, in terminis simplicis donationis, vbi transfertur totale ius rei, nec sumus in terminis donationis, in qua cadit reuocatio ex capite l.fi.C. de reuo.don. Sed in terminis condictionis ex l.feudali, vel condictionis ob causam, & subdit ista verba, imò fortius, si Dominus accepto pretio, cōcedat rē in feudū, quàmuis istud feudum emptitium non sit secundū ꝓpriā naturā feudi ex eo, qđ nō est gratuitū, tamen est verū feudū. Ex quo ità actum est, hæc sunt verba sua, per quæ videtur inferre, ꝙ illud pretiū, seu merces seruitiorum confundatur sub natura, & l.feudi, & non sit amplius in consideratione, quia feudū sic donatum in remunerationem, resoluitùr, & annihilatur eisdem culpis, quibus resoluuntur singula feuda, siuè empta, siuè donata, vt per Andr. in §. nulla in fine per quos fiat inuest.

SVMMARIVM

1 *Secundogenitus, an possit petere partem pretij de feudo dato in remunerationem.*



OPINIO ista non resoluit quæstionem, nam si vera est conclusio, vt secundogenitus petat partem pretij feudi empti, ità pariter videtur quòd petere possit partē pretij de feudo dato in remunerationem, nam sicut pretium, quod abscessit ab hæreditate patris, est in consideratione, vt tantundem detur filio secundogenito, ità, & pretium mercedis, seu seruitiorum, pro quibus dabatur actio, arguendo de actione ad rem, seu ad pretium, l. qui actionem habet de regu. iur. cum concord. Tangit Napod. in 1, consuetu. ver. obuenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, si perueniat vni ex fratribus bona diuidentibus, & alij bona allodialia, si feudū posteà cadat an ex parte feudatarij possit haberi recursus ad bona allodialia fratris postquam res perijt ex natura sua.*



PER hanc l. qui actionem habet, poterit determinari ista quæstio: nàm iudicio meo non sunt considerãda onera, quç insunt feudo, & seruitia futura, quæ præstanda erunt ex natura, & l. feudi, vt dicit glo. Par. quia cū feudum sit seruitus quædam, vt suo loco dicetur statim, ꝙ quis recipit feudū obligat se ad onera, & seruitia feudi, quæ insunt ex natura rei, & pariter obligat se, & suos ad illam resolubilitatem, quæ prouenit ex futura culpa, aut ex delicto, vel ex contractu proptereà opinio gl. Parisi. sustineri non potest, dum videtur velle, quòd prætęrita seruitia confundantur sub lege, & onere feudi, nàm videm*, quòd in patribus diuidentibus bona, si vni perueniat 1

feudum, vel emphiteosis, citò peritura ex defectu generationis, & ad alium perueniant bona allodialia, si feudum & emphiteosis posteà cadant, & incidant in commissum ex natura rei non poterit ille habere regressum ad alia bona fratris allodialia, postquàm res petijt ex natura sua, secundum gl. in l. si familiæ C. fam. ercisc. licet per diuisionē non sit immutata natura rei, & fratri prædefuncto sine filijs succedat alter frater habens filios, quia diuisio inter fratres de feudo paterno, non immutat naturam rei. Et propterea non facit feudū deuolui ad dominum, aut emphiteosim redire ad Ecclesiā, vt optimè illam gl. declarant Alex. consi. 21. vol. 3. & Ruyn. consi. 11. volu. 1. & decet Andr. in cap. 1. Imper. l. 23. & alibi.

SVMMARIVM.

1 *Quod prouenit ex natura rei, & ex futura culpa, aut desinentia, non facit, quin causa seruitiorum, & actio non viuat in ipso feudo, sicut pretium exbursatum per patrem in acquisitione feudi.*

2 *Merita maiorum ad liberos quoque transeunt.*

3 *Assertio Principis, an, & quomodo, & quando fundet originem obligationis.*



1 LLVD ergò, quod prouenit ex natura rei, & ex futura culpa, aut desinentia non facit, quin causa seruitiorum, & actio non viuat in ipso feudo, sicut viuit pretium exbursatum per patrem in acquisitione feudi, & sic videtur mihi, quòd in hoc passu, cum distinctione sit procedendum, videlicet, si talia erant seruitia, pro quibus agi poterat contrà Dominum, seu datorem feudi, vt ad illorum seruitiorū mensuram iudicandum sit, & tantundem detur Secundogenito pro rata cō sequenti ipsa actio extimabitur per Iudicem, & sic causa dandi extimāda est & non ipsa datio. Nam sufficit Secundogenito reperire in hæreditate patris illam actionem, seu illam causam, pro qua agi poterat ad remunerationem; & in hoc versabitur arbitrium Iudicis in discernendo personam donantis, & donatarij, & in rimando alias circumstantias, quæ multum prosunt ad ueritatem. Nam sępè ex affectu dantis extimatur res data, vt docet And. de alie. feu. pat. c. 1. num. 16. faciunt notata per Napod. in consuet si quis, vel si qua sit per gl. in ver. obuenerunt, vbi vult antè nu. 228 quòd quando præcesserūt merita, præsumitur magis remuneratio, quàm donatio, allegat. d. l. Aquilius de donat. illa ergo actio petendi remunerationem erat indefectibilis, & indelebilis, & ideò in remuneratione nō fuit confusa, imò magis viuificata, seu ad effectum producta vt per And. in §. sed & res per quos fiat inuest. in finalibus verbis, vnde si patri non fuisset satisfactum, vtiquè fuisset transmissa in filios l. hæres meus, ff de cond. & dem. & sic in illa spe viuificatur, & viuit actio secundogeniti, vt ad illam mensurā meritorum petatur portio, facit l. rem in
2 bonis ff. de acq. rer. dom. Nam, & merita maiorum ad liberos quoque transeunt, vt notauit Bal. consil. 355. vol. 1. & refert Socc. consil. 84. vol. 3. & licet as-
3 sertio Principis non fundet originem obli-

obligationis, quia est incerta re, & genere, tamen adducta in actum specificum remunerationis dat fomentum actui, ac validat, & vestit ipsum actū: in quem trāsfunditur prior obligatio. l. quod debitori ff. de don. cau. mor. cre derem tamen, quòd si merita, vel seruitia non exprimantur, sint posteà probāda per secundogenitos, iuxtà terminos l. Aquilius ff. de donat. & l. si pater ff. de Castr. pecul. cum concord. quia sola donantis existimatio, aut voluntas nō probat: Nam plerunque Principes, & nobiles, dum donant, credunt debitum excluisse c. 1. de don. faciunt no. per Alexan. consi. 55. vol. 5. & consil. 101. volum. 1. & consi. 119. quod est consilium fina. volum. 3.

SUMMARIUM.

1 *Donata per patrem alicui ex filijs quocunque modo debent conferri cum alijs fratribus, dum tamē per patrem prohibitum non sit.*

2 *Aduentitia sola non conferuntur.*

3 *Napod. vir imitator, & emulus Andr.*



T vt ista materia collationis non transeat penitus incognita, scire debetis, quod omnia donata per patrem laicui ex filijs, siuè simpliciter, siuè cōtemplatione matrimonij, siue ob causam militię, vel donationis propter nuptias, debent conferri cum alijs fratribus, dumtamen per patres prohibita non sit, secundum gl. notab. in l. quę pater filio ff. fam. herc. vbi in fine licet videatur velle quòd simpliciter donata non conferuntur. i. debet intelligi, quādo filius nihil petit de hæreditate patris, sed remanet contentus de donatis per patrem, & sic vult retinere bona ipsa illo tit. particulari l. ex causa C. fam. hercis. sed si forsan petat successionē, aut legitimam: tunc sine dubio tenetur conferre bona, aut bona ipsa computare in legitimam, secundum Bal. in l. si emancipati in fin. in fin. verbis C. de
2 collat. & Alex. consi. 27. vol. 5. Nam sola aduentitia non conferuntur l. illud C. de collat. Bar. & Ang. in l. 3. C. de bonisque liberis, Sali. & alij in l. 1. C. fam. hercis. sed antè istos docent hanc theoricam Oldr. consi. 135. propè fin. & clarius vir ille Andr. imitator, & Emulus
3 dominus Napod. in consuet. eas autem super glo. magistra in vet. paragiū nu. 64. vbi dicit ista verba; Præterea nonnè si admictetur ad succedendum, deberet conferre paragium, cùm siuè donat. sit ob causam dotis, vel donationis propter nuptias, vel ob causam militiæ, siuè sit donatio simplex, conferri debet, nisi simplex don. fiat emancipato, vt notatur C. de collat. auth. ex testā mento, & cum isto temperamento debent intelligi omnia scripta Doct. in d. auth. ex testamento, quicquid scripserit A ym. in consi. 85. & consi. 136. qui confundit terminos, & vt arbitror consilia illa fuerunt redempta, aut pro amico præstita. Nàm in cæteris fuit vir magni ingenij. & multa bona scripsit, & vt opinor fuit homo summæ religionis, postquàm ipse idem in suo tractatu de antiq. multa scripsit contra Docto. sibi contrarios in consilijs, & in scriptis suis. Et vt etiam in hoc non careamus authoritate Ciuilistarū, videbitis Bald. in l. ea quæ C. fam. herc. & Alex. consil.

stando seruitium dicitur venire contra fidelitatem negatiuè, & quando valeat in committendo, fallit contra fidelitatem affirmatiuam.

5 *Fellonia duplex est contractus, & delicti.*

6 *Fidelitas inest feudo sicut igni calor, & ideò remitti, & separari ab eò, nequaquam potest.*

7 *Dominus ad quae teneatur.*

8 *Feudum antè inuestituram, non dicitur, neqs erectum, neqs formatum.*

9 *Concessio sola, aut priuilegium sufficit pro inuestitura in Regno.*

10 *Vassallus si facta inuestitura iurare recuset, dominus an teneatur ei tradere feudum.*

11 *Fidelitatis, & inuestiturae gradus.*

12 *Dominus quomodo teneatur praecisè feudum tradere.*

13 *Fidelitas dicitur sollemnitas effectualis, quae dat robur actui in esse producto, & informato.*

14 *Donatio antè insinuatioaem est infirma.*

15 *Actus iurandi, an remitti possit.*

1 ABET enim feudũ duas habenas, per quas ducitur vassallus ad seruandam fi-
2 dem, nàm sicut animalia ducuntur per duas habenas, sic homo habens feudum ducitur per duas habenas fidelitatis, quas habenas alio vocabulo nominat Camer. affirmatiuã, scilicet, & negatiuam, & verè loquitur
3 quia tenetur feudatarius, dum culpam committit in omictendo de culpa, ac si commisisset, vt notatur in §. sed nec est alia iustior, quae sit prima causa benef. amitt. & hoc est, quod saepè legitur apud Andr. hoc non faceret est; nã quando vassallus culpat in non prę-
4 stando seruitium dicitur venire contra fidelitatem negatiuè, & quando culpat in committendo, facit contrà fidelitatem affirmariuam, exemplificando secundum distinctionem Camer. in cap. Imperialem, alibi etiam dicunt Doct. quòd fellonia est duplex, scilicet fello-
5 nia contractus, & fellonia delicti, & fellonia contractus, potest etiam adaptari ad culpam omissionis, quia non implet legem conuentionis, & ad quae tenetur ex natura, vel ex contractu feudi, Fllonia autem delicti est quando committitur culpa ergà dominũ, probat gl. notab. in l. si mora ff. solu. matri, quam declarat Bar. in l. licet per illum tex. in fin. ff. de peculio, refert, & sequitur Dec. consi. 37. nu. 9. Et ideò possunt istae culpae, non inmeritò denominari habenae, prout sic appellauit Bartol. in const. ad reprimendam, & ideò Andr. noster in §. porrò, quae sit prima causa benef. amitt. post nu. 22. dicit ista verba, feudum etiam plerunq; datur potius, vt seruet ei fidem, quàm propter seruitium, quia à fidelitate dicitur, & astringitur iuramento, & ad illa sex, & in §. sed nec est alia iustior post nu. 38. versus fin. dicit ista verba, aliàs liberẽ dat quantum ad seruitium, quia fideli-
6 tas inest feudo, non seruitium, nisi imponatur inest ergò feudo semper, & successiuè fidelitas, sicut in igne calor, & in tantum inest, quòd separari à feu do non potest, neque remitti per con-
7 trahentes, & hoc intelligatis, quando dominus implet ex parte sua, ad quae tenetur, tenetur namque dominus pri-
8 mum inuestire, & postea fidelitatem petere, nàm antè inuestituram, vt diximus

mus supra non dicitur feudum erectū, neque formatum, & hæc inuestit. pura verba inuestio, debet præcedere de iure communi feudorum, c. 1. quid præ-
9 cedere debeat inuestitura, an fidelitas, sed in Regno sola concesśio, aut priuilegium sufficit, vel datur litera assecurationis vassallorum, vt ibi not. Andr. sed quando facta inuestitura, vassallus
10 recusat iurare, dominus non tenetur tradere, & realiter inuestire feudatariū vt not. idem Andr. in c. 1. nu. 17. ver. nulla inuestitura ibi si inuestio aliquē de feudo, per quos fiat inuest. hoc idē dicit in c. 5. de noua for. fideli. nu. 5. in ver. inuestitura vbi ponit grad⁹ fidelitatis,
11 & inuestiturę dicit, q̄ tenetur dominus primo inuestire, scilicet verbaliter deinde vassallus faciet fidelitatem, qua facta, præcisè cogitur dominus traddere possessionem feudi vacuam. Sed si dominus differt traddere possesśionem, tenebitur vassallo ad omne interesse, alleg. d. l. primam de actio. empti. & alia pulchra subijcit, quando dominus
12 teneatur, præcisè traddere, isti ergo gradus sunt dati per ordinem, & ex hoc ordine informatur, seu capit formam sollemnitas, quæ sollemnitas ad substantiam, seu essentiam actus requiritur, illa enim verbalis inuestit. licet sit de forma, tamen fieri debet antè actū formatum .i. antequàm vassallus iuret fidelitatē, quæ fidelitas dicitur sollemnitas, effectualis, quia dat robur actui
13 in esse producto, & iam formato, vt est exemplum in donatione, quę requirit insinuationem. Nàm antè insinuationē, donatio est, sed infirma: & propterea remitti non potest. Hanc theori-
14 cam docet Ang. in suo sollemni consi. 36. incip. pro decisione quæsitorum, est benè verum, quod actus iurandi, in
15 quo fidelitas promittitur, remitti potest, & non ipsa obligatio seruandæ fidei, vt superius notauimus. Et ità intelligatis tex. in c. nulla in fin. per quos fiet inuest. ibi sinè iuramento fidelitatis habeatur, & in c. 1. de Capit. Corr scilicet vt iuramentum remittatur non ipsa fidelitas, & memini superius tetigisse.

SVMMARIVM.

1 *Vassallo dicenti in iudicio, vel extrà iudicium, se recepisse feudum conditionale à domino, nō est standum.*

2 *Sententia inualida, an validari possit, & quomodo.*

3 *Testamenta defunctorum imperfecta heredum ex nouo voluntate, an validantur.*

4 *Testamenta infirma, & imperfecta, quæ enixam sollemnitatem requirunt; an possint nuda voluntate validari.*

5 *Declaratio dicitur habere suum essentiale validum.*

6 *Declarans, nihil noui facit.*

EX hac Theorica habetis, quòd ista sollemnitas in tantum nō
1 est remisśibilis, quòd non statur confesśioni vassalli, dicentis in iudicio, vel extrà iudicium, se recepisse feudum conditionale à domino, vt docet Andr. in rub. ex quibus cau. feu. amitt. Non sic in alijs sollemnitatibus hijs vt in sententia, & in testamento, quia sententia inualida probari potest, & vali-
2 dari, non vt teneat, vt sententia; quia ius publicum non est in facultate priuato-

natorum, sed valebit, vt pactum, tanquàm ex noua voluntate eius, qui potest actum facere, & se obligare ad factum, vt docet gl. in l. 2. C. communia vtriusq. iudicij, & probatur in l. prima §. primo vbi etiam doct. ff. de leg. tertio, probat. Afflict noster decisio. 117.
3 testamenta etiam defunctorum imperfecta validantur ex noua voluntate hæredum l. si veritas C. de fideicom miss. l. non dubium C. de testamēt. quæ est lex solemnis, & notabilis, ad hoc, probat Soccin. consi. 40. in 2. quæstio. volum. 4. & Dec. consil. 254. versus fin. qui allega. alia iura notabilia. Sed contra hanc decisio. statim insurgit ratio, quòd testamenta infirma, & imperfecta, quæ enixam sollemnitatem requi
4 runt. Non possunt nuda voluntate validari, iuxtà nor. per Doctor. in l. hæredes palàm §. sed si notam, vbi optimè loquitur Paul. de Castr. ff. de testamen. videlicet, quòd si ista noua voluntas hæredum stabit declaratiuè ad testamentum paternum, vtique declarari non potest, quod erat infirmum, & inualidum, quia declaratio instar con-
5 firmationis, debet habere suum essentiale validum, aliàs vtraque voluntas infirmatur, quia, qui declarat, nihil
6 noui facit, vt in vulgaribus, si autem stabit, vt noua voluntas, illa etiam caret sollemnitate, quæ requiritur in testamentis, & si habebit sollemnitatem testamentum, erit etiam reuocabilis, & ex ea agi non poterit antè mortem hæredum, & sic quocunque teuergis, inuenies conclusionem ipsam dissonantem, & non congruam rationi, etiam propter authoritatem Bald. qui dubitare visus est in rubr. C. res inter alios acta nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non obligatur ex non sollemni testamento soluere, quod testator legauit, nisi cepisset soluere.*
2 *Andr. authoritas magna est.*
3 *Substantia veritatis non immutatur.*


SED ad ista respondet Andr. vnico verbo in cap. 1. §. donare, qualiter olim poterat feudum alienari, ante numerum 9. vbi dicit ista verba. Sed quia de iure non summissa est hæc voluntas, quod oportet, vt quod præcipitur, legitimum sit; ad hoc, vt hæres teneatur implere auth. hoc amplius, C. de fideicommiss. nisi dicit ipse, sciens inualidam ca pisset implere, allegat d. l. non dubium, hoc idem dicit idem Andr. in cap. 1. qui testes sint necessarij. vbi in principio loquens de hac sollemnitate irremissibili post numerum 3. dicit ista verba. In facto alieno loquitur l. veritas ex non sollemni testamento, non obligatur hæres soluere, quod alter, sci-
1 licet testator legauit, nisi cæpisset soluere, alleg. d. l. non dubium, & hoc idē videtur firmare Bal. in loco prædi-
2 cto dū loquitur de ratificatione. Andr. authoritas magna est. Sed non respondet ad motiua superius facta in cōtrariū, ad quevos respondeatis, quòd ista noua voluntas hæredum non stat, tanquàm declaratiua voluntatis alterius, neque stat tāquam de nouo cōfecta, vt dicebat Bal. sed venit ad validandum, quod infirmum, & inualidum erat.

O quod

quod facilius fieri potest ex noua agnitione, & voluntate hæredum l. qui ex liberis, quæ est lex pen. §. testamento ff. de bono. possess. secundum tabulas, probat Angel. consil. 364. & per istum text. defendetis opinionem Andr. quæ vera est, & secundum quam fuit aliàs iudicatum in S. C. in ardua causa, me aduocante pro dominis de Acciapaccia, & hęc sufficiant, quò ad terminum substantialem fidei. Neç etiam obstabit l. cum falsa C. de iur. & fact. ignor.
3 vbi dicitur, quòd substantia veritatis non inmutatur, quia lex illa declaratur per l. cum testamentum C. eo. ibi si non ipsius accessit iudicium; & ità intelligit Areti. consil. 14. & dicam in addit. meis clarius.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quot modis queratur.*
2 *Inuestitura, intra quod tempus petatur.*
3 *Succedens ex contractu, in rem quoque succedere dicitur.*
4 *Feudum, an ex diuersis principijs, et modis queratur.*
5 *Nobilitas vnica est licet diuersis modis queratur.*
6 *Testamentum initiatum, & non perfectum, testamenti nomen non meretur.*
7 *Abortionem faciens antè animæ infusionem eius, qui in vtero est, non punitur, vt homicida.*
8 *Antiquior insedendo, & in ceteris actibus præcedit.*



SVperest, vt sciatis quot modis quæratur feudũ, super quo And. noster in c. 2. de feudi cognitione dicit ista
1 vestra, secundo dicitur. ꝙ feudũ acquiritur inuestitura, & successione, & alijs duobus modis de quo dicitur infrà de consuetudine recti feudi in princ. hoc idem dicit idem And. in 1. quest. in prelud. post nu. 15. sed in c. Imperialem §. illud antè nu. 71. dicit ista verba, & sic non sunt de perpetuo prohibitis alienari, quia inuestitura, successione, emptione, præscriptione, donatione vera, vel præsumpta acquiruntur hæc sunt verba sua, q̃ sunt addenda ad d. c. sciendũ de feu. cognit. vt feuda possint queri quinq. modis. Sed in d. c. 2. in ver. successione dicit, quòd in filijs nõ dicitur propria successio. Sed largo modo qñ est hæreditariũ, & posteà nu. 6. subdit, Sed quomodo acquiritur successione, Imò semp inuestitura quia, cũ succedi-
2 tur oportet, ꝙ infrà annum, & diē petat inuestituram, Old. autem consi. 72. nu. 3. dicit, ꝙ feudum acquiritur inuestitura, p̃scriptione, & successione, & singula mēbra prosequitur. Sed posset ingeniosus arguere ꝙ oẽs isti modi, eò incidunt in vnum, & conueniunt in eundem effectũ, origine inspecta, nàm filius, qui succedit patri in feudo hæreditario, fatetur feudum fuisse paternum, & fatetur simul patrem, aut aliũ authorem fuisse inuestitũ. Agnatus ẽt, qui succedit primo acquirenti, cui etiã succedere dicitur. ẽt in feudo ex pacto, & prouidentia, vt no. And. in c. 1. de suc. feu. nàm etiam qui succedit ex contractu, dicitur in rẽ succedere, vt no. And. in c. primo post nu. 7. per quos fiet inuest. vbi dicit ista verba. Item quilibet

suc-

ucceſſor petit inueſtituram, & facit fidelitatem, vt dictum eſt, qui habet per contractum ſucceſſor in rem eſt hę res etiam illius, qui emit, aut qui ex dono habuit, & illius, qui præſcripſit, tenetur inueſtituram, ſeu confirmationē petere, & omnes iſti modi quærendi feuda, ab vno princ. deriuantur, ideſt, ab inueſtitura vera, vel præſumpta, & ſic vnicum erit dare principium acquiſitionis feudi, ſcilicet inueſtituram, ſicut etiam vnica dicitur nobilitas, li-
4 cet ex diuerſis principijs, & modis quęratur, & in hoc iudicio meo non benè ſenſit dominus Tiraqu. dum dixit, quòd nobilitatis, plures ſint ſpecies. Nàm alia dicit ipſe, dicitur nobilitas, initians, alia medians, alia perfecta: cum quo ego non conuenio in hoc paſ
5 ſu, quia vnica dicitur nobilitas, licet diuerſis modis quæratur. Nàm ſicut non differt feudum nouum à veteri in ſubſtantia, & ſicut non differt infans à iuuene, vel à ſene; Nec homo ab homine, ità non differt nobilitas à nobilitate, videmus hoc in præſcriptione, & in cæteris actibus, qui à lege nomen, ac formam. Recipiunt, nàm dùm initiantur, non merentur habere
6 nomen, teſtamentum etiam initiatum, & non perfectum non dicitur teſtamē tum l. fideicommiſſa §. quoties ff. de leg. tertio. Præſcriptio etiam initiata, habens ſuos Comites, ſcilicet titulum, bonam fidem, & aliquale tempus, non meretur nomen præſcriptionis niſi perficiatur in tempore. Naturalia ēt hoc nos docent, quia homo dum in vtero organizatur, antè animæ infuſionem,
7 qui ventris abortionem fecerit, non punitur, vt homicida, vt notant Doctor. in l. ſi quis aliquid §. qui ab orationis ff. de pœn. Et nobilitas cùm ſit nomen iuris, non poterit dici nobilitas, niſi perfectè quæratur, ex illis modis, quos lex adinuenit, & hi, quinque ſunt, vt dixi in tractat. meo nobilitatis, quem cito in lucem dabo annuente domino. Nàm impeditus in cauſis forenſibus, non potui illum reuidere, maxime quòd pro honore Illuſtrium Plathearum, & ſedilium huius Ciuitatis. Neap. quibus plurimū debeo, oportebit aliqua ſuperaddere, ſtatim ergò quòd nobilitas aſſumpſit nomen, ſumpſit pariter, & effectum, eſt benè verū, quòd comparatiuè poterit ſaluari opinio domini Tiraquelli, ſcilicet vt in ſe-
8 dendo, & in cæteris actibus antiquior præcedat, & hoc erit fauore perſonarum, quibus, tanquam antiquioribus deferri debet. Sed ipſa nobilitas ſimpliciter conſiderata, erit ſemper vnica, ſicut vnicum eſt principium quærendi feuda, licet diuerſi modi conſiderētur per Andr.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura eſt prima radix, & principium quærendi feuda.*

2 *Cui confirmatur, non ſtatur, etiam generalis confirmatio non trahitur ad inuiſta.*


ET poſtquàm Andr. poſuit quinq. modos, quaſi quinque pĉipia quærēdi feuda, vtile erit de ſingulis in-
1 ueſtigare, & diſcurrere. Inueſtitura ergò eſt prima radix, & principium acquirendi feuda, vt ſuperius notauimus, ſed dubitari aliquando vidi in ar-

arduis causis, de quibus cōsultò mentionem non facio, quia aliquæ nunc pendent indecisæ, an si appareāt plures confirmationes in forma communi ad postulationem hæredum reuelantium mortem defunctorum sub cōmemoratione certæ formæ. i. quia asserebant Regi tenere feuda per mortem parentum, in quibus succedunt, tàm masculi, quàm fœminæ, & Rex sequendo assertionem eorum, iusserit solui releuiū & fieri inuestitutam, seu confirmationem, vt moris est, Si posteà. Fiscus petat præsentari, aut exhiberi prædictam inuestituram, de qua nihil constat, an pro inuestitura sufficiant istæ confirmationes factæ in personam hæredum; super qua quæstione, videbatur dicendū, quòd confirmatio in forma communi, nihil est, & nullum ius tribuit, nisi reperiatur confirmabile, & prima inuestitura, super qua inhærent, tanquam super prima causa cæteræ confirmationes, posset etiam dici, quòd voluntas Regis in hoc casu nullum ius tribuat, quia ipse nihil disponit, confirmando, sed facit actum necessarium, & Principis intentio. In hoc attendi debet, vt docet Andr. in c. 1. nu. 3. de vassallo decrepitę ætatis, & notant Ciuilistæ in l. ex hac scriptura ff. de donat. & in confirmatione priuilegiorum, hoc firmauit expressè Aretinus consi. 7. & 8. vbi vult, quòd per confirmationem nullum ius quæritur, nisi superueniat noua virtus, & noua voluntas, vt dicit Bal. in c. Imperialem §. insuper in fin. in finalibus verbis, vbi ponit exemplum naturale, in pomo arancio, cuius humiditas in hyeme multùm desiccatur, posteà in vere reuiuiscit; & tamen idem est pomum, faciunt etiam pro hac opinione no. per Bal. in l. more maiorum ff. de iurisdic. omn. iud. & per eundem Bal. & Ange. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, vbi volunt, quòd qui confirmat, nō dat, & quòd generalis confirmatio nō trahitur ad iniusta vt notant Innoc. & omnes in cap. 1. & 2. de confirmat. vtili vel inutili.

SUMMARIUM.

1 *Confirmationes non possunt stare cōditionaliter, sed causatiuè.*

2 *Confirmatio parit ius, quod supplet defectum sollemnitatis, & formæ.*


SED istis non obstantibus, contrarium semper cōsului, & defensaui fretus authoritate Oldr. consi. 121. Aret. consi. decimo quos refert, & sequitur Curt. Iun. consi. 97. nu. 4. & seq.
1 qui volunt, vt confirmationes istæ non stent conditionaliter, sed causatiuè, & hanc opinionem sequitur gl. Paris. §. 5. nu. 66. & §. 11. nu. 19. & ratio istius decis. est, quia istæ renouationes, seu confirmationes semper fiunt cum causæ cognitione, vt docet Andr. in c. si minori, si de feu. fuerit controuer. & alibi sæpè notat Fel. in c. 2. de rescrip. col. 4. est etiā melior ratio, quàm tradit Bald. in sua disputatione, incip. accusatus de vi turbatiua videlicet, quod illud, quod quis facit ad conseruandum, operatur etiā ad inducendū, quod est dicere ad agēdum, & excipiendum, pro qua opinione, facit tex. notab. in l. si donatio. C de donat. Sed idem Bal. in l. iute nostro §. propter litem ff. de testam. tute. dixit, quòd confirmatio parit ius, quod per

se

se stat; & alibi, quod supplet defectum
2 sollemnitatis, & formæ, refert Soccin. consf. 63. Dicam latius post Andr. in c. 1. de vassall. decrepitæ ætatis, quia veritas istius conclusionis non indiget auxilio, vt quotidie practicamus in Regia Camera vbi semper, & hodie resident peritissimi viri quorum scientiã pluries, & in arduis causis degustaui, & expertus sum. Vidi, & dubitari quid, si post istas recognitiones, & cõfirmationes præsentetur prima originalis inuestitura, & illa in aliquo sit difformis ab istis confirmationibus, quorum altera attendi debeat, scilicet prima concessio, seu inuestitura, vel istę confirmationes, quæ transierunt, quòd ad modò in nouam dispositionem. Hæc quæstio satis antiqua est. Nàm eam tangit Afflic. in c. 1. in fin. de contentione inter dominum, & vassallum, vbi vult, quòd prima inuestitura attendatur, allego ad antiquiores pro ista opinione, quod idem tenuit dominus Loffred. in sua parafrasi in c. 1. de not. feud. in fin. qui etiã alleg. alios. Hoc idem firmat gl. Paris. d. §. 5. nu. 76. qui alleg. vltrà alios Bar. in extrauaganti ad reprimendũ, & Alex. consi. 46. vol. 1. Et est communis sentẽtia omnium feudistarum: vndè cauti, & malitiosi aduocati aliquando consulunt, vt non præsentetur prædicta inuestitura quando plus commodi capiũt ex renouatione quod faciendum, neq. ferendum est, quia peccant mortaliter & ad veritatem, omnes laborare debemus, & hoc est quod dicunt omnes Ciuilistæ, vt in antiquis debeat allegari tir. 9. & probari possessio. Inter quos sunt Bald. & alij in l. 1. C. de seruitut. & aqua. Sed quòd probata prima inuestitura, vel concessione, ei stari debeat, & sequens recognitio, quatenus est illi contraria, reijci debeat, tanquã erronea, probat Bal. in c. 1. de feu. guar. & in consi. 375. vol. 2. Iacobinus de Santo Giorgio in sua inuest. versi. dictiquè vassalli, Curt. in 2. part. tractatus feudorum, quæst. 7. Decius consil. 184. & alij, quos enumerare laboriosum esset, quibus addi debet Alex. consi. 9. volu 5, & Camer. in c. Imperialem fol. 76. littera B. qui alios quoquè allegat, pro quibus facit ratio. quia illa præsumptio, quæ surgit ex antiquitate, tollitur per inspectionem instrumenti, vt per Dec. consi. 13. post prin. Et hoc quidem regulare est, vt præsumptio cædat veritati, quando effectus non correspõdet præsumptioni, & l. si filius C. de petit. hære. cum concord.

SUMMARIUM.

1 *Exceptio Regiæ Pragmaticæ, an procedat, & fundari possit in priuilegijs confirmationum, seu renouationum inuestiturarum factarum ab anterioribus Regibus.*

2 *Confirmatio duplex est altera, quæ dicitur in forma speciali, & altera, quę dicitur in forma communi.*

3 *Confirmatio in forma speciali, & confirmatio in forma communi quid sit.*

4 *Confirmans nihil tribuit.*



1 FACIT iste discursus ad quęstionem, an exceptio Regiæ Pragmaticæ Aeditæ thoro procedat, & fundari posit in istis priuilegijs confirmationum, seu renouationum inuestiturarum

rum

rum factarum ab illis Regibus, & pro cognitione, vos sciatis, quòd confirma
2 tio duplex est, alia, quæ dicitur in forma speciali, & alia, quæ dicitur in forma communi. Confirmatio in forma speciali est, quando Rex sciens, & ex certa scientia tribuit de nouo ius, illud
3 non habenti, de qua loquitur Andr. in alleg.c.1. de vassallo decrepitæ ætatis, & alibi sæpè. in forma autem communi est, quando nullum ius tribuitur habenti feudum, nisi quòd confirmetur, illud, quod prius habebat, & sic, si inualidum ius habebat, non potest se tueri ex hac confirmatione, cui neque natura rei, neq. inuestitura præcedens, neq. voluntas Principis aliquid cooperantur, vt notauit Oldr. consil.164. & 326.
4 Nam tunc confirmans, nihil tribuit l. lege obuenire ff. de verb. signif. probat Bal. in l. cùm venisset post gl de testam. & in c. ex parte de const. & in l. & quia ff. de iurisdic. om. iud. & in l. aduersus si aduersus rem iud. & satis eleganter in l. ex placito C. de rerum permutatione, vbi pulchrè, & doctè loquitur notar. Inno. in c. dudum de decimis satis opt.

SVMMARIVM

1 *Reuocatio, quæ datur creditoribus ad bona alienata per debitorem, an procedat etiam in feudis.*



VIDI etiam dubitari, an reuocatoria, quæ datur creditoribus ad bona alienata per debitorem procedat, etiam in feudis, posui hanc quæstionem hic, quia plerunque feudatarij habentes titulos infirmos, alienant feuda, quæ possident cum assensu Regis, & vnico ictu fraudant Regem, & creditores.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura, qualis præsumatur, si de originali non constet, neque de principio requisitionis: & quid in feudo Ecclesiæ, an præsumatur inuestitus, secundum naturam feudi recti pro masculis tantum, & an pro masculis, & fœminis.*



VIDI, etiam dubitari, qualis
1 præsumatur inuestitura, si de originali non constet, neq. de principio acquisitionis, & quid in feudo ecclesiastico an præsumatur inuestitura, secundum naturam feudi recti pro masculis tantùm, & an pro masculis, & fœminis, super quo nouissimè respondi pro domino Hyeronimo de Auolos Domino feudi Villæ franchæ in territorio Ciuitatis Beneuenti, cum quo concurrebat Domina Daria de Auolos eius neptis, & lis pēdet adhuc, in alma vrbe; & cùm allegationes fuerint transmissæ ad illos peritissimos, & insignes viros dominos Auditores Rotæ, de quibus aliquid describetur alibi placuit aliqua fragmenta describere per capita.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura, an præsumatur in dubio pro se, & liberis, & sic præsumatur feudum rectum, & ex pacto, & prouidentia, an purum præsumatur*

sumatur feudum hæreditariũ, quãdo simpliciter fuit concessum,

2 *Quot formæ inuestituræ dentur,*

3 *Fœminæ exclusæ in Regno, vigore constitut. Regni, an dicantur perpetuò exclusæ per existentiam masculorum,*

4 *Regula semel exclusa, dicitur perpetuò exclusa, quomodo intelligatur,*



VIDI etiam dubitari, an inuestitura præsumatur, in dubio pro se, & liberis, & sic præsumatur feudum
1 rectum, & ex pacto, & prouidentia, quod ego fideicommissarium appellare soleo, an verò præsumatur feudum hæreditarium, & hoc quando simpliciter fuit cõcessum, de quibus omnibus particulariter disputabimus iuxtà morem, & videbimus simul de formis inuestituræ, nàm Doct. Regni arbitrãtur
2 dari tres formas inuestituræ, prima est quando conceditur feudum pro se, & liberis, secunda quando datur pro se, & hæredibus, tertia quando datur pro se, & liberis, vel hæredibus, ex corpore. Et hanc tertiam adinuenit. Affl. noster in §. prætereà ducatus de prohib. alien. per Feder. nu. 13. versus fin. num. & amplius considerabimus quomodo intelligatur. And. in § quin etiam Episcopũ, vel Abb. & in c. 1. de eo, qui sibi, & hæ-
3 red, suis, masc. & fœm. scilicet an fœminæ exclusæ in Regno vigore const. dicantur, perpetuò exclusæ per existentiam masculorum. Et an simul succedant, & vocentur cum masculis, sed per ordinem, & quomodo intelligatur
4 illa regula semel exclusa, dicitur perpetuò exclusa.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio generalis, non trahitur ad iniusta, nec cõfirmat ius, quod erat nullum, nec tribuit ius, aliàs non habenti.*

2 *Confirmans non intendit, neque ius suum, neque alienum dare.*

3 *Exceptio Regiæ Pragmaticæ, an procedat absque titulo,*



ET reassumendo propositas questiones, iuxtà ordinem videbatur in prima questione circà exceptionem Regiæ Pragmaticę ꝙ exceptio prædicta non possit fundari super confirmationibus, seu renouationibus factis per illos Reges, quia vt dixit Affl. in c. 1. nu. 5. & 6. & seq. per quos fiet inuest. cõfirmatio nullum ius tribuit. Sed antè eum hoc idem firmauit And. in c. Imperialẽ post nu. 16. in prima addit. vbi dicit ista verba, debẽt enim verba esse talia, quæ significent causam aptam, & titulum transferendi dominium ff. de acq. rer. dom. l. nunquàm nuda, & posteà subdit, quia feudo aperto domino scienti, & confirmanti, non præiudicaret, quia non intendebat hoc. Vndè dicunt Do-
1 ctor. quòd generalis confirmatio non trahitur ad iniusta l 2. C. de diuers. præ di. lib. 11. Bar. & alij l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris Bald. post Cyn. in l. cùm oportet C. de bonisque lib. & bonus tex. in c. 1. per quos fiet inuest. nàm non confirmatur quod erat nullũ. Nec tribuit ius, aliàs non habenti, secũdum Bar. in l. si constat ff. de appell. & Oldr. consi. 164. viso priuilegio, nisi ex certa scientia hæret, Innoc. in c. 1. de transact.

Rex ergo, qui confirmat, non intendit, neque ius suum, neque alienum dona-
2 re, & propterea confirmationes istæ non dant titulum, & sine tit. non proce
3 dit exceptio Regiæ Pragmaticæ: quæ stat fundata in titulis, & donis illorum Regum, & deriuatur ex cap. quod inci pit æditum pentimæ per Regem Alfonsum, & illud capitulum deriuatur, etiam, & nascitur ex l. benè azenone C. de quadrien. præscript. sed hic aduertãt Iudices, & aduocati, quòd exceptio ista opposita per alterum, ex litigantibus, poterit prodesse aduersario, & poterit ex ea pro aduersario iudicari, quã do ille habebit titulum producentem exceptionem istam, dato, quòd non sit opposita per eum, & iudex, qui ex cõflictu scripturarum videbit exceptionem istam, magis cõpetere vni, quàm alteri poterit super ea pronunciare ad fauorem habentis meliorem titulum, etiam si ille non opposuerit, quia sufficit Iudici per alterum ex litigantibus fuisse appositam, & ità aliquando iudicatum vidi per peritos, & doctos viros in aula, in quo præerat insignis, & summæ scientiæ vir dominus Cæsar. Vitellus Regis Consiliarius ex Theorica Bal. in l. cum quidam, quæ est l. fin. nu. 9. C. de fideicomm. libert. & melius in l. 1. col. pen. C. si plur. vna sent. ibi tamẽ in pari causa, alio non adiuncto.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio præsumitur secundum formã prioris inuestituræ, si aliud non apparet.*

SED in proposita quæstione: vos domini tenere contrariũ, scilicet quòd dicta exceptio Regię Pragmaticæ procedat, & fundari possit, etiam super ipsis confirmationibus per illa verba capta, erecta, & confiscata, donata, & quouis modo cõcessa fuerint. Nã suffic t possessori habere feudum cum permissione domini, secundum And. in c. 1. §. hac ędicta li de proh. feu. alie. per Lothar. & ad tutandam possessionem, sufficit cõsensus Regis, qualis qualis. Nàm possessor poterat tunc alienare, & in alium transferre, & dominus, aut Rex non potuisset impedire alienationem, iuxtà not. per Andr. in c. 1 nu. 10. per quos fiet inuest. Vndè ille assensus domini, qui fuisset impetratus super venditione, & translatione vtilis dominij in alium, sicut fuisset profuturus emptori, debet pariter prodesse hæredi, qui habuit renouatio
1 nem; & cùm renouatione titulum conseruatiuum, licet non acquisitiuum, inducta enim ad conseruãdum, prosunt & ad excipiendum, vt alibi diximus. Et notauimus nam Rex confirmando infeudationem iuri suo, præiudicat, nõ alieno, vt notauit idem And. in c. 1. qualiter vassallus iurare deb. fidelit. post num. 4. vbi dicit ista verba; quin etiam Princeps confirmando infeudationem prædictam iuri suo tantum præiudicat, non alieno; per quæ verba, satis cõstat per confirmationem dari, & acquiri titulum, & titulum habilem, tàm ad agendum, quàm ad excipiendum l. ex hac scriptura ff. de don. & l. si dona. C. eod. quæ est lex. notab. ad hoc, quod prouenit propter vim possessionis, quæ sola facit, vt fiat confirmatio, & detur littera assecurationis, secundum Andr.

in c. 1. post nume. 6. ibi non est dicendū de feudi cogn. nàm per eam præsumit ius præcessisse cõtractū l. 1. in fi. magnę gl. C. de iure emph. & in hanc partē videtur inclinare insignis Doctor, & summi ingenij vir dominus Pisanellus in suo commẽto, quod fecit ad intellectū dictæ Regiæ Pragmaticæ, & hanc exceptionem dicunt moderniores nostri competere, ne dum contra priuatū, sed etiam cõtrà fiscum, vt videre est apud eos, & hæc, quò ad exceptionē Regiæ Pragmaticæ quæ procedit, ne dū in tit. iuris collatiuo, sed ēt declaratiuo, & cõseruatiuo. & pro his facit ratio. quia cõ
1 firmatio præsumitur secundū formam prioris inuestituræ si aliud non appareat Bart. in l. si mihi, & titio circà fin. ff. de verb. oblig. Bal. in l. 1. C. quando nõ pet. part. & notat Alex. consi. 105. vol. 4. & probatur ī d. l. si donatio C. de don. quę est singularis adhoc, & semper allegenda. Ad decisionem huius articuli.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio non datur, si euentus non correspondet fraudi.*



QVO verò ad reuocatoriā, an illa detur contra possessorem bonorum feudaliū debetis scire pro declaratione terminorum, quòd quando debitor alienat tit. lucratiuo, sufficit hoc casu consilium fraudatoris l. ꝙ debitor habuerit animum fraudandi, etiā si donatarius, aut quiuis alius acceptor non participauerit de dolo, cùm illa tamen distinctione, quæ fit in l. omnes §. Lucius, quæ in fraud. cred. & in l. penult. c. quæ infraud. cred. nam si euentus non correspondeat fraudi, non datur re-
1 uocatio l. ait prætor §. ità demum ff. eodem titu. sed quando fieret alienatio tit. oneroso, tūc oportet vtrunq. participare de fraude i. est quòd tam venditor, quàm emptor habuerint animū damnificandi, secus autem, si alienatio fieret in vltima voluntate l. patronus ff. de probat. quæ est l. notabilis iuncta gloss. & ex istis habetis declaratam materiam tractatam per Docto. in § item si quis in fraudem institut. de actio. & per Bartol. in auth. sed iam necesse C. de donatio. antè nupt. & in l. cùm quis decedens §. titia ff. de lega tertio. & per Angel. in l. si donatione C de collatio. vbi moderniores plurima cumulant; Notat aliqua Bartol. in l. hæreditariū, ff. de bon. auth. iud. possid. Tangit Andr. in const. in aliquibus, & notant. Doctores in l. penult. C. de his quæ in fraud. cred. vbi prædicta notantur, & docet Andr. in capit. primo quibus mod. feu. amitt.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius, si fraudulenter alienauit feudum, in tertium fiet exequutio propter fraudem adhibitam in alienationem.*



SED quæstionem propositam, nullꝰ ex nostris regnicolis tāgit nisi solus Afflict. in c. 1. §. quid ergo nu. 7. de inuest. de re alien. facta, vbi vult, quòd si feudatarius frau-
1 dulenter alienauit feudū contrà tertiū fiet exequutio propter fraudē adhibitā in alienatione, cuius dictis addi põt gl.

in l.æris alieni C.de don.& quod notabiliter alleg.Guid.Papę decis.460.quorum scriptis subscribo, quia multotieś practicaui,& hæc notetis,quia sæpè accidũt,vt sciatis formare libellos in istis actionibus reuocatorijs,quibus addatiş glo.Paris.§.8.gl.3.nu.17.& seq.& Alex. cons. 55.vol.1.& l.1.cum seq.C.de reuo. his,quæ in fraud.cred.alien. sunt docet practicà And.in c.1.in prin.quib.mod. feud.amitt.lo 2.ibi sic in alienatione,& in c.1.nu.5.per quos fiet inuest.cuius dictis addi possunt notata per Socc.cons. 14.vol.4 & perscribẽtes in l.1. & 2. c.si in fraudem patroni quas leges alibi declaramus aperțius.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura qualis præsumatur.*
2 *Feudũ omne præsumitur cõstitutũ, secundum naturam recti feudi.*
3 *Concessio pręsumitur facta,prout ius disponit,cùm aliud non constat.*
4 *Ius feudorum disponit,quòd singula feuda sint, secundũ primordialẽ naturam ex pacto,& prouidẽtia,quæ feuda fideicommissaria appellãtur.*

1 QVALIS autem pręsumatur inuestitura, iuxtà propositos articulos, est sciendum, quòd omne 2 feudum præsumitur rectum,seu constitutum,secundum naturam recti feudi, scilicet vt feudum censeatur datũ pro se,& liberis, ità ꝙ in eo non succedant fœminæ,sed tantum veniant descendẽtes de sanguine,& ex recta linea, vt notatur in c.1.de consue. recti feudi, & in c. 1. an agnatus, & in §.& si clientulus de alien.feud. & ratio est,quia quando aliud non constat,præsumitur facta cõcessio, prout ius disponit l. si cui ff. de 3 seruitu. Et dispositio iuris cantat vt feuda vadant ad filios cap.1.§.& quia vidimus in hoc titulo vestro quæ. regul. etiam in priuilegijs,& in rescriptis procedit c.causam,quæ de rescript.c. licet de præbend.probat gl in c.paratus 23. q.1.& tangit Bal. in auth' omnes peregrini circà fin.commu de succ. sed ius feudorum est,atq disponit, vt singula 4 feuda, secũdum primordialem naturã sint feuda ex pacto,& prouidẽtia,iuxtà ad inuentionem Bulgari, & Pilei, & iuxtà dispositionem d.c. 1. postquàm à principali prouidentia processerũt,quę feuda solitus ego sum appellare fideicõmissaria,& in ardua causa vertẽte in alma vrbe inter dominũ Hyeronimũ de Auolos Comitem,& possessorẽ Villæ franchæ in territorio Beneuenti, & dominam Dariam de Auolos neptem concurrentem,respondi, vt inferius videlicet sed an hoc procedat, etiã in Regno,in quo fœminæ succedunt, & cõtractus solet interpretari à cõsuetudine,vt per Bar in l.si prius §.placuit ff.de aqua pluuia arcen.vbi est tex.alibi tractauimus ad intell.constit. vt de successionibus.

SVMMARIVM.

1 *Ad qualificandum naturam rei, vnicus,actus sufficit.*
2 *Fœmina, an sit omnino incapax feudi, & an habilitari possit per Principem.*



IN hac causa.dubium faciebat pro dominaDaria,primũ possesio dominæ Feliciane, per quam

quam videtur fundata intentio cōcurrentis, quòd feudum Villæfranchæ possit posśideri per fœminas. Nàm ad qua
1 lificandam naturam rei, vnicus actus sufficit c. cùm ecclesia sutrina de causa possess. & proprieta. cap. cùm de benef. de præben. in 6. Quæ iura allegauit Andr. in c. 1. nu. 12. de controuer. feud. apud par. tem. ibi, sed an sufficit semel collatum feudum per Regem. Secūdo etiā
2 facit, & abduci potest pro domina Daria altera regu. quæ vult. quòd fœmina non sit omninò incapax feudi, & habilitari posśit per Principē in erectione illius, etiā in illis feudis rectis, pro quibus personale seruitiū præstatur, nàm tunc seruire poterit per substitutū sicut etiam dicimus in clerico scienter inuestito, & de vtroque est casus in c. 1. de benef. fœm. vbi hoc not. Andr. & alibi pasśim. Nec dicatur, quòd antè dominam Felicianā, nulla alia fœmina posśedit hoc feudum, neq. in eo visa fuerit succedere, quia hoc potuit contingere, quia casus non venit, & proindè cum sublatis de medio masculis feudū poterit peruenire ad fœminas, potuit pariter domina Feliciana de eo inuestiri, & post eam facta est legitima contradictrix dicta Domina Daria.

SVMMARIVM.

1 *Posśidere prohibitus, prohibetur, & agere.*
2 *Natura, & aptitudo rei repugnat petitioni fœminarum in feudis.*

HIS tamen, & similibus, quæ in contrarium allegari possent, non obstantibus, contrarium fateri oportet in casu nostro, scilicet, vt dominus Hyeronimus conseruetur in posseśsione dicti feudi exclusa prorsus prætēsione dictæ Dominę Darię, quæ nullam habet iuris subsistentiā, & pro veritate est præmittendum, quòd naturalis status rei repugnat prætēsioni partis; pars non potest admitti, nisi doceat de priuilegio, & de habilitatione; duo enim repugnant, & obstant prætensioni dominæ Dariæ videlicet impedimē tum rei, quia feudum ad fœminas transire non potest, nisi ex priuilegio, & impedimentum personæ, quæ nisi habilitetur agere ꝓhibetur ad feudū ex reg.
1 vt ꝓhibitus posśidere prohibeatur, & agere c. 1. de contr. inter masc. & fœm. de benef. maximè ꝙ dominus Hyeronimus reperitur in posseśsione, probat gl. in vers. denegandā l. titia ff. sol. matr. & Alex. qui alios citat in l. si emācipati C. de coll. probat etiā tex. in c. inter filiā defuncti, si de feu. fue. contr. qui vult, ꝙ quando partes simul concertātes fatētur qualitatē feudi, fęmina concurrens excluditur, & ratio prōpta est, quia na-
2 tura, & aptitudo rei repugnat petitioni fęminarum ex reg. tradita in c. vestro §. hoc autem, notandum est, vbi leguntur ista verba: hoc autē notandū est, ꝙ licet filię, vt masculi patribus succedāt, legibus tamē à succesśione feudi remouentur, similiter, & earum filij, nisi specialiter dictū fuerit, vt ad eas pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Factum dicere est in potestate dicentis, ius tamen indè resultans l. authoritati reseruatur.*

P 2 PRO



RO qua decisione, facit, quia etiam si domina Daria cæpisset possidere, & fuisset spoliata per Dominum Hyeronimum, vtique non posset petere restitutionem feudi, quia haberet l. resistentiam, nisi in promptu docuisset de sua habilitate, & dispensatione, impedit enim lex natiuitatem obligationis in similibus, & proinde, nisi tollatur legis obstaculum per aliam l. aut per priuilegium semper fœmina impeditur agere, & possidere instar petentis decimas in aliena parrochia, c. ad decimas de restitu. spol. in 6. Statim ergò, quòd Domina Daria fatetur, & agnoscit rem, quam petit esse feudalē, facit se alienam à petitione, quia factū
1 dicere est in potestate dicentis, ius tamen inde resultans, l. authoritati reseruatur l. ordine decurionum circà medium ff ad municip. & de incolis.

SVMMARIVM.

1 *Feudi recti natura quid sit.*
2 *Feuda semper præsumuntur ex pacto & prouidentia, nisi dictum sit in inuestitura tibi, & hæredibus.*
3 *Feudum hereditarium, an dicatur ex pacto, & prouidentia.*
4 *Feuda cum regulentur à capite, præsumūtur hæreditaria, quia Regnū est hæreditarium.*
5 *Verbum pro te, & hæredibus alterat naturam feudi, vt ita quæratur per successorem, si sit hæres.*

1 ATVRA ergò feudi recti est, vt transeat ad masculos, & semper feuda præsumuntur,
2 ex pacto, & prouidentia, nisi dictum sit in inuestitura tibi, & hæredib⁹, quia tunc qualitas ista, & non couentio facit
3 feudum qualificatum. l. cum qualitate hæreditaria. Nàm etiam feudum hæreditarium dicitur ex pacto, & prouidentia, vt alibi diximus cum adiectione tamen qualitatis hæreditatis c. 1. nu. 4. an agnatus per Andr. cum distinctione tamen, nisi feuda sint in Regno, & possi-
4 deantur à Rege. Nam tūc teneo, quòd feuda cum regulentur a capite, præsumuntur hæreditaria, quia Regnum est hæreditarium, vt in const. it. quæ incip. cùm hæreditarium. Sed in alijs stabit firma regula, vt omnia feuda præsumātur ex pacto, & prouidentia, quæ ego ex mente Andr. nominare soleo feuda fideicommissaria: verbum ergò pro te
5 & hæredibus prolatum ab homine alterat naturam feudi, vt ità demùm quæratur per successorem, si sit hæres, vt per Andr. in d. c. 1. an agnatus, & in c. 1. de succ. feu. nu. 7. & per Bar. in l. vt iurisiurandi §. si liberi post nu. 4. ff. de oper. libert. distinctione: tamen superius dicta, si testator feudatarius alium non instituat, quod nos quoque latius scripsimus in c. an agnatus, & inferius tanguntur aliqua in quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Feudi recti natura quid sit.*
2 *Feudum regulariter ob amorem concedi solet.*
3 *Seruitium est quid extrinsecum à feudo.*
4 *Possessor feudi tenetur domino ad illa sex, quæ continentur in c. 1. de for. fid.*

5 *Feu-*

5 *Feudum franchum potest amitti ex eisdem culpis, ex quibus perduntur alia feuda, de quibus præstatur seruitium.*

6 *Fidelitas omni feudo inest.*

7 *In feudis ex pacto, & prouidentia culpa vnius possessoris in dominũ nocet venienti post se ex l. inuestituræ.*

8 *Iuramenta fidelitatis, licet remittãtur, tamen non remittitur ipsa fidelitas, quæ remitti non potest.*

9 *Feudum substantialiter viuit in fidelitate, & ex fidelitatis defectu moritur, & resoluitur.*



1 NATVRA etiam recti feudi est, vt nullum præstetur seruitium, nam feu
2 dum regulariter ob amorem concedi solet c. 1. de feudo dato inuicem l.commissoriæ, & seruitiũ est
3 quid extrinsecum à feudo, & nisi constituatur, aut consuetum sit, præstari non debetur, neque determinatum, neque indeterminatu c. 1. §. huius autem generis, vbi hoc not. Andr. & alibi sæpè, ex quibus cau. feudum amitt. est be
4 nè verumquè possessor feudi tenebitur domino ad illa sex, quæ notantur in c. 1. de form. fidelit. Nam etiam feudum
5 franchum potest amitti ex eisdem culpis, ex quibus perduntur alia feuda, de quibus præstatur seruitium. Nam om
6 ni feudo, inest fidelitas, & infidelitate virtualiter includuntur illa sex notata in d. c. 1. Vndè ego dicere soleo, quòd etiam in feudis ex pacto, & prouidentia culpa vnius possessoris in dominũ
7 nocet venienti post se ex l. inuestituræ, quia tunc feudum dicitur potius resolui, quàm amitti, & spes successoris extincta, & sublata per culpam præcessoris, non habet in quo viuat, cùm resolutio facta sit ex l. contractus, & concessio in actu acquisitionis habuerit conditiones. si fides seruabitur, vt clarius est videre per Andr. in §. præterea in finalibus ver. quibus modis feu. amitt. & in meis repetitionibus, alias esset in potestate cuiuslibet feudatarij facere se alienum à fide domini in contemptũ gratiæ dominicalis, & spes regressionis ad proprietatem reperiretur clusa, & proprietas redderetur inutilis, hæc considerantur per Andr. per alia verba in c. 1. si vass. feud. priuetur post nu. 6. & probantur in cap. 1. an illis, qui interficio fratr. domini sui & in §. denique quæ sit prima causa ben. amit. & propterea idem Andr. dixit notabiliter in c. 1. in fin. in finalib⁹ verb. per quos fiet inuest. quòd feudum semper habebit naturã feudi, ex quo in feudum datur, præterquàm in exceptuatis, vbi supplendum
8 est, quòd licet remittatur iuramentum fidelitatis, & sic ipsa actualis præstatio sacramenti non tamen remittitur, neque remitti potest ipsa fidelitas, postquàm in fidelitate feudum substantia-
9 tur, & viuit, & ex defectu fidelitatis moritur, & resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Cuius rei prohibetur petitio, eiusdem facta concessio non valet.*

2 *Priuilegia subreptitia non valent.*



HIS sic præmisis, dominus Hyeronimus fundatam habet intentionẽ, ex duobus. Primum ex l. inuestituræ,

turæ, quæ præsumitur secundum naturam recti feudi, vt soli masculi succedant. Secundo ex noua inuestitura, seu concessione Cameræ Apostolicæ, quę ex præmissis potuit habere manus iniectionem ad feudum extincta familia
1 illorum de Gregorio. Nàm Domina Feliciana ex præmissis, tanquam fœmina prohibebatur succedere, & cuius rei prohibetur petitio eiusdem facta, concessio non valet l.1.C.de petit. bon. sublat. & docet Andr. in c.1. qui succ. tene. nu.13. in fin. Vndè dominus Hyeronimus transigendo cum Camera, quęsiuit sibi nouum titulum. Imò magis nouam causam possidendi, propter quod videtur emisse à Camera feudū prædictum, ex hac extrinseca, & superuenienti causa l.si pro fundo C.de transat. prob. tex. notab in l. Lucius in fin. ff. ad Treb. & cum causa transactionis vera sit, non habet domina Daria de quo conqueratur, quia neque lis, neque causa confinguntur, nec pretij etiam solutio simulata est. Vndè insurgit verus titulus ex hac noua causa acquisitionis, Andr. hoc dicit in c.si vassallus de feu. propè fin. si de feu. defunct. milit. & per ista respondetur ad inuestituram obtēptam per dominam Felicianam ab eadem Camera, quia illa non fuit noua concessio, sed facta fuit ad postulationem, quæ confirmatio dicitur, & quæ confirmatio cùm non reperiat suum confirmabile, & non habet, super quò figat pedes, nihil est, & nullum ius tribuit, secundum Andr. in c.1. in prin. per quos fiet inuest. Vbi dicit ista verba, si ergo vassallus habeat in re, proficit inuestitura, aliàs non: Nàm non tribuit ius in feudo veteri, sed conseruat acquisitum, faciunt notata per Ciuilistas in eo, qui se intruserat in aliquo Castro, vel feudo, aut illud per vim occupauerat, quòd si obtinuerit confirmationē, aut inuestituram, nihil sibi proficit; nā
2 priuilegia subreptitia non valent, c.dudum de priuileg. extrà probant Doct. in l.si qua vnquàm loca C.nè rei dominicæ, vel templorum, & in l.competit, tit.seq. not. Bald. in c.1. per quos fiet inuestitura antè num.3. & in l. authoritatem. C.vndè vi, & idem Bal. in l.2. C de legib. & alibi sæpè, & isto casu, vt cū possessio sit contrà ius cōmune, oportet, vt competat ratione priuilegij, & priuilegij non subreptitij c.1. vbi Abb. post alios, vt lite pend.

SVMMARIVM.

1 *Feudum semper præsumitur concessum, secundum suam propriam naturam, nisi probetur alteratio.*
2 *Pater si disponat de feudo inter filios, dando plus vni, quàm alteri, non valet dispositio, nàm succedent æqualiter.*
3 *Priuatus auferre non potest, quod l. tribuit.*
4 *Sublato iure primogenituræ, omnes filij æqualiter succedunt.*
5 *Regnum, an sit legitima primogeniti.*
6 *Pater potest, alienare inter filios in damnum primogeniti.*
7 *Pater an poterit disponere de feudo nouo per ipsum quæsito.*
8 *Pater, an possit grauare successorem in feudo.*
9 *De feudo recto ex pacto, & prouidentia, nihil tangi, aut disponi potest: nec vsq; ad candelam pro anima.*


SEMPER ergò præsumitur feudum fuisse concessum secundum propriam
1 naturam, nisi probetur alteratio, secundum eundem Bal. in c. 1. §. prætereà nu. 1. quid sit inuestitu. & ideò neq. confirmatio, neque possessio profuit dominæ Felicianæ, nàm si titulus fuit infirmus, possessio erat infirmanda & sicut natura non præsumitur separata à subiecto, ità nec communis vsus, & consuetudo, cui natura inest. Et propterea quod est in territorio Ecclesiæ, informatum, prout consueuit Ecclesia concedere, & secundum naturam regularem feudi, verba sunt gl. Paris. §. 7. sequendum Bal. num. 31. & seq. probat clarius Dec. cons. 32. & in tantum vera est hæc conclusio, quòd etiam si feudum detur sub l. primogenituræ, omnes filij dicuntur succedere, Sed ex vi ordinis aliorum successio est sinè effectu; & dicuntur secundogeniti, potius impediri, quàm priuari, vt per Andr. in c. 1. de succ. feudi, vbi etiam vult, quòd si pater disponat de feudo inter filios, dando plus vni, quàm alij, non valet di
2 spositio, sed succedent æqualiter, & est ratio, dicit ipse, quia quod lex tribuit,
3 seu prouidentia legis priuatus, auferre non potest, & in hoc loco Andr. declarat illud, quod tetigit in c. omnes filij si
4 de feu. defunct. milit. Nàm sublato iure primogenituræ, omnes filij æqualiter succedunt, vt In d. §. omnes filij, & in hoc errauit gl. Paris. §. 8. gl. nu. 15. & seq.
5 Vbi dixit Regnum esse legitimam primogeniti, & patrem posse alienare in-
6 ter filios in damnū primogeniti nam spes illa primogenituræ radicata ex cōtractu, & sic ex specie de præsenti non auferetur per patrem, disponendo de feudo pluraliter, licet de feudo nouo
7 per eum, quæsito disponere possit. De feudo autem antiquo nō disponet, nisi per viam refutationis in proximè successuros, hæc not. And. in c. 1. num. 9. & seq. de alie. feu. pat. est benè verū, quòd
8 in actione personali potest pater grauare successorem in feudo, non onerando feudum, sed personam feudatarij, cap nisi essent de præben. & l. titius rogatus ff. ad Trebell. quæ iura procedūt in feudo hæreditario, non autem in feudo recto ex pacto, & prouidentia, de quo nihil tangere potest, neque candelàm pro anima, vt dicit And. in d. c. 1. de succ. feu.

S V M M A R I V M

1 *Existentia masculorum impedit fœminas venire in feudum.*
2 *Fœminæ censentur post masculos vocatæ.*


EX hoc causatur, quòd si domina Feliciana habuisset gratiam de hoc feudo, post eius mortem, filię nō succederent, vt per eūdem And. in hoc c. 1. de his, qui feu. dar. poss. nu. 15. & proinde quocunque se vergit pars, nihil agit, nàm si feudum erit rectum, prohibetur agere. si autem alleg. quòd feudum sit datum pro masculis, & fœmi-
1 nis, etiam malè agit, quia existētia masculorum impedit fœminas venire ad
2 feudum, quia fœminæ censentur post masculos vocatæ, & per ordinem, vt docet And. in c. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœminis; probat Aretin. consil. 141. Et hæc scripta sunt ex abundanti; Nàm Illust. aduocati

cati Almæ Vrbis satis doctè, & abundanter scripserunt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quomodo præsumatur.*

PATET igitur ex præmissis quòd quando de inuestitura
1 non constat, præsumitur feudum datum, secundum rectam, & originalem sui naturam idest præsumitur feudum ex pacto, & prouidētia, in quo soli masculi succedunt, & pro quo nullum præstatur seruitium, nisi specialiter de eo, conueniat, aut illud præstari sit solitum, quicquid scripserit And. in §. huius autem generis post num. 10. ex quib. cau. feu. amict. cuius dicta procedunt in Règno, quia vt dicunt aliqui Regnum est hæreditarium, & inferius declarabitur in quæst. Et hoc nos explicamus in c. 1. an agnat. in illa quæst. Andr. si feudum simpliciter conceditur quomodo censetur concessum. Ibi videbitis.

SVMMARIVM.

1 *Quot formæ inuestituræ reperiūtur.*

AD illud de formis inuestiturarū. Dicāt, is quòd duæ
1 tantùm formæ reperiuntur videlicet prima quæ præsumitur in dubio pro te, & liberis, & ex ea causatur, Imò magis declaratur. feudum ex pacto, & prouidentia, & altera pro te, & hæredibus, etiam si dicatur ex corpore legitimè descendētibus, & tunc erit feudum hæreditariū, si in dispositiuis ponantur verba prædicta, vt optimè considerat dominus de Franchis decis 6. & illa qualitas considerata per Affl. qui addebat tertiā formam, scilicet pro te, & hæredibus, ex corpore procedit respectu primi acquirentis ad differentiam antiquæ formæ in Regno, quæ cantabat pro te, & hæredibus. & tunc frater succedebat fratri; & de hac forma alibi plenè tractauimus, declarando c. Regni, quod incipit considerantes, quod capitulum declaratur etiam per Afflict. in c. omnes filij si de feu. fuerit contr. nu. 6. istas ergò duas formas ponit, & declarat Andr. in c. 1. §. & olim nu. 7. de success. feu, vbi dicit ista verba, si feudum datū est tibi, & hæredibus, oportet, vt sit hæres, qui vult habere feudum. Nàm talia feuda veniunt in petitione hæreditatis, si verò sit datum tibi, & liberis descendentibus, hoc est ex pacto, & prouidentia, vt dixerunt Pileus, & Bulgarus, habent illud agnati, & si non sint hæredes, non filius, qui in hoc est deterioris conditionis infrà c. an agnatus, hoc idem dixit idem Andr. in c. Imperialem §. præterea ducatus in prima addit. post nu. 87. ibi hoc indubitanter videtur verum, hoc etiam firmauit, & declarauit idem Andr. in c. an agnatus, & in constitutione, vt de successionibus in ver. filij autem fratrum propè finē, & in vers. in requisitis, & alibi sæpè, sed in illis primis locis de succ. feu. & in §. præterea ducatus declarat, quòd lex primogenituræ, seu forma, vt primogeniti succedant, conuenit vtrique feudo idest quòd potest dari feudum, tàm hæreditarium, quàm ex pacto, & prouidentia, vt in illis succedant primogeniti,

niti, videte eum. Nam alias in locis oportunis declarabimus illũ articulũ si pater potest feudum hæreditariũ assignare vni ex filijs, quem articulum tãgit And. in d.c.1.de succ.feu. & in c.omnes filij si de feudo fuerit contr. Sed quę forma præsumitur in Regno, diximus in cap.an agnatus, & in dict.§.pretereà Ducatus.

SVMMARIVM

1 *Fœminæ per masculos excluduntur vigore consti. Regni, de quo dicendum, vt infrà.*

2 *Primogenitus nascendo se inclusit, & secundogenitum perpetuò exclusit, & hoc dicitur de fœminis.*



1 AD illud, si fœminæ ĩ Regno exclusæ per masculos vigore const.in aliquibus, & vt de successionibus dicantur perpetuò exclusæ videtur contrà eas communis sententia Doctorũ videlicet Bal.in l.si quis posth.§.1. ff. de lib. & posth. vbi vult, quòd hoc casu sufficit masculum fuisse momento temporis, vt fęmina ꝑpetuò maneat exclusa, hoc idẽ firmat idem Bal.in l.in quibus C.de secund.nupt. Socc.consi.114.vol.4. Dec.consi.309. Bar.in l.fin. ad Tertull. Ang.& alij in l.Gallus §.& quid si tantum ff. de libe.& posth. Anchar.consil. 220. Et idem Dec.consi.87.& cons.331. & melius cons.72. Ias. etiam cons.220. lib.3. Ruy.consil.167. volu.3. & in feudis hoc not. Andr. Bald. Aluarotus, & Cardinalis Alexandrinus in c.1.§.quin etiam Episcopum, vel Abb. & rationẽ assignat Tiraq.in tract.primogenitutę quęst.40.nu.37. vbi allegando dictum §.quin etiam dicit, quòd primogenitus nascendo se se inclusit, & secundogenitum perpetuò exclusit, & quod dicitur de secundogenito, poterit etiã dici de fœminis, quia in omnibus cõsideratur ordo, & quod facit vis ordinis ĩ masculis, facit qualitas sexus cũ fœminis, & in hanc sententiam videtur venire Alber. Brunus consi.39. & consil.38. Alex. cons.53. vol.6. & alij citati per dominũ Ioannem Thomam de marinis sub rubrica de feudo fœmineo, q.x.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina conditionaliter excluditur per const. Regni in aliquibus.*

2 *Fœmineus sexus non est omnino exclusus, vti inhabilis, nisi quando concurrit cum masculo, nam tunc masculus præfertur.*

3 *Fœmina semel admissa, an dicatur conditionaliter admissa.*

4 *Fœminæ non dicuntur exclusæ, sed impeditæ.*

5 *Secundogenitus sicut impeditur, & non excluditur per primogenitum, ità etiam sexus fœmineus nõ excluditur per masculos, sed impeditur.*



HAnc difficultatẽ præuidẽs And. noster in c.1.de eo. qui sibi, & hær. suis dicit, q; per const. Re-
1 gni in aliquibus fœmina conditionaliter excluditur, facit pro hac opinione tex. ĩ l.filiusfamiliàs §.cũ quis ff.de leg. 1. Napod. aũt noster in consu. & omnia
2 nu.105. dicit ista verba, sex⁹ fœmineus nõ ẽ omninò exclusus, vt inhabilis, nisi qñ cõcurrit cũ masculo, q a tũc masculꝰ sibi ꝑfertur, & sic tũc fęmina nõ repel-

Q litur,

litur, vt omninò, & indistinctè inhabilis, sed vt min⁹ habilis, quàm masculus, cũ quo concurrit, vt in const. vt de succes. in prin. hæc sunt verba sua. Curtius aũt in suo tract. feudorũ in 3. parte in 1. mẽbro in fine satis eleganter disputat, & laborat circà intellectũ d. c. 1. de eo, qui sibi, & hæred. suis nu. 33. videlicet, si fę
3 mina semel admissa dicatur cõditionaliter admissa, vt dicit And. & ꝙ posteà repellatur, superueniẽte masculo, & ponit exemplũ inter nepotẽ, & amitã, & idẽ Curt. tangit cons. 140. & 171. Are. ẽt tangit cons. 141. & 143. sed omnes variè scripserunt. Vndè in hac Doctorũ perplexitate And. noster dixit notabile verbũ, ꝙ fęminæ non dicũtur exclusę, sed
4 impeditæ, nàm sicut secũdogenitus nõ
5 excluditur, sed impeditur p primogenitum, ità ẽt sexus fœmineus nõ excluditur per masculos, sed impeditur, vult dicere And. ꝙ omnes isti simul vocantur. Ad successionem per const. Regni & ita debet intelligi Andr. in §. quin etiam Episcopum vel Abb.

SVMMARIVM.

1 *Secundogeniti, & fæminæ sunt sinè effectu succedendi quandiu habent antè se primogenitum, et masculos.*
2 *Quod facit ordo in masculis, facit qualitas sexus in fœminis.*
3 *Fœminæ in Regno succedunt iure cõmuni per Regni const.*
4 *Fœminarum exclusio facta fuit fauore masculorum qui possunt illi fauori renuntiare, & admittere sorores ad successionem.*
5 *Primogeniti, & descendentes ex eis impediunt alios, & non concurrũt in succ. cum ipsis.*
6 *Filij exclusi, seu impediti, vt diximus, à successione parentũ, dicãtur etiã excludi à successione fratuum.*



AD successionẽ ergo veniũt fœminæ etiam per const. Regni. sed secundogeniti sunt sinè effectu succedendi, cum ius istud succedendi in paragiũ
1 sit transfusum secundum Napod. in 1. consuet. vet. & tenentur, & hoc quãdiù habent ante se, primogenitũ, & masculos, & sic temporaliter excludũtur, vt notauit Dec. d. cons. 71. sed an sufficiat fratres ex stare, licet non succedãt, vide bitis Bar. in l. 1. §. filium ff. de cõtra tab.
2 Nàm quod facit ordo ĩ masculis, facit qualitas sexus in fœminis, vt pradiximus quia vnus præoccupat, & quasi p̃ueniẽdo, impedit, & superat aliũ, & ra-
3 tio est, dicit And. in d. c. 1. quia fœminæ in Regno succedũt iure cõi per Regni const. & ideò And. in const. in aliquib⁹
4 dicit, quòd fœminarum exclusio facta fuit fauore masculorum qui possunt illi fauori renuntiare, & admittere sorores ad successionem, hæc verba loquitur And. in c. 1. antè num. 6. Imperator. Loth. in versi. cùm enim sit datum omnibus descendẽtibus, & clarius hoc dixit in c 1. §. præterea si vassallus versus finem, quæ sit 1. cau. benef. amiet. vbi dicit ista verba primogeniti, & descendẽ
5 tes ex eis impediunt alios, vt nõ cõcurrant in successione cum ipsis, hæc sunt verba sua in dictis locis, quæ vos notabitis, quia sunt pulchra, & notatu digna ad intellectũ dictarũ const, quib⁹ addatis notabilia dicta Bal. in l. quoties nu. 6. & sequ. C. de suis, & legitim. sed an filia exclusa, seu impedita, vt diximus

ximus à ſucceſsione parentum, dicatur
6 etiam excludi a ſucceſsione fratrũ. Alibi tractauimus, videbitis pro nunc Deci. in d. conſi. 71. & Bal. d. c. Epiſcopum, vel Abb. vbi notauimus, qñ etiam ex noua cauſa ſuccedatur ei, cui facta eſt renunciatio. Et cito videbitis, deo fauente in illa repetitione. Et inferius tanguntur aliqua.

SVMMARIVM.

1 *Prima cauſa ſucceſſ. & liberis in omni ſucceſſione*
2 *Filij non acquirunt, ſuccedendo patri ſed acquiſitum capiunt.*
3 *Dominium continuatur naturaliter mortuo patre ad filios.*
4 *Ius filio non deeſt, viuo patre, ſed adminiſtratio.*
5 *Hæreditas debetur filijs primi gradus, ſed non vlterioribus.*
6 *Succeſſiones omnes ſunt de iure poſitiuo coadiuuante naturali.*
6 *Fellonia patris nocet filio.*
8 *Andr. nullum verbum ſcripſit otioſum.*
9 *Succeſſor verè dicitur, qui iuris vniuerſalis, aut quotæ ſucceſſor eſt.*
10 *Succedens in legitima, aut in feudo, nõ dicitur ſuccedere in iure vniuerſali.*
11 *Non dicitur vere ſucceſſor, qui in legitima, aut in feudo ſuccedit.*
12 *Si ſic alter vniuerſalis hæres, qui petit feudnm hæreditarium, aut legitimam, dicitur petere hæreditatẽ.*
13 *Feudum poteſt peti, etiam iure ſucceſsionis, etiam feudum ex pacto, & prouidentia.*
14 *Succeſſor ſingularis, etiam dicitur in rem ſuccedere.*

SECVNDVM caput, ſequẽdo
1 ordinem Andr. eſt ſucceſsio, & vt ſcitis, prima cauſa ſucceſsionis eſt liberorum in omni ſucceſſione, quæ regula in tantum vera eſt, ꝙ gl. in c. 2. ſup ver. aut ſucceſsione de feu. cog. in fine dixit notabile verbũ videlicet, ꝙ filij non acquirunt, ſuccedẽdo pa
2 tri, ſed acquiſitum capiũt, quã gl. extollit ibi Bal. & notandum dixit hunc ſapidũ modũ loquendi, hanc gloſ. ſequitur And. in conſt. foriudicatorũ bona poſt princ. vbi declarando l. in ſuis ff. de lib.
3 & poſth. dicit iſta verba, mortuo ergò patre, naturaliter continuatur dñiũ, ff. de acq. poſſ. l. cùm hæredes, ex quibus cau. maiores l. cùm miles, hanc eãdem gl. magnificat gl. Pariſ. in gl. 1. tit. 1. ſuper ver. par. ſucceſsion. nu. 4. vbi declarat, ꝙ gl. præd. etiam de feudo loquitur, ſed verſus finem dubitauit, an glo. prædic. procedat in feudo, quod defertur ex vi contractus, ſcilicet in feudo ex pacto, & prouidentia, ſed hanc dubietatem reſoluit Bal. quem gloſ. Pariſ. non meminit in l. in ſucceſsione in princ. C. de ſuis, & legit. vbi vult, quòd in tantum illa regula vera eſt, vt prima cauſa ſucceſsionis ſit liberorum ꝙ illa procedit ſiuè ſucceſsio deferatur p ius cõmune, ſiuè per ſtatutũ, ſiuè per conſuetudinẽ, ſiuè p teſtamentum. Videatis eũ, quia notabiliter loquitur illam gl. ſimiliter extollit Aret. conſi. 26. conſil. 53. & 143. ſed dominus Tiraquel. in tract. primogeniorum quæſtio. 40. nu. 99. addit notabile verbum Bal. in l. cùm antiquioribus, qui per illam glo. dicit, quòd in feudis filius, viuo patre intelligitur, eſſe

esse inuestitus, ac etiam possidere, &
sic continuatur in eum possessio feudi
4 sine alia iuestitura, adeò quòd viuo pa-
tre, non deest ius filio, sed administra-
tio, & alia cumulat notabilia more
suo. Sed Bar. in l. is potest ff. de acq. hæ-
redi. col. 2. vers. est, & aliud dicit spem
in filijs esse legitimam, & considerabi-
lem propter communevotum naturę,
& parentum, sed elegantius loquitur,
iureconsultus in d. l. in suis, vbi scribit
istaverba ità quòd post mortem patris
non hæreditatem percipere videntur,
sed magis liberam bonorum admini-
strationem cousequuntur, Bald. etiam
in l. lege duodecim tabularum post
prin. C. de suis, & legit. considerauit, q
de iure naturali filijs primi gradus de-
5 betur hæreditas, sed non vlterioribus,
& posteà subdit omnes successiones
mundi esse de iure positiuo coadiuuā-
6 te, naturali, & addit post nu. 2. ista ver
ba, item per viam contractus existen-
tis istius naturæ, vt in feudo, vbi Fello-
7 niā patris nocet filio, & alia subdit mo
re suo, quæ sunt potius ad degustatio-
nem, quàm ad vtilitatem, sed And. no
ster, qui nullum verbum scripsit ocio-
8 sum in c. 1. §. sancimus lo primo quo tē
pore miles col. 2. circà medium dicit
ista verba, quia in feudis, successor dici
tur, etiam agnatus, & hoc clarius ex-
pressis in c. 1. de succ. feu. vbi tex. & lit-
tera loquitur de feudo ex pacto, & p-
uidentia, vndè idem Bald. in l. si fratres
in fin. C. de iure delib. considerauit no-
men hæredis tripliciter, scilicet pro fi-
lio, etiam repudiante, secundo modo
pro hærede, habitu, & non actu, tertio
modo pro hærede actu, & habitu, &
speculatio poterit aliquando prodesse.
9 Nàm successor verè dicitur, qui iuris
vniuersalis, aut quotæ successor est l.
quidam §. is autem ff. de a den. sed qui
succedit in legitima, aut in feudo, non
dicitur succedere i iure vniuersali, quia
non in ære alieno, l. Papinianus §. 4. ff.
de inoffi. testam.
10 Nec etiā dicitur succedere in quota
hæreditatis, sed bonorum, vt not. in l.
non amplius §. fin. & ibi Bal. ff. de leg. 1.
& in l. cùm à matre C. de rei vendic. iū-
cta l. 1. §. si ex fundo sæpius allegata ff.
de hæred. instituend. ex quo patet di-
uersum esse succedere, quod vniuersi-
tatem iuris significat, & diuersum esse
petere feudum separatum, tamen ab
hæreditate, aut petere legitimam. Nā
11 non dicitur verè successor, qui in legiti
ma aut in feudo succedit l. si quis prio-
re ff. ad trebell. iuncta l. si titius ex par-
te ff. de leg. 3. & hoc intelligatis, aliā
existente hærede vniuersali, vt dixi-
mus in superioribus. Nàm si non sit al-
ter vniuersalis hæres, qui petit feudum
12 hæreditarium, aut legitimam, dicitur
petere hæreditatem, secundum Bart. in
l. quia poterat ff. ad trebel probat Aret.
consi. 159. Ang. consil 81. & 83. & consil.
101. & 206. & Tiraq. in d. tract. primo-
genitorum quęst. 35. nu. 10. & seq. vbi de
vtroque loquitur, & alios alleg. ex quo
rum dictis notabitis, quo d feudum po
13 test peti, etiam iure successionis, etiam
feudum ex pacto, & prouidentia, nàm
vt aliàs dixi, etiam singularis successor
dicitur in rem succedere, quod probat
idem Andr. in c. 1. quæ sit prima causa
benefit. amict. post nu. 16. ibi, vel quòd
meli⁹ videtur, dilucidauit in omni suc
cessione, scilicet vniuersali, & reali, &
hæc supplebitis ad gl. Parif. qui dubita
uit, an detur successio in feudo fideicō-
missario, seu ex pacto, & prouidentia,

sed

sed, an iste singularis succesor teneatur ad onera, superius tetigimus, quibus addatis Bart. in l si quis seruum in fin.ff.de leg.2.& Castr.in l.si cum dotē in prin.sol.matr.col.fin.iuncta l.1.C.de fideiuss.

SVMMARIVM.

1 *Hæres omnis, et successor tenetur ad solutionem releuij.*

2 *Releuium consistit in medietate fructuum illius anni, quo moritur defunctus.*

3 *Licet aliqua pars fructuum sit steri lis, non potest Fiscus deferre exactionem in alium annum fertilem.*

4 *Minor succedens, non soluit releuiū, nisi quando iurat, quia solutio differtur in ætatem in qua iurare potest.*

5 *Fiscus potest exigere, si velit releuium à minore.*

6 *Seruitium, quod præstatur, non inest feudo de nat. feud. sed inest ex conuentione.*

7 *Qui feudum recipit, statim obligat se, ad omnia, quæ proueniunt, vel ex natura rei, aut ex conuentione, seu consuetudine.*

8 *Quæ sunt de consuetudine insunt.*

9 *Contractus interpretatur à consuetudine.*




1 PRODEST iste discursus ad sciendum, quòd omnis hæres, & successor tenetur ad solutionē releuij. quod ex con-
2 suetudine debetur, secundum And. per quos fiat inuest. nu.7.& de capit. Corr. nu.14. Quod releuium consistit in medietate fructuum illius anni, quò moritur defunctus, & ex hoc aliàs consulutus & dixi vobis, quò l licet aliqua pars
3 fructuum sit sterilis, non potest Fiscus differre exactionem in alium annum fertilem, vt vidi aliquando dubitari: Nàm oportet, vt tota exactio illius anni sit infructuosa, et sterilis, aliàs compensabit illam sterilitatem fructuum cum fertilitate aliorum fructuum, secundum aliquos, licet multi impugnātur. Releuium, et istud non soluitur per emptorem, non à muliere, cum affectatur, nec pro prima inuestitura, quando de nouo conceditur, hæc not. And. in c. 1. §. similiter in ostenditijs de Capit. Cor. vbi in prima addit. dicit, quòd minor succedens, non soluit releuium,
4 nisi quando iurat. dicatis vos, quod nō tenetur tunc soluere, quia solutio differtur in ætatem, in qua iurare potest,
5 sed interim, si Fiscus velit exigere, potest illud exigere, etiam à minore, quia licet onus istud proueniat ex consuetudine, tamen eadem consuetudo facit, vt insit rei, & debeatur, etiam per emptorem possessorem, quando solutum non esset per minorem, aut
6 per hæredē, & hoc iure vtimur. Quia seruitium, quod præstatur, non inest feudo de nat. feudi sed inest ex conuentione quando conuentum est vel ex cōsuetudine l. excepto. codic. locati, & quod facit conuentio, facit cōsuetudo feudalis, quia, qui feudum recipit, sta-
7 tim obligat se ad omnia, quæ proueniunt, vel ex natura rei, aut ex conuentione seu consuetudine. Nàm quæ sunt
8 de consuetudine, insunt secundum Napod. in cōsuetudine viro mortuo super gl. in ver. debent probat Bar. in l. magistratus,

stratus, post gloss. in ver. moribus ff. ad municip. vbi vult, quòd contractus informatur seu inpetratur à consuetudine, & probatur in l. fundus qui locatus ff. de fundo instr.

SVMMARIVM

1 *Onera licet plura sint, & vnico anno obueniant, omnia debentur, sed exactio vnius oneris differtur in tempus permissum.*

2 *Maritare filiam, an sit actus, non pendens à voluntate patris, vel fratris.*



ET per ista pluries consului contrà aliquos Barones, qui prætendebant non teneri ad solutionem oneris duplicati, quando plura onera obuenerant eodem anno, & similiter respondi contrà aliquas vniuersitates, quæ prætendebant non soluere Baronibus subsidia, quæ illis debentur vigore const. Regni, quàm plurimum. Nàm dicebãt homines de vniuersitate, quòd si Baro emat terram, & eodem anno maritet filiam, quòd non tenebantur vniuersitates ad solutionem duplicati oneris. Sed quod vnica solutione liberarētur, & hoc per opinionem Domini Iacobi de gello, qui multa bona scripsit in tractā. adohæ, quem refert dominus Marinus de sub feu. lib. 1, in 3. auth. fol. 26. & tangit Loffredus in sua Parafrasi §. his consequēter hic finitur lex, sed vos dicatis q; siue onus proueniat à Rege, aut, iussu Regis. vt super in dictum, quod nos donatiuum appellamus, siue proueniat à lege, vt in d. constit. quàm-1 plurimum, etiã quòd onera plura sint, & vnico anno obueniant, omnia debētur. Sed exactio vnius oneris differtur, in tempus permissum, & ità vos teneatis quicquid scripserit Luc. de Penn. in l. fin. col. 4. post principium de exact. tribut. lib. x. & hoc totum facit illa obliga-2 tio, quę est insita rei, feudo, & vassallis. Nàm maritare filiam, nō est actus omnino pendens a volũtate fratris, vel patris. Sed dicitur habere conditionem mixtam cùm mariti non sic faciliter inueniantur maximè condigni, & si pater vellet expectare tempus congruũ, perderetur occasio illius matrimonij. Quod ferendum non est, & sic etiã in emptionibus terrarum, & alijs actibus pendentibus, à voluntate duorum c. pro illorum de præbend quem text. in pulchro casu expendit Roman. consil. 337. incipit, quò ad primum. Et propterea rectè decreuit, vt solet Rota nostra Neapolitana, vt per dominum de Franchis in suis decis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi, an locum habeat in feudis.*

2 *Quod facit mors, facit absentio.*

3 *Abstinere differt à cedere.*

4 *Cedens alij, an adire videatur, & in easibus procedat.*

5 *Ius accrescendi non habet locũ in contractibus potius quæsitum, præterquàm in vsufructu.*

6 *Inuestitura, seu acquisitio feudi, contractus est.*

7 *Feudum, si datum sit duobus, quorũ alter ē habilis, alter verò inhabilis pars habilis, an accrescat ĩhabili.*

8 Ius

1 *Ius accrescendi, an locum habet inter succedentes iure spetiali.*



X præmissis dubitari solet, si in feudis procedat regula iuris accrescendi, de qua in l. si mihi, & titio ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. quando non petentium partes, & per Bartol. & alios in l. rei coniuncti de leg. 3. & per Andr. per quos fiat inuest. post nu. 6. & quæ sit prima causa benefic. amiss. & in fin. in cap. 1. de duob. fratr. à cap. inuest. vbi hoc notant Bald. & cæte. & non immoremur super quęstio. tàm trita, & vulgari, debetis cum distinctione procedere, quia si plures filij vocenrur à l. ad successionem patris, vt in c. omnes filij, si de feud. fuer. contr. tunc vno abstinente portio istius abstinentis accrescit portioni adeūtis. Et tunc regulà procedit, non per viam iuris accrescēdi, sed per viā iuris nō decrescendi, quæ in non qaæsitis procedit, aut in non agnitis secundum Alex. qui alios allegat. consi. 38. vol. 1. & Bald. in l. 1. in fin. C. quando non pot. part. & hoc totum facit prouidentia l. quæ vocat omnes filios ad successionem, & si vnus nolit, alius admittitur. Nā quod
2 faceret mors, facit abstensio, & ità sunt intelligenda pulchra verba Pau. de Castr. in l. 2. C. de repud. hæred. probat l. notabilis cum gloss. ff. de vsufr. l. dominus fructuario, secus, si alter alteri cæderet, nàm aliud est abstinere, & aliud cædere, vt per eundem Paulum de Ca
3 stro in l. si actionem C. de pact. & in l. pactum, quod dotali, C. de collat. quibus addatis l. si auia C. de iure deliber. vbi notatur qnòd qui alij cædit, adire
4 videtur, & hoc procedit in iure delato per actus occultationē l. si duo patroni vbi glo. ff. de iureiurando cum concor. non autem in iure, nondum delato, vt notatur in d. l. si actionem, & procedit etiamsi fieret per viam refutationis sinè pretio. Nàm refutatio ipsa contractus est, quando habet formam suā, scilicet vt fiat superiori domino, vel proximiori agnato, vt dicam post Andr. in tex. vestro, portio ergò abstinentis simpliciter accrescit portioni, sed si quæratis, an ius accrescendi, procedat in contractu, vos teneatis cum Ciuilistis, qui in locis prædictis dant pro re
5 gula, vt in contractibus non sit locus iuri accrescendi post ius quæsitū, præterquàm in vsufructu l. 1. in fi. ff. de vsufru. accresc. & vt scitis, acquisitio feudi,
6 seu inuestitura contractus est, & in cōcessione facta duobus fratribus de feudo, tenet Andr. in hac rubr. vestra post nu. 14. Ibi item si communiter duobus fratribus datum esset feudum vnus alteri non succedit, nisi expressius in cōcessione feudi dictum esset. Hoc idem firmauit And. in c. 1. de duobus fratribus de nouo benef. inuest. post princ. & in c. 1. de benef. fratris, & qualiter frater fratri succedat. Et hoc quidem regulare est in contractu. Et concessio in feudum contractus est, vt supra probauimus. Imò, & fortius dixit Andr. in c. imperialem §. nec dominus post num. 54. de proh. feu. alie. per Feder. quòd si feudum, datum sit duobus, quorum vnus erat inhabilis, pars istius inhabilis, non accrescit alteri, nisi Rex scienter hoc fecerit, quia tunc videtur habilitare, sicut facit de clerico, & fæmina. Et hoc totum prouenit ex natura contractus feudalis, qui non recipit ius accrescendi, vt etiam firmauit Anch. consil. 245. quod incipit duo, prima dubia ad quę.

solet

solet recurri. Sed omnia ista intelligatis, quando concessio facta pluribus de feudo, facta est ab eo, qui potest de vno facere, & dare plura feuda. Nam dãdo pluribus, videtur diuidere in quotas, seu partes plures; Et hoc casu, pars feudi, feudum erit, vt alibi dicam, & cum And. concordat communis schola Doct. quicquid in contrarium scripserit Alex. in d. l. si mihi, & Titio, & in cons. 30. vol. 1. quia idem Alex. rectius loquitur consi. 17. nu. 7. vol. 5. & in hanc sententiam venisse videtur Curtius in tractat. feud. in 2. par. in tertia principali
8 quæst. sed an inter succedentes iure speciali, habeat locum ius accrescendi, dixi post Andr. in d. c. Imperialem, vbi etiam tangam, si substitutus facit cessare ius istud accrescendi, & quando inuicem succedant ex præsumpta mente inuestientis, & si prohiberi possit, interim videte Bar. in l. huiusmodi §. quibus ità ff. de lega. 1. & in l. in repetendis de leg. 3. & quæ scripsi in cap. an agnatus in repet. vbi etiam dedi intellectũ ad legem primã si imper. largit. soci. lib. x. quam repetitionem cito videbitis cum alijs lecturis deo fauent.

SVMMARIVM.

1 *Feudum venditum duobus, an diuidi possit in tantum, quòd ex vno fiant duo.*
2 *Feudum omne, an sit diuiduum.*
3 *Rex tollit positiua, sicut vult.*
4 *Dominium acquiritur per solum in solidum.*
5 *Legatum si fiat duobus, & deficiat persona vnius, an totum legatum perueniat ad coniunctum.*
6 *Vtile per inutile non vitiatur.*



T ex his etiam dubitari aliquando vidi, an idem dicendum sit in feudo vendito duobus; scilicet vt feu
1 dum ipsum, quod erat vnicum diuidatur in partes, & ex vno fiant duo feuda, ista dubitatio indiget distinctione,
2 nàm licet omne feudum sit diuiduum præter feudum dignitatis, vt in §. præterea ducatus de proh. feu. alien. per Feder. illud intelligitur apud plures hæredes diuidentes feuda paterna inter se, vt in c. omnes filij si de feu fuer. contr. & in c. Imperator Letharius, & alibi sæpè: & hoc ideò fit quia ex diuisione nõ inmutatur natura rei, & illud feudum non desinit esse paternum, & in eo frater succedit fratri, non obstante diuisione, vt per Andr. per quos fiat inuesti. §. sed, & plures antè nu3.. & plenius in c. 1. Imper. Lothatius, de quo etiam alibi dicam, & hoc etiam toleratur, & permittitur à l. sed de vno feudo facere plura, lex resistit, & prouidentia Regis aut domini. qui ab initio, vnicum ærexit feudum, & ideò dicatis venditionẽ non valere, si ab initio plures contraxerunt: quod maxime procedit in Regno, vbi Prorex prohibetur, & non potest assentire in illis contractibus, quando fieret separatio feudi, vt in Regia Pragmatica quam de nouem capitibus vocant, sed cum assensu Regis, aut domini, qui scienter hoc faceret, vtiq. contractus teneret, & tunc de vno fie-
3 rent plura feuda, quia positiua tollit, sicut vult Rex, sed si vnus ab initio cõtraheret, emendo pro se, & alio absen-
4 te tunc crederem emptionem valere pro illo, qui emit, quia solus, & insolidum acquirit dominium per l. fundus ille ff. de contrah. empt. nàm præsumitur

tur tunc, quod ipse solus soluerit pretium, vt not. Bar. Bal. & Salic. in l. 2. C. pro socio. Non sic esset in vltimis voluntatibus.
5 Nam si fieret legatum duobus, si deficeret persona vnius, totum legatū perueniret ad coniunctum, C. de cad. toll. §. pro secundo, firmat And. in §. nec dominus in fin. verbis cap. Imperialem de proh. alie. per Feder. secus etiam esset in eo, qui vēdet res allodiales cum re feudali in vno contractu. Nam tunc, si cōtractus nō valeret, ex defectu assensus, vel ex alia causa super feudo, vtique sustineretur? in rebus allodialibus, etiā si vnico pretio emptio facta sit, dum tamen non constet, quod emptor, & venditor, non alias contraxissent. Nam tunc proportionabiliter taxabitur pretium, hoc not. Andr. de pac. iuram. firm. nu. 48. §. Ad hoc, qui allodium per Regu: quia vtile per inutile non vitiatur, c. si eo tempore de rescript. in 6. iuncta glo. in vers. benef. probat Camer. in fortiori casu in cap. Imperialem nu. 49.

S V M M A R I V M

1 *Testamenta, & defunctorum volūtas non attenditur in feudalibus.*
2 *Feuda licet non sint de perpetuo prohibitis alienari, illa tamen non sunt in commertio.*
3 *Alienatione prohibita, non cēsetur prohibita heredis institutio.*
4 *Alienari prohibita prohibetur quoque pignori dari, & obligari.*
5 *Per obligationem peruenitur ad venditionem pignoris.*
6 *Emptione prohibita, an prohibeatur pignoris acceptio.*
7 *Qua ratione prohibeatur vēdere feudum feudatarijs.*
8 *Leges, & conuentiones fraudari non debent.*


HOC ergò caput successionis intelligatis ab intestato, quia in feudalibus testamē
1 ta, & defunctorum voluntates non attenduntur, vt in c. 1. de success. feud. pugnant, namque simul causa testati, & intestati, vnde fit, vt illa lex fin. C. de edicto diui Adr. toll. nō procedat in feudis, quando persona extranea sit instituta, id est alter quā de his, qui comprehendūtur in inuestitura, & hoc totum prouenit ex illo fonte, quia
2 licet feuda non sint de perpetuo prohibitis alienari, illa tamen non sunt omnino in commertio, vt legitur in §. cōmertiū, & ibi per Andr. de proh. alien. per Loth. alias daretur occasio excogitandi ad inuentiones ad fraudandū dominum, qui in initio concessionis, cogitauit de certo genere personarum, & in hoc limitantur dicta Bar. in l. peto. §. fratre, ff. de leg. 2. vbi vult, quod prohibita alienatione, non censetur prohibita hæredis institutio. Nam idem Bart. in l. in quorum, ff. de pignor. opt. distinguit, quod aliquando res prohibetur vendi, quia eius commertium interdicitur de iure, vt in re sacra religiosa, & Campo Martio, & tunc nec etiam pignori
3 dari potest, quia etiam pignus est cōmertium, quandoque non prohibetur commertium, sed prohibetur res vendi, aut alienari, & tunc, nec etiam obligari potest, per l. fin. C. de reb. alien. non alien. & ratio est, quia per obliga-
4 tionem peruenitur ad venditionem pignoris, l. 2. & 3. ff. de dist. pign. quandoque verò prohibetur persona emere

R sicut

sicut aliquando externus, non autē prohibetur res ipsa. Et tunc qui prohibitur emere, non prohibetur pignori acci-
6 pere, nisi ille accipiat pro tanta quantitate, quòd cessaret spes luitionis, Bar. sequitur Nigos: in tract. pign. in 3. mēbro secundæ partis num. 69. & seq. Ex quibus colligitis, quòd feudatarius prohibetur alienare feudū ratione rei, quæ secundum aliquos non est in totali cōmertio, quia alienari non potest sine assensu domini, quod nos alibi discu-
7 tiemus ratione etiam personæ quæ debet esse nota domino, & ratione contractus cōditionalis, qui remouet omnem potestatem alienandi ex l. conuētionis, & sic plura impediunt, dominium transferri in alium, & illa l. 1. C. de sac. sanct. Ecc. intelligitur in his, quę sunt in pleno dominio testātium, alias per indirectum fraudarentur, ll. & cōuentiones contra l. nemo potest, ff. de
8 leg. 1. & in pulchro casu firmat Anch. consil. 47. pro clariori decisione docet Inn. in cap. in lateran. propè fin. de preben. Sed si cupitis scire iura, ex quibus variè succedatur videbitis Napod. in primà consuet. sub tit. de success. ab intestato in ver. in stirpem vbi notabiliter loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Lex fin. de edicto diui Adri. toll. an locum habeat in his, qui succedunt ab intestato.*
2 *In feudis, omnis dispositio prohibetur.*
3 *Instituens extraneum alienare videtur.*


SED ideo dixi, quòd pugnant simul causa testati, & intestati, quia dicta l. fin. C. de edicto diui Adr. non
1 habet locum in his, qui succedunt ab intestato, vt not. Andr. quæ sint regalia in rubrica, in principio antè nu. 2. & in feudis, omnis dispositio ꝓhibetur, vt
2 in d. cap. 1. de success. feudi, vbi Andr. in ver. filij tantum dicit ista verba. Non ergo extraneus heres. Nam alienare vi-
3 detur, qui extraneum instituit, alleg. d. l. peto, §. fratre, & hanc conclusionem probat Camer. in c. Imperialem, nu. 11. litera B. vers. quæro quid, si nullus est agnatus, an feudatarius possit de feudo disponere in vltima voluntate, Luc. etiam de pen. in l coloni, in quibus causis coloni in fine lib. 11. dicit ista verba, & sic nota, quòd alienare prohibitus testatur quod intelligitur inter suos, ꝙ dicere, nihil est, quia tunc testator conformat se iuri, & nihil ipse transfert, Ioannes autem Faber in §. seruitus aut est, de iure person. post nu. 2. rectius loquitur, dum dicit ista verba, sed non credo, quòd possint testari inter extraneos, cum non possint alienari, alleg. d. ç. de success. feud. sed hoc clarius not. Andr. in cap. item si fuerint nu. 35. quibus mod. feu. amitt. vbi dicit ista verba, sed si hæres instituatur, quando alienatio à l. inhibetur non valet, nec heres institutus habebit, alleg. d. l. peto §. fratre, & postea præuidens difficultatem, subijcit ista verba, dic, quòd lex prohibet feudi alienationem, vt in cōstit. Imperialem, & tunc non obstat defuncti volūtas, si hæredem extraneum instituere, quia non valet tunc heredis institutio, hæc sunt verba sua, sed iste articulus videtur determinari in c. 1. &

2. si

2.si de feu.defunct.milit.& in §.51.contentio de Capit. qui Cur.vend, Nam si nstabit esse feudū in illo iud.summa- imo cessabit illa lex de edicto diui A ri. toll. etiam heres extraneus scriptu non obtinebit, & ita intelligatur Ol conf.270. & Afflict. decis.119. & in .an agnatus, & in cap.1. in fine si de .fuer,controuersia,& cū isto tem pera ento debet intelligi Dec. consil. 467 seq. & 478. scilicet quando in- situ , & voluntas testatoris concordat n lege inuestituræ, scilicet vt institut sit ille, qui vocabatur,& veniebat a ntestato, vt dixi superius,& tūc legis neficium dat non testator, & in hanc tētiam videtur inclinare idem Dec. nf.517. & Andr. quib.mod.feu. amic u.35.Et nos diffusius tractamus post dr.de success.feud.ver. filij tantum ualiter vbi hoc Andreas determina melius quam alibi, & ibi latius scrip us.

SVMMARIVM.

1 Su ecstit author triginta quæstiones, de uibus inferius dicetur.

1 PRODEST iste terminus successionis,& est valdè vtilis ad plures quotidianas q̄stiones,& prima est,an si defuncto p tre, primogenitus reperiatur inhabilis d consequendam feuda, puta, quia c ricus in minoribus;an possit dimisso ha itu clericali petere inuestituram, seu onfirmationē, non obstante, q fratri se ūdogenito videretur quæsitū ius inreuo abiliter, quia dominiū, quod non po st stare in pendenti, inspecto præsenti statu, videbatur statim fecisse transitum in personam secundo geniti habilis.

2 Secunda quæstio erit, an pater, qui succedit filio in feudo per eum refutato, si filius præ moriatur, dicatur succedere iure,& tit.succeßionis, ita quod vt successor teneatur ad onera, & debita cōtracta per filium, vel capiat feudum liberum iure regreßionis, vt dicat? feudum potius reditum, quam quæsitum, & discutietur decis.Sac.cons. tertia per dominum de Franchis nunc dignißimum Præsidenrem S. C.

3 Tertia quæstio erit, an sublatis masculis de medio, vel non existentibus, si contingat sorores concurrere ad succeßionem feudi quarum altera sit maritata à communi patre, vel fratre, & altera sit in capillo, quæ ipsarum debeat admitti ad succeßionem bonorū feudalium.

4 Quarta quæstio est in sciēdo, si bona, quę deferuntur proximioribus sanguinis,& de stipite vigore consuetudinum ciuitatis Neap. in quibus attēditur magis prærogatiua bonorū, quam proximitas gradus, deferantur ad eos, etiam si non sint agnita,& simul declarabitur consuet filius fam.quæ solet habere diuersos intellectus, quādo parentes sunt in medio. Et decis. Domini de Franch. 89.quæ de hac transmißione loquitur, & de qua etiam loquitur idem Napodanus in consuet. Si moriatur nu. 246. & in consuet. & si testator quem ibi allegat Dominus de Franchis.

5 Quinta quæstio erit, an successor poterit grauari in feudo, & quid si verba testatoris dirigantur ad feudatarium, & quid in feudo ex pacto, & prouidentia,& declarabitur, Bal. de success.feu.

turæ, quæ præsumitur secundum naturam recti feudi, vt soli masculi succedant. Secundo ex noua inuestitura, seu concessione Cameræ Apostolicæ, quę ex præmissis potuit habere manus iniectionem ad feudum extincta familia
1 illorum de Gregorio. Nàm Domina Feliciana ex præmissis, tanquam fœmina prohibebatur succedere, & cuius rei prohibetur petitio eiusdem facta, concessio non valet l.1.C.de petit. bon. sublat.& docet Andr.in c.1. qui succ. tene.nu.13. in fin. Vndè dominus Hyeronimus transigendo cum Camera, quęsiuit sibi nouum titulum. Imò magis nouam causam possidendi, propter quod videtur emisse à Camera feudũ prædictum, ex hac extrinseca, & superuenienti causa l.si pro fundo C.de transat.prob.tex.notab in l. Lutius in fin.ff. ad Treb.& cum causa transactionis vera sit, non habet domina Daria de quo conqueratur, quia neque lis, neque causa confinguntur, nec pretij etiam solutio simulata est. Vndè insurgit verus titulus ex hac noua causa acquisitionis, Andr.hoc dicit in c.si vassallus de feu. propè fin.si de feu.defunct.milit.& per ista respondetur ad inuestituram obtẽptam per dominam Felicianam ab eadem Camera, quia illa non fuit noua concessio, sed facta fuit ad postulationem, quæ confirmatio dicitur, & quæ confirmatio cùm non reperiat suum confirmabile, & non habet, super quò figat pedes, nihil est, & nullum ius tribuit, secundum Andr.in c.1.in prin.per quos fiet inuest. Vbi dicit ista verba, si ergo vassallus habeat in re, proficit inuestitura, aliàs non: Nàm non tribuit ius in feudo veteri, sed conseruat acquisitum, faciunt notata per Ciuilistas in eo, qui se intruserat in aliquo Castro, vel feudo, aut illud per vim occupauerat, quòd si obtinuerit confirmationẽ, aut inuestituram, nihil sibi proficit; nã
2 priuilegia subreptitia non valent, c.dudum de priuileg. extrà probant Doct. in l.si qua vnquàm loca C.nè rei dominicæ, vel templorum, & in l.competit, tit.seq.nor. Bald. in c.1.per quos fiet inuestitura antè num.3.& in l. authoritatem.C.vndè vi, & idem Bal.in l.1.C de legib. & alibi sæpè, & isto casu, vt cũ possessio sit contrà ius cõmune, oportet, vt competat ratione priuilegij, & priuilegij non subreptitij c.1. vbi Abb, post alios, vt lite pend.

SVMMARIVM.

1 *Feudum semper præsumitur concessum, secundum suam propriam naturam, nisi probetur alteratio.*
2 *Pater si disponat de feudo inter filios, dando plus vni, quàm alteri, non valet dispositio, nàm succedent æqualiter.*
3 *Priuatus auferre non potest, quod l. tribuit.*
4 *Sublato iure primogenituræ, omnes filij æqualiter succedunt.*
5 *Regnum, an sit legitima primogeniti.*
6 *Pater potest, alienare inter filios in damnum primogeniti.*
7 *Pater an poterit disponere de feudo nouo per ipsum quæsito.*
8 *Pater, an possit grauare successorem in feudo.*
9 *De feudo recto ex pacto, & prouidentia, nihil tangi, aut disponi potest; nec vsq; ad candelam pro anima.*

TEMPER

SEMPER ergò præsumitur feudum fuisse concessum secundum propriam
1 naturam, nisi probetur alteratio, secundum eundem Bal. in c. 1. §. prætereà nu. 1. quid sit inuestitu. & ideò neq. confirmatio, neque possesio profuit dominæ Felicianæ, nàm si titulus fuit infirmus, possesio erat infirmanda & sicut natura non præsumitur separata à subiecto, ità nec communis vsus, & consuetudo, cui natura inest. Et prop. pter eà quod est in territorio Ecclesiæ, informatum, prout consueuit Ecclesia concedere, & secundum naturam regularem feudi, verba sunt gl. Paris. §. 7. sequendum Bal. num. 31. & seq. probat clarius Dec. cons. 32. & in tantum vera est hæc conclusio, quòd etiam si feudum detur sub l. primogenituræ, omnes filij dicuntur succedere, Sed ex vi ordinis aliorum succesio est sinè effectu; & dicuntur secundogeniti, potius impediri, quàm priuari, vt per Andr. in c. 1. de succ. feudi, vbi etiam vult, quòd si pater disponat de feudo inter filios, dando plus vni, quàm alij, non valet di
2 spositio, sed succedent æqualiter, & est ratio, dicit ipse, quia quod lex tribuit,
3 seu prouidentia legis priuatus, auferre non potest, & in hoc loco Andr. declarat illud, quod tetigit in c. omnes filij si
4 de feu. defunct. milit. Nàm sublato iure primogenituræ, omnes filij æqualiter succedunt, vt in d. §. omnes filij, & in hoc errauit gl. Paris. §. 8. gl. nu. 15. & seq.
5 Vbi dixit Regnum esse legitimam primogeniti, & patrem posse alienare in
6 ter filios in damnũ primogeniti nam spes illa primogenituræ radicata ex cõtractu, & sic ex specie de præsenti non auferetur per patrem, disponendo de feudo pluraliter, licet de feudo nouo
7 per eum, quæsito disponere posit. De feudo autem antiquo nõ disponet, nisi per viam refutationis in proximè successuros, hæc not. And. in c. 1. num. 9. &
8 seq. de alie. feu. pat. est benè verũ, quòd in actione personali potest pater grauare successorem in feudo, non onerando feudum, sed personam feudatarij, cap nisi essent de præben. & l. titius rogatus ff. ad Trebell. quæ iura procedũt in feudo hæreditario, non autem in feudo recto ex pacto, & prouidentia, de quo nihil tangere potest, neque candelam pro anima, vt dicit And. in d. c. 1. de succ. feu.

SVMMARIVM

1 *Existentia masculorum impedit fœminas venire in feudum.*

2 *Fœminæ censentur post masculos vocatæ.*



EX hoc causatur, quòd si domina Feliciana habuisset gratiam de hoc feudo, post eius mortem, filię nõ succederent, vt per eũdem And. in hoc c. 1. de his, qui feu. dar. poss. nu. 15. & proinde quocunque se vergit pars, nihil agit, nàm si feudum erit rectum, prohibetur agere. si autem alleg. quòd feudum sit datum pro masculis, & fœmi-
1 nis, etiam malè agit, quia existẽtia ma-
2 sculorum impedit fœminas venire ad feudum, quia fœminæ censentur post masculos vocatæ, & per ordinem, vt docet And. in c. 1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis masculis, & fœminis; probat Aretin. consil. 141. Et hæc scripta sunt ex abundanti; Nàm Illust. aduocati

cati Almæ Vrbis satis doctè, & abundanter scripserunt.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quomodo præsumatur.*

PATET igitur ex præmissis quòd quando de inuestitura
1 non constat, præsumitur feudum datum, secundum rectam, & originalem sui naturam idest præsumitur feudum ex pacto, & prouidētia, in quo soli masculi succedunt, & pro quo nullum præstatur seruitium, nisi specialiter de eo, conueniat, aut illud præstari sit solitum, quicquid scripserit And. in §. huius autem generis post num. 10. ex quib. cau. feu. amict. cuius dicta procedunt in Regno, quia vt dicunt aliqui Regnum est hæreditarium, & inferius declarabitur in quæst. Et hoc nos explicamus in c. 1. an agnat. in illa quæst. Andr. si feudum simpliciter conceditur quomodo censetur concessum. Ibi videbitis.

SVMMARIVM.

1 *Quot formæ inuestituræ reperiūtur.*

AD illud de formis inuesti-
1 turarū. Dicāt, is quòd duæ tantùm formæ reperiuntur videlicet prima quæ præsumitur in dubio pro te, & liberis, & ex ea causatur, Imò magis declaratur, feudum ex pacto, & prouidentia, & altera pro te, & hæredibus, etiam si dicatur ex corpore legitimè descendētibus, & tunc erit feudum hæreditariū, si in dispositiuis ponantur verba prædicta, vt optimè considerat dominus de Franchis decis 6. & illa qualitas considerata per Affl. qui addebat tertiā formam, scilicet pro te, & hæredibus, ex corpore procedit respectu primi acquirentis ad differentiam antiquæ formæ in Regno, quæ cantabat pro te, & hæredibus. & tunc frater succedebat fratri: & de hac forma alibi plenè tractauimus, declarando c. Regni, quod incipit considerantes. quod capitulum declaratur etiam per Afflict. in c. omnes filij si de feu. fuerit contr. nu. 6. istas ergò duas formas ponit, & declarat Andr. in c. 1. §. & olim nu. 7. de success. feu, vbi dicit ista verba, si feudum datū est tibi, & hæredibus, oportet, vt sit hæres, qui vult habere feudum. Nàm talia feuda veniunt in petitione hæreditatis, si verò sit datum tibi, & liberis descendentibus, hoc est ex pacto, & prouidentia, vt dixerunt Pileus, & Bulgarus, habent illud agnati, & si non sint hæredes, non filius, qui in hoc est deterioris conditionis intrà c. an agnatus, hoc idem dixit idem Andr. in c. Imperialem §. prætereà ducatus in prima addit. post nu. 87. ibi hoc indubitanter videtur verum, hoc etiam firmauit, & declarauit idem Andr. in c. an agnatus, & in constitutione, vt de successionibus in ver. filij autem frattum propè finē, & in vers. in requisitis, & alibi sæpè, sed in illis primis locis de succ. feu. & in §. prætereà ducatus declarat, quòd lex primogenituræ, seu forma, vt primogeniti succedant, conuenit vtrique feudo idest quòd potest dari feudum, tàm hæreditarium, quàm ex pacto, & prouidentia, vt in illis succedant primogeniti,

niti, videte eum. Nàm alias in locis oportunis declarabimus illũ articulũ si pater potest feudum hæreditariũ assignare vni ex filijs, quem articulum tãgit And. in d. c. 1. de succ. feu. & in c. omnes filij si de feudo fuerit contr. Sed quę forma præsumitur in Regno, diximus in cap. an agnatus, & in dict. §. preterea Ducatus.

SVMMARIVM

1 *Fœminę per masculos excluduntur vigore consti. Regni, de quo dicendum, vt infrà.*

2 *Primogenitus nascendo se inclusit, & secundogenitum perpetuò exclusit, & hoc dicitur de fœminis.*



Dillud, si fœminæ ĩ Regno
1 exclusæ per masculos vigore const. in aliquibus, & vt de succesionibus dicantur perpetuò exclusæ videtur contrà eas communis sententia Doctorũ videlicet Bal. in l. si quis posth. §. 1. ff. de lib. & posth. vbi vult, quòd hoc casu sufficit masculum fuisse momento temporis, vt fęmina ꝑpetuò maneat exclusa, hoc idẽ firmat idem Bal. in l. in quibus C. de secund. nupt. Socc. conf. 114. vol. 4. Dec. consi. 309. Bar. in l. fin. ad Tertull. Ang. & alij in l. Gallus §, & quid si tantum ff. de libe. & posth. Anchar. consil. 220. Et idem Dec. consi. 87. & conf. 331. & melius conf. 72. Iaf. etiam conf. 220. lib. 3. Ruy. consil. 167. volu. 3. & in feudis hoc not. Andr. Bald. Aluarotus, & Cardinalis Alexandrinus in c. 1. §. quin etiam Episcopum, vel Abb. & rationẽ assignat Tiraq. in tract. primogeniturę quęst. 40. nu. 37. vbi allegando dictum §. quin etiam dicit, quòd primogenitus nascendo se se inclusit, & secundogenitum perpetuò exclusit, & quod dicitur de secundogenito, poterit etiã dici de fœminis, quia in omnibus cõsideratur ordo, & quod facit vis ordinis ĩ masculis, facit qualitas sexus cũ fœminis, & in hanc sententiam videtur venire Alber. Brunus consi. 39. & consil. 38. Alex. cons. 53. vol. 6. & alij citati per dominũ Ioannem Thomam de marinis sub rubrica de feudo fœmineo, q. x.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina conditionaliter excluditur per const. Regni in aliquibus.*

2 *Fœmineus sexus non est omnino exclusus, vti inhabilis, nisi quando concurrit cum masculo, nam tunc masculus præfertur.*

3 *Fœmina semel admissa, an dicatur conditionoliter admissa.*

4 *Fœminæ non dicuntur exclusæ, sed impeditæ.*

5 *Secundogenitus sicut impeditur, & non excluditur per primogenitum, ità etiam sexus fœmineus nõ excluditur per masculos, sed impeditur.*



Anc difficultatẽ præuidẽs. And. noster in c. 1. de eo. qui sibi, & hær. suis dicit, ꝙ per const. Re-
1 gni in aliquibus fœmina conditionaliter excluditur, facit pro hac opinione tex. ĩ l. filiusfamiliàs §. cũ quis ff. de leg. 1. Napod. aũt noster in consu. & omnia
2 nu. 105. dicit ista verba, sex⁹ fœmineus nõ ẽ omninò exclusus, vt inhabilis, nisi qñ cõcurrit cũ masculo, q a tũc masculꝰ sibi ꝑfertur, & sic tũc fęmina nõ repel

litur, vt omninò, & indistictè inhabilis, sed vt min⁹ habilis, quàm masculus, cũ quo concurrit, vt in const. vt de succes. in prin. hæc sunt verba sua. Curtius aũt in suo tract. feudorũ in 3. parte in 1. mẽbro in fine satis eleganter disputat, & laborat circà intellectũ d. c. 1. de eo, qui sibi, & hæred. suis nu. 33. videlicet, si fę
3 mina semel admissa dicatur cõditionaliter admissa, vt dicit And. & ꝙ posteà repellatur, superueniẽte masculo, & ponit exemplũ inter nepotẽ, & amitã, & idẽ Curt. tangit cons. 140. & 171. A te. ẽt tangit cons. 141. & 143. sed omnes variè scripserunt. Vndè in hac Doctorũ perplexitate And. noster dixit notabile verbũ, ꝙ fęminæ non dicũtur exclusę, sed
4 impeditæ, nàm sicut secũdogenitus nõ
5 excluditur, sed impeditur p primogenitum, ità ẽt sexus fœmineus nõ excluditur per masculos, sed impeditur, vult dicere And. ꝙ omnes isti simul vocantur. Ad successionem per const. Regni & ita debet intelligi Andr. in §. quin etiam Episcopum vel Abb.

SVMMARIVM.

1 *Secundogeniti, & fœminæ sunt sinè effectu succedendi quandiu habent antè se primogenitum, et masculos.*
2 *Quod facit ordo in masculis, facit qualitas sexus in fœminis.*
3 *Fœminæ in Regno succedunt iure cõmuni per Regni const.*
4 *Fœminarum exclusio facta fuit fauore masculorum qui possunt illi fauori renuntiare, & admittere sorores ad successionem.*
5 *Primogeniti, & descendentes ex eis impediunt alios, & non concurrũt in succ. cum ipsis.*
6 *Filij exclusi, seu impediti, vt diximus, à successione parentũ, dicãtur etiã excludi à successione fratuum.*



AD successionẽ ergo veniũt fœminæ etiam per const. Regni. sed secundogeniti sunt sinè effectu succedendi, cum ius istud succedendi in paragiũ
2 sit transfusum secundum Napod. in 1. consuet. vet. & tenentur, & hoc quãdiù habent ante se, primogenitũ, & masculos, & sic temporaliter excludũtur, vt notauit Dec. d. cons. 71. sed an sufficiat fratres ex stare, licet non succedãt, vide bis Bar. in l. 1. §. filium ff. de cõtra tab.
2 Nàm quod facit ordo ĩ masculis, facit qualitas sexus in fœminis, vt prædiximus quia vnus præoccupat, & quasi p̃ueniẽdo, impedit, & superat aliũ, & ra-
3 tio est, dicit And. in d. c. 1. quia fœminæ in Regno succedũt iure cõi per Regni const. & ideò And. in const. in aliquib⁹
4 dicit, quòd fœminarum exclusio facta fuit fauore masculorum qui possunt illi fauori renuntiare, & admittere sorores ad successionem, hæc verba loquitur And. in c. 1. antè num. 6. Imperator. Loth. in versi. cùm enim sit datum omnibus descendẽtibus, & clarius hoc dixit in c 1. §. præterea si vassallus versus finem, quæ sit 1. cau. benef. amiet. vbi dicit ista verba primogeniti, & descendẽ
5 tes ex eis impediunt alios, vt nõ cõcurrant in successione cum ipsis, hæc sunt verba sua in dictis locis, quæ vos notabitis, quia sunt pulchra, & notatu digna ad intellectũ dictarũ const, quib⁹ addatis notabilia dicta Bal. in l. quoties nu. 6. & sequ. C. de suis, & legitim. sed an filia exclusa, seu impedita, vt di-

ximus à successione parentum, dicatur
6 etiam excludi a successione fratrũ. Alibi tractauimus, videbitis pro nunc Deci. in d. consi. 71. & Bal. d. c. Episcopum, vel Abb. vbi notauimus, quã etiam ex noua causa succedatur ei, cui facta est renunciatio. Et cito videbitis, deo fauente in illa repetitione. Et inferius tanguntur aliqua.

SVMMARIVM.

1 *Prima causa success. & liber: in omni successione*
2 *Filij non acquirunt, succedendo patri sed acquisitum capiunt.*
3 *Dominium continuatur naturaliter mortuo patre ad filios.*
4 *Ius filio non deest, viuo patre, sed administratio.*
5 *Hæreditas debetur filijs primi gradus, sed non vlterioribus.*
6 *Successiones omnes sunt de iure positiuo coadiuuante naturali.*
6 *Fellonia patris nocet filio.*
8 *Andr. nullum verbum scripsit otiosum.*
9 *Successor verè dicitur, qui iuris vniuersalis, aut quota successor est.*
10 *Succedens in legitima, aut in feudo, nõ dicitur succedere in iure vniuersali.*
11 *Non dicitur vere successor, qui in legitima, aut in feudo succedit.*
12 *Si sic alter vniuersalis hæres, qui petit feudum hereditarium, aut legitimam, dicitur petere hæreditatẽ.*
13 *Feudum potest peti, etiam iure successionis, etiam feudum ex pacto, & prouidentia.*
14 *Successor singularis, etiam dicitur in rem succedere.*



SECVNDVM caput, sequẽdo
1 ordinem Andr. est successio, & vt scitis, prima causa successionis est liberorum in omni successione, quæ regula in tantum vera est, ꝙ gl. in c. 2. super ver. aut successione de feu. cog. in fine dixit notabile verbũ videlicet, ꝙ filij non acquirunt, succedẽdo pa
2 tri, sed acquisitum capiũt. quã gl. extollit ibi Bal. & notandum dixit hunc sapi dũ modũ loquendi, hanc gloss. sequitur And. in const. foriudicatorũ bona post princ. vbi declarando l. in suis ff. de lib.
3 & posth. dicit ista verba, mortuo ergò patre, naturaliter continuatur dñiũ, ff. de acq. poss. l. cùm hæredes, ex quibus cau. maiores l. cùm miles, hanc eãdem gl. magnificat gl. Paris. in gl. 1. tit. 1. super ver. par. successio. nu. 4. vbi declarat, ꝙ gl. prẹd. etiam de feudo loquitur, sed versus finem dubitauit, an glo. prædic. procedat in feudo, quod defertur ex vi contractus, scilicet in feudo ex pacto, & prouidentia, sed hanc dubietatem resoluit Bal. quem gloss. Paris. non meminit in l. in successione in princ. C. de suis, & legit. vbi vult, q òd in tantum illa regula vera est, vt prima causa successionis sit liberorum ꝙ illa procedit siuè successio deferatur p ius cõmune, siuè per statutũ, siuè per consuetudinẽ, siuè p testamentum. Videatis eũ, quia notabiliter loquitur illam gl. similiter extollit Aret. consi. 26. consil. 53. & 143. sed dominus Tiraquel. in tract. primogeniorum quæstio. 40. nu. 99. addit notabile verbum Bal. in l. cùm antiquioribus, qui per illam glo. dicit, quòd in feudis filius, viuo patre intelligitur,

esse inuestitus, ac etiam possidere, & sic continuatur in eum possessio feudi
4 sine alia inuestitura, adeò quòd viuo patre, non deest ius filio, sed administratio, & alia cumulat notabilia more suo. Sed Bar. in l. is potest ff. de acq. hæredi. col. 2. vers. est, & aliud dicit spem in filijs esse legitimam, & considerabilem propter communevotum naturę, & parentum, sed elegantius loquitur, iureconsultus in d. l. in suis, vbi scribit ista verba ità quòd post mortem patris non hæreditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur, Bald. etiam in l. lege duodecim tabularum post prin. C. de suis, & legit. considerauit, quod de iure naturali filijs primi gradus de-
5 betur hæreditas, sed non vlterioribus, & posteà subdit omnes successiones mundi esse de iure positiuo coadiuuan-
6 te, naturali, & addit post nu. 2. ista verba, item per viam contractus existentis istius naturæ, vt in feudo, vbi Fello-
7 niā patris nocet filio, & alia subdic more suo, quæ sunt potius ad degustationem, quàm ad vtilitatem, sed And. noster, qui nullum verbum scripsit ocio-
8 sum in c. 1. §. sancimus lo primo quo tēpore miles col. 2. circà medium dicit ista verba, quia in feudis, successor dicitur, etiam agnatus, & hoc clarius expressis in c. 1. de succ. feu. vbi tex. & littera loquitur de feudo ex pacto, & prouidentia, vnde idem Bald. in l. si fratres in fin. C. de iure delib. considerauit nomen hæredis tripliciter, scilicet pro filio, etiam repudiante, secundo modo pro hærede, habitu, & non actu, tertio modo pro hærede actu, & habitu, & speculatio poterit aliquando prodesse.
9 Nàm successor verè dicitur, qui iuris vniuersalis, aut quotæ successor est l. quidam §. is autem ff. de a den. sed qui succedit in legitima, aut in feudo, non dicitur succedere ī iure vniuersali, quia non in ære alieno l. Papinianus §. 4. ff. de inoffi. testam.

10 Nec etiā dicitur succedere in quota hæreditatis, sed bonorum, vt not. in l. non amplius §. fin. & ibi Bal. ff. de leg. 1. & in l. cùm à matre C. de rei vendic. iūcta l. 1. §. si ex fundo sæpius allegata ff. de hæred. instituend. ex quo patet diuersum esse succedere, quod vniuersitatem iuris significat, & diuersum esse petere feudum separatum, tamen ab hæreditate, aut petere legitimam. Nā
11 non dicitur verè successor, qui in legitima aut in feudo succedit l. si quis priore ff. ad trebell. iuncta l. si titius ex parte ff. de leg. 3. & hoc intelligatis, alio existente hærede vniuersali, vt diximus in superioribus. Nàm si non sit alter vniuersalis hæres, qui petit feudum
12 hæreditarium, aut legitimam, dicitur petere hæreditatem, secundum Bart. in l. quia poterat ff. ad trebel probat Alex. consi. 159. Ang. consil 81. & 83. & consil. 101. & 106. & Tiraq. in d. tract. primogenitorum quęst. 35. nu. 10. & seq. vbi de vtroque loquitur, & alios alleg. ex quorum dictis notabitis, quod feudum po-
13 test peti, etiam iure successionis, etiam feudum ex pacto, & prouidentia, nàm vt aliàs dixi, etiam singularis successor dicitur in rem succedere, quod probat idem Andr. in c. 1. quæ fit prima causa benefit. amiċt. post nu. 16. ibi, vel quòd melius videtur, dilucidatur in omni successione, scilicet vniuersali, & reali, & hæc supplebitis ad gl. Paris. qui dubitauit, an detur successio in feudo fideicōmissario, seu ex pacto, & prouidentia,

sed

sed, an iste singularis successor teneatur ad onera, superius tetigimus, quibus addatis Bart. in l. si quis seruum in fin. ff. de leg. 2. & Castr. in l. si cum dote in prin. sol. matr. col. fin. iuncta l. 1. C. de fideiuss.

SVMMARIVM.

1 *Hæres omnis, et successor tenetur ad solutionem releuij.*

2 *Releuium consistit in medietate fructuum illius anni, quo moritur defunctus.*

3 *Licet aliqua pars fructuum sit steri lis, non potest Fiscus deferre exactionem in alium annum fertilem.*

4 *Minor succedens, non soluit releuiū, nisi quando iurat, quia solutio differtur in ætatem in qua iurare potest.*

5 *Fiscus potest exigere, si velit releuium à minore.*

6 *Seruitium, quod præstatur, non inest feudo de nat. feud. sed inest ex conuentione.*

7 *Qui feudum recipit, statim obligat se, ad omnia, quæ proueniunt, vel ex natura rei, aut ex conuentione, seu consuetudine.*

8 *Quæ sunt de consuetudine insunt.*

9 *Contractus interpretatur à consuetudine.*



1 PRODEST iste discursus ad sciendum, quòd omnis hæres, & successor tenetur ad solutionē releuij. quod ex con-
2 suetudine debetur, secundum And. per quos fiat inuest. nu. 7. & de capit. Corr. nu. 14. Quod releuium consistit in medietate fructuum illius anni, quò moritur defunctus, & ex hoc aliàs consuluit & dixi vobis, quò l licet aliqua pars
3 fructuum sit sterilis, non potest Fiscus differre exactionem in alium annum fertilem, vt vidi aliquando dubitari. Nàm oportet, vt tota exactio illius anni sit infructuosa, et sterilis, aliàs compensabit illam sterilitatem fructuum cum fertilitate aliorum fructuum, secundum aliquos, licet multi impugnātur. Releuium, et istud non soluitur per emptorem, non à muliere, cum affectatur, nec pro prima inuestitura, quando de nouo conceditur, hæc not. And. in c. 1. §. similiter in ostenditijs de Capit. Cor. vbi in prima addit. dicit, quòd minor succedens, non soluit releuium,
4 nisi quando iurat, dicatis vos, quod nō tenetur tunc soluere, quia solutio differtur in ætatem, in qua iurare potest,
5 sed interim, si Fiscus velit exigere, potest illud exigere, etiam à minore, quia licet onus istud proueniat ex consuetudine, tamen eadem consuetudo facit, vt insit rei, & debeatur, etiam per emptorem possessorem, quando solutum non esset per minorem, aut
6 per hæredē, & hoc iure vtimur. Quia seruitium, quod præstatur, non inest feudo de nat. feudi sed inest ex conuentione quando conuentum est vel ex cō suetudine l. excepto. codic. locati, & quod facit conuentio, facit cōsuetudo feudalis, quia qui feudum recipit, sta-
7 tim obligat se ad omnia, quæ proueniunt, vel ex natura rei, aut ex conuentione seu consuetudine. Nàm quæ sunt
8 de consuetudine, insunt secundum Napod. in cōsuetudine viro mortuo super gl. in ver. debent probat Bar. in l. magistratus,

stratus, post gloss. in ver. moribus ff. ad municip. vbi vult, quòd contractus informatur seu inpetratur à consuetudine, & probatur in l. fundus qui locatus ff. de fundo instr.

SVMMARIVM

1 *Onera licet plura sint, & vnico anno obueniant, omnia debentur, sed exactio vnius oneris differtur in tempus permissum.*

2 *Maritare filiam, an sit actus, non pendens à voluntate patris, vel fratris.*



T per ista pluries consului contrà aliquos Barones, qui prætendebant non teneri ad solutionem oneris duplicati, quando plura onera obuenerant eodem anno, & similiter respondi contrà aliquas vniuersitates, quæ prætendebant non soluere Baronibus subsidia, quæ illis debentur vigore const. Regni, quàm plurimum. Nàm dicebāt homines de vniuersitate, quòd si Baro emat terram, & eodem anno maritet filiam, quòd non tenebantur vniuersitates ad solutionem duplicati oneris. Sed quod vnica solutione liberarētur, & hoc per opinionem Domini Iacobi de gello, qui multa bona scripsit in tractā. adohæ, quem refert dominus Marinus de sub feu. lib. 2, in 3. auth. fol. 26. & tangit Loffredus in sua Parafrasi §. his consequēter hic finitur lex, sed vos dicatis ꝙ siue onus proueniat à Rege, aut, iussu Regis, vt super in dictum, quod nos donatiuum appellamus, siue proueniat à lege, vt in d. constit. quàm-

1 plurimum, etiā quòd onera plura sint, & vnico anno obueniant, omnia debētur. Sed exactio vnius oneris differtur, in tempus permissum, & ità vos teneatis quicquid scripserit Luc. de Penn. in l. fin. col. 4. post principium de exact. tribut. lib. x. & hoc totum facit illa obliga

2 tio, quę est insita rei, feudo, & vassallis. Nàm maritare filiam, nō est actus omnino pendens a volūtate fratris, vel patris. Sed dicitur habere conditionem mixtam cùm mariti non sic faciliter inueniantur maximè condigni, & si pater vellet expectare tempus congruū, perderetur occasio illius matrimonij. Quod ferendum non est, & sic etiā in emptionibus terrarum, & alijs actibus pendentibus, à voluntate duorum c. pro illorum de præbend quem text. in pulchro casu expendit Roman. consil. 337. incipit; quò ad primum. Et proptereà rectè decreuit, vt solet Rota nostra Neapolitana, vt per dominum de Franchis in suis decis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi, an locum habeat in feudis.*

2 *Quod facit mors, facit abstensio.*

3 *Abstinere differt à cedere.*

4 *Cedens alij, an adire videatur, & in casibus procedat.*

5 *Ius accrescendi non habet locū in contractibus potius quæsitum, præterquàm in vsufructu.*

6 *Inuestitura, seu acquisitio feudi, contractus est.*

7 *Feudum, si datum sit duobus, quorū alter ē habilis, alter verò inhabilis pars habilis, an accrescat ibabili.*

8 Ius

1 *Ius accrescendi, an locum habet inter succedentes iure spetiali.*

EX præmissis dubitari solet, si in feudis procedat regula iuris accrescendi, de qua in l. si mihi, & titio ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. quando non petentium partes, & per Bartol. & alios in l. rei coniuncti de leg. 3. & per Andr. per quos fiat inuest. post nu. 6. & quæ sit prima causa benefic. amiẽt. & in fin. in cap. 1. de duob. fratr. à cap. inuest. vbi hoc notant Bald. & cæte. & non immoremur super quæstio. tàm trita, & vulgari, debetis cum distinctione procedere, quia si plures filij vocentur à l. ad successionem patris, vt in c. omnes filij, si de feud. fuer. contr. tunc vno abstinente portio illius abstinentis accrescit portioni adeũtis. Et tunc regulà procedit, non per viam iuris accrescẽdi, sed per viã iuris nõ decrescendi, quæ in non quæsitis procedit, aut in non agnitis secundum Alex. qui alios allegat. consi. 38. vol. 1. & Bald. in l. 1. in fin. C. quando non pot. part. & hoc totum facit prouidentia l. quæ vocat omnes filios ad successionem, & si vnus nolit, alius admittitur. Nã quod
2 faceret mors, facit abstensio, & ità sunt intelligenda pulchra verba Pau. de Castr. in l. 2. C. de repud. hæred. probat l. notabilis cum gloss. ff. de vsufr. l. dominus fructuario, secus, si alter alteri cæderet, nàm aliud est abstinere, & aliud cædere, vt per eundem Paulum de Ca
3 stro in l. si actionem C. de pact. & in l. pactum, quod dotali, C. de collat. quibus addatis l. si auia C. de iure deliber. vbi notatur quòd qui alij cædit, adire
4 videtur, & hoc procedit in iure delato per actus occultationẽ l. si duo patroni vbi glo. ff. de iureiurando cum concor. non autem in iure, nondum delato, vt notatur in d. l. si actionem, & procedit etiamsi fieret per viam refutationis sinè pretio. Nàm refutatio ipsa contractus est, quando habet formam suã, scilicet vt fiat superiori domino, vel proximiori agnato, vt dicam post Andr. in tex. vestro, portio ergò abstinentis simpliciter accrescit portioni, sed si quæratis, an ius accrescendi, procedat in contractu, vos teneatis cum Ciuilistis, qui in locis prædictis dant pro re-
5 gula, vt in contractibus non sit locus iuri accrescendi post ius quæsitũ, præterquàm in vsufructu l. 1. in fi. ff. de vsufru. accresc. & vt scitis, acquisitio feudi,
6 seu inuestitura contractus est, & in cõcessione facta duobus fratribus de feudo, tenet Andr. in hac rubr. vestra post nu. 14. Ibi item si communiter duobus fratribus datum esset feudum vnus alteri non succedit, nisi expressius in cõcessione feudi dictum esset. Hoc idem firmauit And. in c. 1. de duobus fratribus de nouo benef. inuest. post princ. & in c. 1. de benef. fratris, & qualiter frater fratri succedat. Et hoc quidem regulare est in contractu. Et concessio in feudum contractus est, vt supra probauimus. Imò, & fortius dixit Andr. in c. imperialem §. nec dominus post num. 54. de proh. feu. alie. per Feder. quòd si feudum, datum sit duobus, quorum vnus erat inhabilis, pars istius inhabilis, non accrescit alteri, nisi Rex scienter hoc fecerit, quia tunc videtur habilitare, sicut facit de clerico, & fæmina. Et hoc totum prouenit ex natura contractus feudalis, qui non recipit ius accrescendi, vt etiam firmauit Anch. consil. 245. quod incipit duo, prima dubia ad quẽ

solet

ſolet recurri. Sed omnia iſta intelligatis,quando conceſsio facta pluribus de ſeudo,facta eſt ab eo,qui poteſt devno facere,& dare plura feuda.Nam dãdo pluribus, videtur diuidere in quotas, ſeu partes plures; Et hoc caſu,pars feudi,feudum erit,vt alibi dicam, & cum And.concordat communis ſchola Doćto. quicquid in contrarium ſcripſerit Alex.in d.l.ſi mihi,& Titio, & in conſ. 30.vol.1.quia idem Alex.rećtius loquitur conſi.17.nu.7. vol.5. & in hanc ſententiam veniſſe videtur Curtius in traćtat.feud. in 2. par. in tertia principali
8 quæſt.ſed an inter ſuccedentes iure ſpeciali,habeat locum ius accreſcendi,dixi poſt Andr. in d.c. Imperialem, vbi etiam tangam,ſi ſubſtitutus facit ceſſare ius iſtud accreſcendi, & quando inuicem ſuccedant ex præſumpta mente inueſtiẽtis, & ſi prohiberi poſsit, interim videte Bar.in l.huiuſmodi §.quibus ità ff.de lega.1.& in l.in repetendis de leg.3.& quæ ſcripſi in cap. an agnatus in repet. vbi etiam dedi intellećtũ ad legem primã ſi imper. largir. ſoci. lib.x. quam repetitionem cito videbitis cum alijs lećturis deo fauent.

SVMMARIVM.

1 *Feudum venditum duobus, an diuidi poßit in tantum, quòd ex vno fiant duo.*
2 *Feudum omne,an ſit diuiduum.*
3 *Rex tollit poſitiua, ſicut vult.*
4 *Dominium acquiritur per ſolum in ſolidum.*
5 *Legatum ſi fiat duobus, & deficiat perſona vnius, an totum legatum perueniat ad coniunctum.*
6 *Vtile per inutile non vitiatur.*



Et ex his etiam dubitari aliquando vidi, an idem dicendum ſit in feudo vendito duobus,ſcilicet vt feu
1 dum ipſum,quod erat vnicum diuidatur in partes, & ex vno fiant duo feuda,iſta dubitatio indiget diſtinćtione,
2 nàm licet omne feudum ſit diuiduum præter feudum dignitatis,vt in §. præterea ducatus de proh. feu.alien. per Feder. illud intelligitur apud plures hæredes diuidentes feuda paterna inter ſe, vt in c. omnes filij ſi de feu fuer. contr. & in c.Imperator Lotharius,& alibi ſæpè: & hoc ideò fit quia ex diuiſione nõ inmutatur natura rei, & illud feudum non deſinit eſſe paternum, & in eo frater ſuccedit fratri,non obſtante diuiſione,vt per Andr.per quos fiat inueſti.§. ſed,& plures antè nu3.. & plenius in c. 1.Imper.Lothatius,de quo etiam alibi dicam,& hoc etiam toleratur, & permittitur à l. ſed de vno feudo facere plura,lex reſiſtit,& prouidentia Regis aut domini.qui ab initio, vnicum æreæit feudum, & ideò dicatis venditionẽ non valere, ſi ab initio plures contraxerunt: quod maxime procedit in Regno,vbi Prorex prohibetur,& non poteſt aſſentire in illis contraćtibus,quando fieret ſeparatio feudi, vt in Regia Pragmatica quam de nouem capitibus vocant,ſed cum aſſenſu Regis,aut domini, qui ſcienter hoc faceret,vtiq. contraćtus teneret, & tunc de vno fie-
3 rent plura feuda, quia poſitiua tollit, ſicut vult Rex, ſed ſi vnus ab initio cõtraheret,emendo pro ſe,& alio abſen-
4 te tunc crederem emptionem valere pro illo,qui emit,quia ſolus, & inſolidum acquirit dominium per l. fundus ille ff.de contrah.empt. nàm præſumitur

tur tunc, q ipse solus soluerit pretium, vt not.Bar.Bal.& Salic.in l.2.C. pro socio.Non sic esset in vltimisv olūtatibus.
5 Nam si fieret legatum duobus, si deficeret persona vnius, totum legatū perueniret ad coniunctum, C.de cad.toll. §.pro secundo,firmat And.in §.nec dominus in fin.verbis cap.Imperialem de proh.alie.per Feder.secus etiam esset in eo,qui vēdet res allodiales cum re feudali in vno contractu.Nam tunc, si cōtractus nō valeret, ex defectu assensus, vel ex alia causa super feudo, vtique sustineretur? in rebus allodialibus,etiā si vnico pretio emptio facta sit, dum tamen non constet, q emptor, & venditor, non alias contraxissent. Nam tunc proportionabiliter taxabitur pretium, hoc not.Andr.de pac. iuram. firm. nu. 48. §.Ad hoc, qui allodium per Regu: quia vtile per inutile non viciatur, c. si eo tempore de rescript.in 6.iuncta glo. in vers.benef.probat Camer. in fortiori casu in cap.Imperialem nu.49.

S V M M A R I V M

1 *Testamenta, & defunctorum volūtas non attenditur in feudalibus.*
2 *Feuda licet non sint de perpetuo prohibitis alienari, illa tamen non sunt in commertio.*
3 *Alienatione prohibita, non cēsetur prohibita heredis institutio.*
4 *Alienari prohibita prohibetur quoque pignori dari, & obligari.*
5 *Per obligationem peruenitur ad venditionem pignoris.*
6 *Emptione prohibita,an prohibeatur pignoris acceptio.*
7 *Qua ratione prohibeatur vēdere feudum feudatarijs.*
8 *Leges, & conuentiones fraudari non debent.*


HOC ergò caput successionis intelligatis ab intestato, quia in feudalibus testamē
1 ta, & defunctorum voluntates non attenduntur, vt in c. 1.de success.feud. pugnant, namque simul causa testati, & intestati, vnde fit,vt illa lex fin. C.de edicto diui Adr. toll. nō procedat in feudis, quando persona extranea sit instituta, idest alter quā de his, qui comprehendūtur in inuestitura, & hoc totum prouenit ex illo fonte, quia
2 licet feuda non sint de perpetuo prohibitis alienari, illa tamen non sunt omnino in commertio, vt legitur in §. cōmertiū, & ibi per Andr.de proh. alien. per Loth.alias daretur occasio excogitandi ad inuentiones ad fraudandū dominum, qui in initio concessionis, cogitauit de certo genere personarum,& in hoc limitantur dicta Bar.in l.peto. §. fratre, ff.de leg.2.vbi vult, q prohibita alienatione, non censetur prohibita hæredis institutio. Nam idem Bart. in l.in quorum, ff. de pignor. opt. distinguit, q aliquando res prohibetur vendi,quia eius commertium interdicitur de iure,vt in re sacra religiosa,& Campo Martio, & tunc nec etiam pignori
3 dari potest, quia etiam pignus est cōmertium, quandoque non prohibetur commertium, sed prohibetur res vendi,aut alienari, & tunc,nec etiam obligari potest, per l. fin. C. de reb. alien. non alien. & ratio est,quia per obliga-
4 tionem peruenitur ad venditionem pignoris, l.2. & 3.ff. dedist. pign. quandoque verò prohibetur persona emere

sicut aliquando exterus, non autẽ prohibetur res ipsa. Et tunc qui prohibitur emere, non prohibetur pignori accipere, nisi ille accipiat pro tanta quantitate, quòd cessaret spes luitionis, Bar. sequitur Nigos: in tract. pign. in 3. mẽbro secundæ partis num. 69. & seq. Ex quibus colligitis, quòd feudatarius prohibetur alienare feudũ ratione rei, quæ secundum aliquos non est in totali cõmertio, quia alienari non potest sine assensu domini, quod nos alibi discutiemus ratione etiam personæ quæ debet esse nota domino, & ratione contractus cõditionalis, qui remouet omnem potestatem alienandi ex l. conuẽtionis, & sic plura impediunt, dominium transferri in alium, & illa l. 1. C. de sac. sant. Ecc. intelligitur in his, quę sunt in pleno dominio testãtium, alias per indirectum fraudarentur, ll. & cõuentiones contra l. nemo potest, ff. de leg. 1. & in pulchro casu firmat Anch. consil. 47. pro clariori decisione docet Inn. in cap. lateran. propè fin. de preben. Sed si cupitis scire iura, ex quibus variè succedatur videbitis Napod. in primâ consuet. sub tit. de success. ab intestato in ver. in stirpem vbi notabiliter loquitur.

(margin: 6, 7, 8)

S V M M A R I V M.

1 *Lex fin. de edicto diui Adri. toll. an locum habeat in his, qui succedunt ab intestato.*

2 *In feudis, omnis dispositio prohibetur.*

3 *Instituens extraneum alienare videtur.*



SED ideo dixi, quòd pugnant simul causa testati, & intestati, quia dicta l. fin. C. de edicto diui Adr. non

1 habet locum in his, qui succedunt ab intestato, vt not. Andr. quæ sint regalia in rubrica, in principio antè nu. 1. & in feudis, omnis dispositio ꝓhibetur, vt

2 in d. cap. 1. de success. feudi, vbi Andr. in ver. filij tantum dicit ista verba. Non ergo extraneus heres. Nam alienare vi-

3 detur, qui extraneum instituit, alleg. d. l. peto, §. fratre, & hanc conclusionem probat Camer. in c. Imperialem, nu. 11. litera B. vers. quæro quid, si nullus est agnatus, an feudatarius possit de feudo disponere in vltima voluntate, Luc. etiam de pen. in l coloni, in quibus causis coloni in fine lib. 11. dicit ista verba, & sic nota, quòd alienare prohibitus testatur quod intelligitur inter suos, ꝙ dicere, nihil est, quia tunc testator conformat se iuri, & nihil ipse transfert, Joannes autem Faber in §. seruitus aut est, de iure person. post nu. 2. rectius loquitur, dum dicit ista verba, sed non credo, quòd possint testari inter extraneos, cum non possint alienari, alleg. d. c. de success. feud. sed hoc clarius not. Andr. in cap. item si fuerint nu. 35. quibus mod. feu. amict. vbi dicit ista verba, sed si hæres instituatur, quando alienatio à l. inhibetur non valet, nec heres institutus habebit, alleg. d. l. peto §. fratre, & postea præuidens difficultatem, subijcit ista verba, dic, quòd lex prohibet feudi alienationem, vt in cõstit. Imperialem, & tunc non obstat defuncti volũtas, si hæredem extraneum institueret, quia non valet tunc hęredis institutio, hæc sunt verba sua, sed iste articulus videtur determinari in c. 1. &

2. si

2.si de feu.defunct.milit.& in §.51.contentio de Capit. qui Cur.vend. Nam si constabit esse feudũ in illo iud.summarijssimo cessabit illa lex de edicto diui Andri. toll. etiam heres extraneus scriptus non obtinebit, & ita intelligatur Oldr. cons.270. & Afflict. decis.119. & in c.1.an agnatus, & in cap.1. in fine si de feu.fuer.controuersia,& cũ isto temperamento debet intelligi Dec. consil. 467. & seq. & 478. scilicet quando institutio, & voluntas testatoris concordat cum lege inuestituræ, scilicet vt institutus sit ille,qui vocabatur,& veniebat ab intestato, vt dixi superius,& tũc legis beneficium dat non testator, & in hanc sentẽtiam videtur inclinare idem Dec.cons.517. & Andr. quib.mod.feu. amict. nu.35.Et nos diffusius tractamus post Andr.de success.feud.ver. filij tantum equaliter vbi hoc Andreas determinat melius quam alibi, & ibi latius scripsimus.

SVMMARIVM.

1 Subnectit author triginta quæstiones, de quibus inferius dicetur.

1 PRODEST iste terminus successionis,& est valdè vtilis ad plures quotidianas q̃stiones,& prima est,an si defuncto patre, primogenitus reperiatur inhabilis ad consequendam feuda,puta, quia clericus in minoribus:an possit dimisso habitu clericali petere inuestituram, seu confirmationẽ, non obstante,q fratri secũdogenito videretur quæsitũ ius inreuocabiliter, quia dominiũ, quod non potest stare in pendenti, inspecto præsenti statu, videbatur statim fecisse transitum in personam secundo geniti habilis.

2 Secunda quæstio erit, an pater, qui succedit filio in feudo per eum refutato,si filius præ moriatur, dicatur succedere iure,& tit.successionis,ita quod vt successor teneatur ad onera, & debita cõtracta per filium,vel capiat feudum liberum iure regressionis,vt dicat? feudum potius reditum,quam quæsitum, & discutietur decis.Sac.cons. tertia per dominum de Franchis nunc dignissimum Præsidentem S. C.

3 Tertia quæstio erit,an sublatis masculis de medio, vel non existentibus, si contingat sorores concurrere ad successionem feudi quarum altera sit maritata à communi patre, vel fratre, & altera sit in capillo, quæ ipsarum debeat admitti ad successionem bonorũ feudalium.

4 Quarta quæstio est in sciẽdo,si bona, quæ deferuntur proximioribus sanguinis,& de stipite vigore consuetudinum ciuitatis Neap. in quibus attẽditur magis prærogatiua bonorũ, quam proximitas gradus, deferantur ad eos,etiam si non sint agnita,& simul declarabitur consuet filius fam.quæ solet habere diuersos intellectus, quãdo parentes sunt in medio. Et decs. Domini de Franch. 89.quæ de hac transmissione loquitur, & de qua etiam loquitur idem Napodanus in consuet. Si moriatur nu 246. & in consuet. & si testator quem ibi allegat Dominus de Franchis.

5 Quinta quæstio erit, an successor poterit grauari in feudo, & quid si verba testatoris dirigantur ad feudatarium, & quid in feudo ex pacto, & prouidentia,& declarabitur, Bal. de success.feu,

6 Sexta quæstio est, an pater possit assignare feudum vni ex filijs, de quo per Andr. de succ. feu. & in c. omnes filij, si de feu. fuerit contr. & in c. 1. de natura succ. feudi, & latè per camerarium, in cap. Imperialem fo. 23. & seq. & Ardizonem c. 125.

7 Septima quæstio erit, an bona reuersa ad dominum, & consolidata feudo retineant pristinam naturam feudi, & dicantur esse illius iuris, sicut erant ab initio vel dicantur de nouo obuēta per dispos. l. fin. C. de remiss. pign. & de intell. c. primi quid iuris sit. §. profectò, vbi Doct. vario modo loquūtur, & Camerarius latè, examinauit in cap. Imperialem fol. 39. col. 3.

8 Octauo videbimus, an ius primo geniture remicti possit, & simul tractabimus aliquas quæstiones sparsim tractatas à Doctoribus, quæ visæ sunt mihi difficiles, & dubiæ, & quid in vita militia, & paragio, vbi examinabitur. Dec. Afflict. 232. & §. præterea, quib. mod. feud. amict.

9 Nona quæstio erit, an si filia dotata à patre, instituatur per patrem in dote data iuxta cautelam glo. in vers. patrimonium in l. 3. §. sed vtrū. ff. de minor. possit petere supplementum legitimæ, tanquam priueua actio sibi competēs iure communi, fuerint excitata, aut viuificata per institutionem patris, quod firmasse videtur Salic. in auth. nouissimè, C. de inoff. testam. & Socc. qui alios refert cons. 75. vol. 3. Sed ante istos firmauit Bald. in l. fin. col. 3. C. de pactis.

10 Decimo disputabitur, quando hæredi non prosit exceptio inuentarij legitimè cōfecti, nam de inuentario nulliter confecto, non solet haberi ratio, vt per Capic. decis. ci.

11 Vndecima erit quæstio, an soror masculiara in Regno iuxta consuet. eas autem differētibus maritare, & iuxta decis. Afflict. 159. intelligatur masculiata in patrimonio, & bonis patris tantum, vel in bonis vtriusq; parētis, scilicet patris, & matris, & an sufficiat interpellatio extra iudicialis.

12 Duodecimo declarabitur And. in §. huius autem generis, iuxta promissionem suprafactam, & dicemus aliqua concernentia c. an agnatus, licet de eo fecerimus particularem repetitionem.

13 Decimo tertio, quomodo intelligatur, & procedat illa reg. vt nepos, seu neptis possit succedere ex persona propria, non obstante dotatione, seu dote assignata matri, & hoc propter diuersitatē opinionum, quia Doct. vario modo loquuntur, vt scripsit Dec. cons. 181.

14 Quartodecimo tractabitur, an Rex noster serenissimus habeat hoc Regnū ex successione domus Aragoniæ, & proinde, an teneatur ad debita contracta per prædecessores Reges.

15 Quintodecimo, an filia fœmina ex primogenito excludat secundo genitū in successione feudi, & hic disputabitur, si ius istud primo geniture transmictatur, & quomodo poterit transmicti quod non dum competebat, & sic an ius conditionale transmictatur, & declarabitur decis. Napod. in cōsuet. si moriatur.

16 Decimo sexto discutiem⁹ de formis inuestiturarum in Regno, & de iure cōmuni feudorū. & in dubio quæ forma præsumēda sit in Regno, super quo variè scripserunt Camer. in cap. imperialem, Fricia in lib. 3. de subfeudis, verbo, sed postquam de feudorum cunabulis, & per Io. Thomā de Marinis in princ. operis,

operis, & alij per eos citati, & per Afflict. in præludijs feud. post nu. 83. & seq. & opt. domin' cumia in c. si aliquē post principium vbi elegāter loquitur, & discurrit.

17 Decimo septimo videbimus, an frater vterinus ex alio sanguine ortus succedat in feudo, secundum gl. const. vt de successionibus, vbi etiam Andr. Et textus, & idem Andr. in cap. 1. in Add. de natura succ. feud. & in con. si quando aliquem.

18 Decimo octauo discutietur, an pater possit exhęredare filiū in feudo ex pacto, & prouidentia; Et hoc propter varias opiniones Doct. quos refert Tiraq. de retractu tit. 1. gl. 8. nu. 45. & seq.

19 Decimanona quæstio, si vocetur aliquis ad hæreditatē per nomen primogenituræ, uō expresso nomine proprio, an attendatur tēpus testamenti, vel cuiusuis dispositionis, vel tempus mortis eius, qui disponit, & an sit vera resolutio domini Tiraq. de primo geni. quęstio. 63. & 64.

20 Vigesima quæstio erit, an legitimati ad feuda, succedant, exclusis legitimē natis, & si legitimatio producat effectum suum in damnum aliorum, qui reperiebantur primogeniti, & habiles, & simul tractabimus, an assensus obtētus super testamēto faciat actum inreuocabilem, & an sic legitimatus excludat substitutum, & examinabitur opinio domini Marini quæst. 10. lib. 2. de subfeud.

21 Vigesimoprimo tractabitur, an habens à Rege facultatem nominādi hæredē in aliquo feudo, vel officio, possit facere plures gradus nominationis, & simul tractabitur, an opinio Bal. super tex. vestro vera sit, dū quærit quis ex pluribus filijs, vel filiabus, succedat si non fiat nominatio, & an succedant omnes.

22 Vigesimo secundo discutiemus, an assensus impetratus per patrem super donatione feudi facta secundo genito; tacito, q habebat filium primogenitū, dicetur subreptitius, & simul videbimus, an assensus debeat in omnibus esse conformis contractui, & si vitietur contractus ex aliqua difformitate super accidentalibus, & discutietur opinio Camer. nu. 56. col. 4.

23 Vigesimo tertio videbimus, an si legato feudo, hæres eligat illud tradere legatario, per quem soluetur releuiū, scilicet an per hæredem, an per legatariū, & simul tangatur illa vulgaris quęstio, si debeatur extimatio.

24 Vigesimo quarto discutietur, an pluribus institutis per patrem, aut alium, si inter institutos sit seruanda æqualitas, vel debeat attendi coniunctio sanguinis, cùm gradus prærogatiua, iuxta dispos. Auct. itaque C. com. de success. & successiuè declarabitur, quando cōsideretur dispositio iuris, vel affectio testatoris.

25 Vigesimaquinta quæstio erit, an feudum hæreditarium computetur in legitima primogeniti, & hoc cōtingere potest, si pater instituat secūdo genitos in allodialibus, & primogenitum in feudo antiq. seu paterno, & ex hoc disputabitur decisio DD. in l. omnimodo. §. imputari, C. de inoff. test. & opinio glo. paris, & aliquorum, qui dicunt feudum esse legitimam primogeniti.

26 Vigesimo sexto videbimus, an possit dari casus, in quo aliquis sit heres, licet non sit institutus, & disputabitur opinio Bart. in l. hæreditas ad statium, ff. de

ff. de hęr. inst.

27 Vigesimo septimo discutietur, an maritus, qui recepit aliquod Castrum in dotem ab vxore cum assensu, censeatur vniuersalis successor propter duplex vniuersale, scilicet feudi, & dotis, & hoc, quia de hoc vidi dubitari, quādo mulier semetipsam dotauit, iuxta dispositionē l. mulier bona. ff. de iur. dot.

28 Vigesimo octauo discutietur articulus, qui sępe euenire solet, an scilicet remedium cap. reintegranda competat ei, qui habuit fictam possessionem per constitutum.

29 Vigesimo nono tractabimus, an posito pro constanti, ꝙ debitor possit nō acquirere, etiam in præiudicium creditorū, iuxta terminos l. qui autem, quæ in fraud. cred. & iuxta determinationē Sacri cons. vt in decis. ci. per dominum de Franch. An etiam hoc facere possit hæres cum B. L. scilicet non agnoscere lucrum, aut iura delata defuncto, & simul discutietur, lex liberto octuaginta. ff. de bon. libert.

30 Trigesima quęstio erit, an ius primogeniture producat effectum suum ad bona sita extra locum, vbi viget lex primogenituræ, itaq́ꝫ primogenitus succedat in omnibus bonis, etiam sitis extra regnum.

SVMMARIVM.

1 *Defuncto patre, an si primogenitus reperiatur inhabilis ad consequēda feuda puta, quia clericus in minoribus, an possit, dimisso habitu clericali petere inuestituram, seu confirmationem, non obstante, ꝙ fratri secundogenito videretur quæsitum ius irreuocabiliter, quia dominiū, quod non potest stare in pendenti, inspecto præsenti statu videbatur statim fecisse transitum in personam secundogeniti habilis.*



1 T veniēdo ad primam quęstionem iuxta ordinem, debetis scire, ꝙ Andr. format hanc quęst. in c. 1. de vaxallo milite, qui arma bellica deposuit, in c. qui clericus, si de feu. defunct. milit. & in c. 1. de benef. fœminæ, & vtrobiq; videtur firmare, ꝙ si primogenitus sit clericus in minoribus, viuente patre, si patre mortuo, statim dimictat habitū, reddit se capacem feudis. Sed si defuncto patre perseuerat inhabitu clericali, aut de nouo assumat habitum clericalem, tunc videtur declarare animum suum, ꝙ non vult esse miles, & ex hoc dominium feudi tranfertur à lege in secundogenitum, aut in alium capacem, & hoc fit, quia dominium, neque momento potest stare in suspenso, nec proderit pænitentia, dicit ipse, in d. c. qui Clericus, quia res non erit integra post dominium perditum, & iure alij semel quæsito nō desinit ex facto alterius, & idem dicit ipse, iudicādum erit in omnibus assumētibus habitum religionis, vt sunt conuersi in religione, forte laici non literati, qui in aliquibus religionibus vocantur conuersi, Nam, & isti si deponant habitum religionis non succedent in feudo, & feudum, quod habebant perdent, quia miles Dei nō potest esse miles seculi, hæc dicit ipse in d. c. 1. de benef. fęm. nu. 3. sed melius c. 1. de vaxallo milite, qui arma bellica deposuit, vbi videtur obscurē loqui, dum post princ. sequendo Ardizonē, in summa

ma videtur velle, ꝙ nunquam perdatur feudum per primogenitum clericũ, nisi post motam sibi quæstionẽ per secundogenitum, quasi velit, ꝙ res semper sit integra ante litem motam, inferens, quòd post litẽ inducatur voluntatis declaratio, sed paulò post videtur tenere, ꝙ si mortuo patre, clericus non laicatur, videtur remanere in illa volũtate, sine alio actu ostendendi, se clericũ, eo ꝙ iam clericus erat, & pro prima opinione alleg. l. fi. C. de repud. hær.

Ex quibus verbis Andreæ, quã plurimi Doct. voluerũt, ꝙ feudum statim reuertatur ad dominum, aut ad proximiorem, sublato primogenito clerico, tanquam incapace, & hoc totum facit incompatibilitas status, sed alij sequẽdo Andr. in illa opin. ꝙ non censeatur ammissum feudũ, nisi post litem motam, firmant hanc opinionem per eũdem And. in c. 1. ver. post refutationem post nu. 5. de vaxal. qui contr. constitur. Loth. vbi Andr. loquens de reuocat. alienat. permissa per cõstit. diuæ memoriæ, dicit ista verba, in Regno Siciliæ corrigitur per const. Regis Rogerij, vt ipse reuocet idem, qui alienauit, & reuocat iure prop. & dicitur iure proprio, idest speciali, quia specialiter hoc est inductum, vt quis veniat cõtra factum suũ, sed an statim dicit ipse facta alienatione, si nõ reuocet feudatarius alienans, reuocet dominus, & agat, respondet Andr. ꝙ spectabitur, vt reuocet per tantum tempus, infra quod possit reuocare, & preponere de reuocando contra possessorem, quo transacto, admittetur dominus. Nam, & si istud esset, ꝙ statim reuocet, inerit aliquale spatiũ, hæc sunt verba sua, per q̃ verba Doct. isti declarant mentẽ Andr. in loco prȩcitato, scilicet vt dominium statim perdendum intelligatur cum aliquo temperamento, & post litem motam, pro qua opinione facit theor. & opin. Doct. ꝙ quando actus, est variabilis, & non consumatus, cõcludens in quolibet intellectu, debet recipi ad intellectum, & fauorem actum facientis, vt minus perdat secundũ Anchar. cons. 203. not. Doct. in l. ꝙ si dubitet. ff. de acquir. hæred. i l. gallus. §. si eius. ff. de lib. & posth. vbi Iason optimè loquitur, faciunt etiã, notata per eundem Andr. in c. 1. nu. 14. de contr. inter vaxal. & alium de beneficio, vbi dicit ista verba illa, quæ debent fieri, quando dies nõ est adiectus: Statim debent fieri cum spatio moderato à Iudice, quæ verba videntur importare litem per reg. l. amplius nõ pet. ff. rem ratã hab. cum simil. & sic potest inferri, vt debeat expectari iussus iudicis, aut declaratio. Sed huic opinioni contradicit illud de dominio, statim perdendo, quia cùm dominium non possit stare in suspenso, quia ambulare dicitur, imputetur huic primogenito clerico, qui habitũ non dimisit, & cùm semel voluerit, non habet, de quo conqueratur, quia lex ab initio cogitauit de habilibus, & de capacibus, & lex est, quæ transfert dominium feudi in capaces, & habiles, & hoc est, quod dici solet dominium, statim continuari in hæredem, vt docet Andr. in c. Imperialem post nu. 15. de proh. feud. alien. per Feder. ibi, quia dominium statim continuatum est, & translatum in quẽlibet hæredem, ne dum in filium, quæ continuatio fieri nõ potest in clericum propter sui incapacitatem, vndè fit, vt trãsitus dominij fiat in alium habilem, & capacem, in quo non inueniet impe-

dimentum, & repugnantiã, & hoc est, quod ad literam videtur scripsisse idem Andr. loquẽs de primogenitura maculata in cap. 1. nu 14. in fin. quæ sit prima causa benef. amict. vbi dicit ista verba: Et hoc si viuo patre indulsit Princeps, inuenit se tunc iste habilẽ, quando pater moritur, secus si mortuo patre, & iam facto loco secundogenito, tunc nõ perderet ius quæsitum sibi secundogenitus, hæc sunt verba Andr. in loco prædicto, vbi loquitur de primogenito, qui fuit rebellis, viuente patre, & cui Princeps remisit rebellionem per quæ verba videtur aperte posse dici, ꝙ in hac acquisitione feudi, attendatur habilitas, seu inhabilitas, tempore mortis patris, faciunt not. per ciuilistas in l. intercidit. ff. de cond. & demon. quam l. opt. declarat Bald. in l. 1. § sin autem nu. 6. C. de cad. toll. & in l. 1. C. qui nõ possunt ad libertatem peruenire, & etiã in cap. 1. nu. 15. hic finitur lex, quibus addi possunt not. per Tiraq. de primogenitura quæst. 34. nu. 27. & seq. vbi allegat, l. interuenit, quæ est lex pæn. ff. de leg. præst. sed vos omninò videbitis Doct. in l. qui patri, quæ est l. notab. ff. de acq. hæred. & vtrobiq; Doct. notant, ꝙ ad dignoscendam capacitatem, aut qualitatem requisitã in actu, inspicitur tempus mortis, & delatæ hæreditatis.

Sed cõtra prædicta faciunt infrascriptæ rationes, & primo illa lex notab. alleg. per Andr. de repud. hæred. C. quæ est l. fin. Quæ vult, vt alio non acquirẽte, liceat redire etiam ad ius repudiatũ, quasi per illam l. velit dicere Andr. ꝙ si primogenitus, etiã expresSim renunciasset, & declarasset nolle acquirere feudum: Adhuc res sit integra, si secũdogenitus non quęsierit; Nam licet dominium ambulet, vt est prædictum, requiritur tamẽ in acquisitione ipsius hominis ministerium, & voluntatẽ vt nor. Doct. in l. gerit, & in l. pro hærede. ff. de acq. hær. & in l. illud, C. de sac. sanc. Eccl. Et docet idẽ And. in pulchro casu in constit. in aliquibus col. 7. ibi si ergo mortuo patre, frater non vult succedere, vel non vult dare dotes. Vbi videbitis, quia multa notabilia dicit Sed pro intellectu d. l. fin. videbitis eundẽ Andr. in cap. 1. post nu. 13. qui success. tene. Ibi itẽ, quilibet disponit de rebus suis, pro vt vult, vbi dicit notab. verbum, ꝙ sola repudiatio sine facto non sufficit, vult dicere Andr. ꝙ repudiatio debet fieri per contractum, & cum persona, cui repudiatur. Aliàs repudiatio, quæ non sonat in contractum, stat in finibus meræ abstentionis, & tunc sine contractu daretur transitus, & regressus ad ius repudiatum. Quod facere licebit intra triennium, vt not. ibi Doct. & Ias. cons. 84. vol. 1. Benedict. in c. Raynutius ver. mortuo. itaq. testatore nu. 127. & Alex. consil. 126. vol. 7. Sed an ista repudiatio præiudicet filijs, & quando diximus in c. 1. de eo, qui fin. fec. agn. vbi est materia istius articuli, & ibi tãgitur per And. quem sequimur, vti Aurigam, & Ducem, declarando quantum possumus, & interpretando illius mentem, & verba, ad hanc theoricam accedunt not. per Doct. in l. nec vtilẽ. ff. ex quib. cau. maiores, quæ vult, vt nõ dicatur amissum, quod alij non est quęsitum: & in feudo hoc specialiter notauit Bald. in l. in succcessione in fin. verb. C. de suis, & legit. vbi dicit ista verba. Item hæc est natura dominij, tam vtilis, quàm directi, quod nuda renunciatione non tollitur, nisi alteri acquiratur, hæc sunt verba

verba sua. Sed Io. Faber maximus in §. & ne huius inst. de eo, cui libertatis causa, bona adijciuntur, dicit ista verba. Sed quomodo erit certum, si repudiauerit, praefigetur, dicit ipse ei tempus, quasi velit dicere doct. iste max. quòd requiratur interpellatio, & iudicialis authoritas. Sed ad huc remanet ille scrupulus de dominio, quod stare non potest in pendenti, Nam dicet secũdogenitus tua incapacitas fecit dominiũ feudi transire ad me, Nam in dependẽtibus à voluntate vnius, quocunq; tempore declarentur, & fiant retrò trahantur ad principium validũ, à quo sumit initium. Sed huic motiuo respondere poteritis, ꝙ dominium feudi stat interim in massa haereditatis, & successionis ad beneficium acquirere volentis, & primo geniturae, l. huic scripturae, ff. ad l. aquiliam, quae est notab. & quando secũdogenitus declarat, dimisso habitu clericali, non inuenit extremum, cui iungatur, quia ius illud primo geniturae, quod dormiebat in primogenito, & instar statu liberi poterat facere transitum ad primeuum statum naturae, scilicet ad laycalem habitum, Et sic secundogenitus declarans, inuenit dominium praeoccupatum. Postquam ius istud primogeniturae dicitur quaesitum ex contractu, & ex l. inuestiturae, vt alibi dicemus. Faciũt not. per Luc. de Pen. in l. stigmata, C. de fabric. lib. 11. vbi vult, ꝙ is, qui intrabit religionem, quãuis habitum ferat, nõ prohibebitur testari, neque contrahere de rebus suis, Quia professio pendet à voluntate alterius confetentis ordinem. Sed iterũ contra praedicta insurgit dominus Tiraq. vir quidem grauis, & magnae authoritatis penes omnes in d. tract. de iure primogenit. quaest. 28. nu. 4. vbi vult ꝙ si primogenitus renunciauerit ius primogeniturae ad beneficium fratrum nõ licebit renuncianti amplius penitere, etiam re integra ante acceptationem, alleg. l. 1. §. qui semel noluit, ff. de success. aedic. cui motiuo respondere poteritis, ꝙ ille tex. debet intelligi, pro vt glo. loquitur, & declarat super vers. noluit, repudiando, scilicet dicit glo. & repudiare non dicitur quis, nisi per contractum, vt declarat Andr. in locis citatis, & ad finem, vt non sit locus poenitentiae, requiritur contractus, & citrà contractum, semper eit locus poenitentiae, donec non acquirat alter (vt diximus superius) alias sequeretur correctio d. l. fin. C. de repud. haered. quae permictit poenitentiam in certo tempore, & regressum ad iura renunciata, & pro hac opinione faciunt not. per Bal. in l. debeti, C. de fideicom. libert. vbi nu. 2. tangit quaestionem de exequutore te licto in testamento, qui renunciauit officiũ in manus Episcopi, si posteà vult illud reassumere, & quaerit, an possit, & determinat, ꝙ possit, quasi, ꝙ interim officium illud dormiat. Nam dicit ipse, qui dormit, non moritur, & appellatione pendente sententia dormit, non tamen in totum est abolita, cum per desertionem reassumat spiritum exequutionis, haec sunt verba sua, quibus addatis eumdẽ Titaq. de retractu ligñ. in fine nu. 28. & seq. Faciunt etiam collecta per Felyn in c. capitulũ de rescrip. col. 5. vbi loquens de negligentia illius, qui impetrauerat praebendam, ꝙ semper poterit prosequi, & petere praebendam, quae diù vacauerat. Donec alteri non fuerit collata, alleg. c. si credimus de praeben. in 6. & pro inde antequam

secundogenitus quaetat, poterit primogenitus, dimisso habitu clericali, petere inuestituram, seu confirmationem feudi, & haec notetis, quia habui in facto pro domino Mario Moccia primogenito domini Berardini Mocciae, Post cuius mortem, Marius primogenitus stetit, vt Clericus: Et cum vendidisset aliqua Castra remāsa in haereditate defuncti patris, Dominus Iulius Caesar secundogenitus mouit litem contra emptores feudorum, allegando clericatū fratris primogeniti. Et quòd ex hoc feuda spectabant ad ipsum, fuerunt emptores absoluti per rationes praedictas. Et ideò notetis, quia saepe solet ista q̄st. contingere, Commissarius causae fuit Dominus Ioan. Antonius Lanarius vir quidem doctissimus, tunc Regius Consiliarius posteà Regēs Regiam Cancellariam, & ad latus Regis meritissimus, de quo superius etiam locuti sumus. Et totus iste discursus principaliter fundatur in ratione decidendi, quae fuit, vt status laycalis primeuus, non intelligatur mutatus, quā diù viuit spes illum reassumendi. hoc docet Andr. in c. 1. imper. loth. c. si quis miles, col. pen. ibi de feudo verò, nunquā fuit exclusus propter spem reuertendi. & paulo post dicit. Et haec spes conseruat sibi illud ius datum à primo conferente, & multa subijcit notabilia, & per hanc decisionem defendi potest assensus, vt nō dicatur subreptitius, si venditor feudi in impetratione asseruit Regi, vt moris est, habere successorem illū, qui eo tempore erat Clericus in minoribus, tacito statu clericali: Nā poterat, dimisso habitu, succedere in feudo, quando casus euenisset, & pro substinendo assensu, sufficit spes ista, quae est considerabilis, & alias pro dominis fratribus de sancta se Allegaui in Regia Camera, quòd sola spes procreandi filios, erat sufficiens ad tollendam obreptionem. Videbitis in allegationibus meis, quia sola spes est, quae sustinet actum, vt alibi diximus. & not. Andr. in §. his consequenter. Hic finitur lex post nu. 10. propè fin. ibi erat in spe, quod possit habere filios, cui addi possunt scripta per signor. cōs. 91.

2 Pater, qui succedit filio in feudo per eum refutato, si filius praemoriatur, dicatur succedere iure, & titulo successionis, itaquod, vt successor teneatur ad onera, & debita contracta per filium, vel capiat feudum liberum iure regressionis, vt dicatur feudum potius reditum, quam quaesitum.

2 Secunda autem quaestio licet sit decisa per Sacrum Consilium, vt in allega. decis. 3. per dominum de Franchis, vbi terminatur, quod pater succedat filio in feudo refutato, vt haeres, & quod de inde teneatur ad onera contracta per filium, ista tamē conclusio indiget aliquali discussione pro cognitione tetminorum. Nam vos scitis, quòd in feudo nouo quaesito per filium, pater non succedit filio, si contingat illum praemori, vt determinatur in c. 1. de nat. success. feu. vbi hoc not. Andr. in principio, & idem Andr. hoc firmat in c. 1. quibus mod. feu. amict. in vers. aut nupta filio, post medium, vbi in differentijs, quas ponit intet feudum nouum, & paternum, dicit ista verba, patet dat feudum titio, vt sit vaxallus suus, & filiorum suorum, non fratris dantis, quia non patris eius, qui dedit commune votum, est, vt filijs videatur prospicere, ex descendentibus ex eo. Inde ascendētes in feudo nouo, nō succedunt, alleg. d. cap.

d. cap. 1. de nat.ſucc.feu. hoc idem firmauit idem Andr. in cap. 1. in verſ. & filius fratris numero 5. imper. loth. vbi dicit iſta verba, Item pater non ſuccedit filio in fæudo nouo, In antiquo ſuccedit, ſicut dicitur in ſumma, & in hoc loco vtitur verbo ſucceſsionis, & paulò poſt dicit iſta verba, & hoc modo fæuda vadunt antè, & non retrò, quia noua ſunt, & addit, & hoc ſic dicitur potius ad eos reuerti, quàm eis dè nouo dari, & declarat illum ter. reuerſionis, ſeù regreſsionis, & clarius In cõn: Si quando, & paulò inferius dicit iſta verba, Nàm fæudum paternum refutatũ à patre, vt detur filio in perſona filij, cui eſt collatum, paternum, nihilominus erit, non obſtante, ꝙ collatum filio fuit, hæc ſunt verba ſua, & idem Andr. in c. 1. per quos fiat inueſt. poſt. num. 9. loquens de releuio, dicit iſta verba, & maximè ſi moritur filius, non relicto filio, quo caſu reuertitur ad patrem eundem refutatorem, ſeù donatorem, Nàm pater ſuccedit filio, tunc pater, vel alius frater, vel agnatus ſuccedens, ſimiliter, ſoluat prò ſua ſucceſſione releuium, & idem Andr. in c. 1. §. & iterum, ſi clericus in addit: poſt nu. 35. de capit. corradi dicit iſta verba, nõ nè aſcendentes, ſuccedunt in fæudum antiquũ, quando ex parte ipſius aſcendentis fæudum peruenerat, patruus, nè dum pater ſuccedat in fæudum antiquum, vt dicitur in ſumma, ſed in c. 1. quid iuris ſit in fin. in final. verbis dicit iſta verba, ſicut fæudum refutatum agnato, ſi ſuccedatur illi, cui fuit refutatum, habebitur ex perſona illius, cui ſucceditur non erit, ſicut prius fuerat, quia illud fuerat refutatũ, & in hoc loco Andr. noſter determinat quæſt. clarius, dùm vult, ꝙ per reacquiſitionem, quam facit pater de fæudo antiquo, mutetur titulus, & perſona, quaſi velit dicere Andr. ꝙ ſicut filius habuit fæudum tit. particulari per refutationem, non ſic habebit pater filio premortuo, quia fæudum redibit ad ipſum tit. vniuerſali, & ſicut perſona patris, erat incapax fæudi noui ex natura fæud. contrà legem Nam & ſi parentibus de inoff. teſt. erit modo capax ſucceſsionis fæudi, Quod ab eo proceſsit, & vbi Andr. in locis citatis in d. deciſ. ſac. Conſ. vtitur verbo regreſsionis, deſignat factum quia feudum reuertitur, ad manus illius, vndè exierat. deſignat autem ius, quando dicit fæudum redire ad patrẽ iure ſucceſsionis & ſic Rotæ authoritati accedit deciſ. Andr. quę clara eſt in loco prædicto, & illum locum allegauit dominus de Anna, vir quidem doctiſsimus. In repetit. c. 1. de vaſſall. decrep. ætat. num. 351. & ſeq. & ratio iſtius deciſionis eſt quia titulus refutationis finitur per mortem filij ſine filijs, & antiquus ſuſcitatur in perſonam patris. Illa. n. reacquiſitio, quã facit pater, dicitur priuatiua, & regulariter ex diſpoſitione priuatiua, non ſumitur titulus: & ſic illud verbum regreſsionis, ſeù reacquiſitionis denotat potius modum, quàm tit. videmus hoc in retranſitu, quem facit fęudum, quando reuertitur ad dominum, Nam tunc obſtabit domino exceptio rei iudicatæ, quæ obſtabat fæudatario, vt noc. Andr. in c. ſi vaxallus de fæu. poſt. nu. 7. ſi de fæu. defunct. milit. Nam dicit Andr. in hac reacquiſitione dicitur dominus habere cauſam à vaxallo, & idẽ Andr. in allegat. conſt. ſi quando in princ. dicit iſta verba. Fæudum anti-

quum, non tàm dicitur iure succesionis ad parentes peruenire, quàm ad eos reuerti. & sic dum dicit reuersionem, designat modum seu ordinem. & vtrumq; comprehendit secundum eundem Andr. in dicta const. si quando in principio & in cap. I. de Natura succ. fæud. ante num. 8 quod cap. Nunc interpretamur in Almo gymnasio. Et ideo Dum dicit succesionem dicit ius, vt est prædictum, & hoc clarius explicauit. Andr. in cap. I. §. huius autem generis in fin. ante addit. vbi dicit ista verba, vel dicas per succesionem, non singulari tit. ad dominū repuenisse, quod idem dixit Andr. in cap. I. versus fin. de contr. fæu. apud par. term. & vtrobiq; facit differentiam inter tit. particularem, & vniuersalem, quæ loca alibi declarabimus, quando tractabimus differentiam tit. & causæ, & quomodo præualeat causa, & actendatur. potius causa, quàm titulus. Prò nunc, ne confundamus terminos, teneatis, q; fæudū redit ad patrem tit. succesionis, & sic tit. vniuersali vt est prædictum. quicquid scripserit dominus Io. Thomas de Marinis sub rubric. de fæu. ex pacto, & prouidentia, ver. quid autem de ascenden. Facit etiam ratio, quia cum refutatio permictatur à lege, non dicitur alienatio & prò inde fæudum refutatum dicitur esse antiquum, seù paternum etiā si Alienum succesluro, §. & si libellū de Alien. fęu. Pater: Vbi est tex. opt. & c. I. §. hoc quoq; de succes. fæu. & c. I. §. is verò de grad. succes. in fæu. Non enim dicitur alienare, qui vendit, aut cedit succesluro, videmus hoc in iure patronatus, quod libere ceditur inter consortes, & compatronos c. ex insinuatione de iur. patron. Ias. & Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verb. oblig. Nec obstat decis. legis. si à me, ff. ad l. falcid. cui Respondemus in declarat. §. profectò quid iuris sit super 7. quęst. de qua paulò inferiùs.

3 Sublatis masculis de medio, vel nō existentibus, si contingat sorores concurrere ad succęsionem fæudi, quarū altera sit maritata à communi patre, vel fratre, & altera sit in capillo, quæ ipsarum debeat admicti ad succesionem bonorum fæudalium.

4 Tertia quæstio, quæ se offert, erit super intellectu const. Regni in aliquibus, & vt de succes. super vers. coniugate, autem & dotatæ cuius verba ista sunt. Coniugate autem, & dotatæ à fratrum succesionibus repelluntur ad intellectum, quarum const. Doct. nostri Regnicolæ multa scripserunt, præsertim Affl. in illis const. & in decis. 161. vbi vult, q; si soror primogenita renunciauit, admictitur soror in capillo, tangit aliqua idē Affl. in decis. 178. Alex. etiam examinat dictas quæstiones, in specie loquens de dicta constit. vt de succes. cons. 29. vol. I. Decius autem cons. 266. & cōs. 433. & 551. Romanus etiā cons. I. cons. 34. & cons. 367. Cald. cons. 3. sub tit. de fæu. Iacob. in inuestitura fæud. vers. & fæminis, Albertu- Brunus cons. 39. & Iason cons. 113. lib. I. Bal. similiter cons. 150. vol. 5. & 157. 176. 179. & 195. eod. vol. 5. Soccinus cons. 5. vol. 2. Idem Dec. in cons. 31. & cons. 71. cons. etiā 87. & 89. & opt. cons. 181. Capic. etiam decis. 176. dominus Thomas. Gramm. decis. 63. & decis. 101. disputauit etiam, & multa scripsit super intellectu d. const. dom. Luc. de Pen. in l. fin. in fin. C. quando, & qui-

& quibus 4. pars lib. 10. Napod. etiam noster tangit, eandem quæst. ad declarationem d. const. vt de success. in ver. couiugatæ in consuetudine eas autem in glo. in vers. differentibus, tangit etiā in consuetudine si qua mulier, habens in glo. super ver. accrescunt, & super ver. fratribus, & etiam super ver. dummodo, & idem Napod. in consuetud. si moriatur aliquis, vel aliqua in glo. super ver. ipsi successores dicit ista verba, sed quid, si decesit aliquis, superstite filia in capillo, & alia nupta, Respondeo, dicit ipse, non excludi nuptā, confert tamen dotem filia, quam habuit de bonis patris, & posteà subdit, Sed de iure franchorum, secundum const. Regni, vt de success. circa fin. in ver. filię autem videtur contra quia dotata de bonis patris, etiam maior natu, excluditur à sorore in capillo, vt ibi patet, hæc sunt verba sua, tangit etiam hanc quæstionem, & diffusè examinat dominus Cumia vir quidē Doctissimus doctor siculus in sua sollēni repetitione in c. si quis aliquem, tangit etiā dominus Io. Thomas de Marinis super rubrica de feudo fœminæ quæst. 37. tāgit etiam hanc quæst. dominus de Minadois olim Consiliarius maximus, & doctor insignis in sua sollēni repet. constit. in aliquibus in 8. nota. & suo more prudenter examinat, ibi nunquid filia, vel soror, quando maritatur a patre, vel fratre, & maior pars scribentium videtur conuenire, quod ad finem, vt dotata excludatur, duo debent interuenire videlicet, quod sit dotata, & quod dotata sit de bonis illius, de cuius successione agitur quia verbum dotare significat ius. & non actum nudi ministerij l. pater ex prouincia. ff. de man. vind. docet Bal. in l. mater pro filia C. de iur. dot. Vnde inferunt doctores ꝙ const. istæ requirunt duplicem qualitatē, quarum altera si deficiat, cessare debet effectus, & dispositio dictarum cōst. per l. si hæredi, plures cum concord. ff. de condit. inst. & ita videtur tenere Andr. in d. const. in ver. coniugatæ, & in d. cōstit. in aliquibus, col. 9. vers. non obstat, l. si pater, & sic, si dos data a fratre, nō deriuatur de substantia fratris, non potest dici exclusa, si fratrem contingat præmori, vt post alios declarat Ias. in l. 1. §. veteres. ff de acq. poss. Vndè inferunt doct. quod si frater tenebatur dotare, vt debitor per const. in aliquibus quia ad eum transiuit hæreditas patris, cum onere dotandi; non censetur frater dum dotat, dotare de suo, sed videtur hoc fecisse, vt debitor exequendo potius dispositionem l. cum ad hoc cogi potuisset, l. nouissimè. ff. quod falso tut. nor. Doct. in c. prętereà in ver. extorquentes de iure patronatus, & Bald. in l. interpositas circa fin. C. de transact. & hoc videtur sentire Afflict. in d. constit. in aliquibus, & in §. quin etiam, Episcopum, vel abb. nam dos quæ datur per fratrem sorori, videtur dari, vt æs alienum. Vnde quantum abest propter æs alienum, tantum abest à patrimonio, & ab hæreditate obuenta fratri, l. si quis mandato, ff. de neg. gest. l. rem in bonis de acq. rer. dom. & sic ista dos soluta sorori, dicitur soluta, vt ęs alienum. Vnde dicebat Bal. in l. neque mater in fin. C. de iure dot. quod statutum excludens sororem dotatam per fratrē à successione fratris, si frater dotauit de portione sororis, quod soror non excluditur. Imò succedet fratri, sequitur Corn. cons. 171. vol. 1. Et non immeritò in Re-

gno facta fuit Lex per Reginam Ioannam Secundam, quæ vulgo dicitur la Filingera; per quam declaratur? ꝙ soror viuens iure Franchorũ, tunc excludatur à succeſsione fratris, quando fuit maritata. & dotata de bonis fratris, & de propria ſubſtãtia fratris: & pro hac opinione, videtur inclinare dominus Pernus conſ. 13. poſt num. 9. verſ. prętereà, & fortius, qui notabiliter loquitur, tangit etiam Lucas de penn. in l. in ſacris de proxim. ſacr. ſcrin. in lib. xij. in princip. Tangit etiam Nouiſsimè & opt. examinat. Dominus de Franchis Dec. 328.

Vos autem in hoc paſſu, & conflictu opinionũ debetis pręmittere, ꝙ iſta conſtit. Regni, quæ excludit fæminas propter maſculos, dicitur odioſa, ſecundũ Alber. Brun. in tract. de ſtat. excluden. fæminas num. 5. cũ ſeq. Quicquid ſcripſerit Bald. in l. ſancimus, C. de nupt. vbi vult, ꝙ ſtatutũ iſtud dicitur fauorabile, inſpecta ratione naturali, ſequitur vterq; Curt. ſcilicet ſenior conſ. 9. & Curt. iunior etiam conſ 9. Sed male dicũt propter diſpoſitionem l. maximũ vitium, C. de liber. præter. maximè, ꝙ licet contineat odiũ irrationabile, nihilominus odiũ dicitur, & propterea opinio Bal. & aliorũ defendi nõ poteſt: Ex hoc infertur, ꝙ in linea deſcendenti non dubitatur, quando fæmina non ſit incluſa in ſucceſsione & in inueſtitura, benè tamen ſuperatur à maſculo in concurſu, quia maſculus præfertur, & hoc colligitur ex verbis illius conſt. Ibi ſexus, & gradus, pręrogatiua ſeruata. Prælatio enim præſupponit poſitionem ex vi comparatiui, quod pręſupponit relatiuũ, Nam cum dicimus maſculũ pręferri fęminæ, Fatendũ eſt omnes eſſe in eod. gradu ſuccedendi, & fæminam quoq; eſſe incluſam, & vocatam ad ſucceſsionem, vt præſupponamus poſitiuũ, Sed à maſculo ſuperatur, & impeditur ex vi ordinis, vt notauimus ſuperius in declarat. §. quin etiam Epiſcopũ, vel Abb. Vndè, maſculo non exiſtente, fęmina ſuccedit etiam ſi ſumus in fęudo, in quo viuitur iure franchorũ, Et hoc etiã caſu ſecundũ ordinem primogenituræ ſublatis maſculis, fęmina primo nata excludit ſequentem. Et ſic in concurſu ſexus fęmineus, ſublatis maſculis primogenita excludit ſequentẽ etiam ſi fuiſſet dotata à patre; Quicquid ſcripſerit dominus Napod. noſter qui diſtinxit ius longobardũ, & Romanum a Iure Franchorũ, vt vidiſtis, & ſuperius retulimus, Et hoc in ſpecie determinat Andr. quem Napod. non allegat in c. 1. num. 15. de nat. ſucc fęu. Ibi alij, quia conſtitutio eſt odioſa, & rationem ponit Andr. quia defuncto patre, non agitur amplius de ſucceſsione patris, ſed tractatur de ſuccedendo fratri, à quo non fuit dotata. Et proindè fęudum, quod erat patris, deſijt eſſe illius, & dicitur fęudũ & hęreditas fratris, ad quẽ peruenit; hęc ſunt verba ſua, ad quę noſtri regnicolę non aduerterunt Niſi ſolus dominus de Franchis In allegar. deciſ. 328. & latè examinat Lucas de penna in lege fin. C. quando & quib. quarta pars lib. x. & firmat Afflictus in cap. Titius cũ Sempronio in fine ſi de fęu. fuerit contr. & latè in cap. 1. num. 21. de Natura ſucc. fęu. Sed in pulchro caſu firmauit Napod. In conſuet. ſi qua Mulier In ver. ſuccedunt cui concordat deciſio Paul. de Caſt. in l. Paulus in fi. ff. de acquiren. hęred. ex mente Oldr. quem

quem sequitur Alex. cons. 198. vol. 6. Et sciatis quod dicta pragmatica Reginæ Ioannæ Secundæ nominata Filingeria, fuit edita propter dubietatem, quę cur rebat eo tempore, si fœmina habilitata per const. Regni ad success. ascendentium, vt est prædictũ, intelligatur. etiam habilitata ad successionem collateralium. & sic an sicut fœmina Impedita per masculos in successione ascendentium, dicatur quoq; impedita, aut totaliter exclusa, quando agitur de successione collateralium, in qua dubietate, ante dictam pragmaticã erat magna difficultas, & controuersia in Regno, Nam aliqui dicebant Andr. tenere pro Fisco contra fœminã, vt dicatur totaliter exclusa, & alij dicebant Andr. tenere pro fœmina contra Fiscũ, vt non dicatur exclusa, quam quæst. examinat Andr. noster in d. c. 1. de nat. succ. fœu. vbi nos quoq; examinamus quid si non supersint Masculi & damus intellectum ad vers. filiæ Autem in capillo. In const. vt De successionibus nã differt multum Filiam habere de bonis patris per formam dotationis. aut per fomam successionis. vt ibi notamus. & si bene inspiciantur verba Andr. semper fuit in opinione pro Fisco contra fœminã, vt testatur Luc. de pen. in loc. præcitatis qui dicit, quod in iudicando, seruata fuit semper opinio Andr. contra fœminã In hoc secundo ordine succedendi, scilicet in successione fratris, & collateralium, quando soror fuit dotata à fratre sed nunc non oportet amplius de hoc dubitare propter vim dictæ declarationis, & pragmaticæ dictæ Reginæ Ioannæ; tangit Affl. In §. quin etiam Episc. vel Abb. & cũ istis sit impositus finis huic quotidianę quæst. vt primogenita, quàm vis dotata, succedat in fęudo per rationẽ An ir. quia fœudum patris peruentum ad filium, non dicitur amplius patris, sed fratris, sicut de hęreditate dicimus, quę adita per filium, non dicitur amplius hæreditas patris, sed filij, iuncta enim hæreditas est, dicit Andr. per plura iura in c an agnatus ante num. 7. & not. omnes in d. §. veteres, & in l. sed si plures, § filio, ff. de vulg. & pupill. & in pulchro casu determinat Alex. ex mẽte Oldr. cons. 198. vol. 6. vbi videbitis. Et in cap. 1. de Natura succ. feudi vbi alia notauimus.

4 Bona, quæ deferuntur proximioribus sanguinis, & de stirpe vigore consuetudinis Neap. in quibus magis attenditur prærogatiua bonorũ, quam proximitas gradus, an deferuntur ad eos, & si non sint agniti Licet iure successionis deferantur vt per Dominum de Franchis decis. 89.

4 Quarta quæstio quæ videtur affinis pręcedenti, & in qua etiam Doct. nostri varia scripserunt, habet plurimum difficultatis, quia consuetudines nostrę Ciuitatis dicuntur pacta, & conuentiones Ciuiũ, & continere dicuntur quoddam Ius speciale citra ius commune, nam priuilegium concessum à statuto super aliqua prærogatiua, ita demum habet effectum suũ, si sit acceptatum, & agnitum, l, emancipata, C. qui admicti vbi leguntur ista verba emancipata, si non agnouit intra annum, vnde liberi bonorum possessionem nullam ad hæredes vendicationem success sionis transmictere potest, facit ratio, quia priuilegium concessum à lege filijs in potestate de trasmictendo hæreditatem ascedentium, conceditur solùm

lum in portione eis debita à lege duodecim tabul.seu debita de iure naturæ, vt notatur in l. 1. C. de his, qui antè aper. tab. iuncta l. cum ratio, ff. de bon. damnat, & notant Doct. in l. ventre, ff. de acq. hæred. & in l. apud hostes, C. de suis, & legit: vndè ex hoc fuit orta controuersia inter Doct. si per statutum possit legitima in totum tolli, & veritas est, imò verior opinio, vt minui possit, non autem in totum tolli, quuicquid scripserit Ioannes de Imola in l. quod de bonis, §. fin. ff. ad l. falc. Nam contra eum, firmauit Alex.cons. 55. post num. 5. vol 2. & alibi pluries & hoc propter ius naturarale à quo sumit initium. & Robur ea enim, quæ iure speciali deferuntur, si non agnoscantur non possunt dici quæsita, neq; transmictuntur, Nam etiam in his, quæ competunt iure comuni, sola vis transmissionis ex vi suitatis transfertur, & translatio fit, non tanquam iuris agniti, sed delati, vt notant. Doct. in d. l. 1. de his, qui antè aper. tab. & in d. l. apud hostes, C. de suis, & legittimis & not. Bar. in allegata l. ventre, ff. de acquir. hær. & sic videtur quod neque ex interpretatione, neque ex transmissione quærantur. Sed instar successorij æditi ad proximiores deferantur. Sed disputationis causa ad acuenda ingenia studiosorum posset in contrarium argui, nam consuetudo Ciuitatis separauit bona, & non fecit duas hæreditates, non enim potuerunt Ciues fingere duas hæreditates, quia sola lex est quæ fingit, & non homo, vt in vulgaribus probatur hoc in l. si certatum, ff. de milit. testa. ibi resque omnes suas per præceptionem cuil egando distribuisset, quam l. opt. declarat Bal. in auth. cessante, C. de leg. hæred. Bar. in repet. l. si arrogator ff. de adoptio, & ratio est, quia non est nouum, ex vnico facto plures otiri causas siuè actiones, l. non est nouum, ff. de actio. empt. probat, & declarat gl. notab. in l. hæ redes eius, ff. fam. ercis: firmat Ang. cons 86. & Andr. in const. si quis in posterum versus finem. Nam paganus licet habeat bona in diuersis locis, non tamen dicitur habere diuersa patrimonia, sed vnicum, l. iuris peritos, §. cum oriundus ff. excusat tut. Quicquid Marinus & moderniores nostri dixerint, & licet medietas ista deferatur, etiam iure hæreditario, vt dicetur inferius, illa tamen agnati videntur habere iure piæ legati ex dispositione legis municipalis, seu statuti, quod non disponit super iure, sed super rebus, arg l. ex facto proponebatur vers. vnde sciò, ff. de hær. institu. probant Paul. de Castr. & Alber. in l. hinc quæritur §. potest, ff. de peculio, vnde fit, quòd in dicta medietate bonorum, proximiores dicuntur venire, & succedere ab intestato petitione hæreditatis, secundum Napod. dicta consuet. si quis, vel si qua num. 246. vbi determinat, quòd bona ista, etiam non agnita transmictuntur aut saltim debentur proximioribus ex persona sua & ratio est, qnia debentur iure hæreditario, & successionis vt in dicta Decis. 89. Et vt docet Capic. decis. 195. & prædictam rationem assignat dominus de Minadois doctor insignis in repet. d. const. in aliquibus in 4. notab. num. 15. & seq. Differt enim statutum disponere de hæreitate quærenda, aut de successione non perdenda, & sic multum interest aliquid acquiri, aut non perdi. Ista enim bona,

ma, quæ à linea proueniunt, dicuntur, semper stare in linea, & in cognatione, seu familia, nisi separentur titulo vero, & non ficto, vt docet Napod. super d. consuetud. dum vult, ꝙ magis attendatur prærogatiua bonorum, quã gradus. Faciunt notata per Dec. in l. 1. C. qui admitti post principium, vbi vult, ꝙ statutum loquens de transmissione hæreditatis habeat locum etiam in eo, qui ignorauit hæreditatem sibi delatã. Quam opinionem ante Dec. amplectitur, & firmauit Bar. in l. is potest ff. de acq. hæred. Quicquid in contrarium scripserit Ias. ibi, nam Doct. omnes firmant illam opinionem in l. si infanti C. de iure delib. & idẽ Dec. notauit cons. 331. & proinde, cùm ista portio bonorum debeatur iure successionis, non est dubitandũ de superius allegatis in cõtrarium: postquam, vt dicit Napod. in loco allegato, & in princ. consuetudinum, Principis approbatio induxit efficatiam legis, & facit, vt istæ consuetudines scriptæ, seu in scripturã redactæ, habeant virtutẽ legis inter Ciues, & successiue potentiam suitatis, quia patiuntur extentionem passiuam. Et ratio l. emancipata non procedit, quia illo tempore emancipatus nõ transmittebat hæreditatem non aditam, & sic quæ sunt fauorabilia proximioribus transmittũtur, sicut est ius transmissionis l. si filius, qui patri ff. de vulg. & pupill. Facit ratio, quia licet de iure cõmuni in hæreditate paterna, quę defertur à l. filio in potestate, & in qua filius habet priuilegium, quia suus, non tamẽ hoc priuileginm transmittit ad alios, sed transmittitur ipsa hæreditas, siuè effectus successionis, vt not. doct. passim Et sic remanet absoluta ista quæst. vt bona debeãtur proximioribus, tanquã hæredibus, vt notauit Capycius cuius dictis addi potest ratio. Nam cũ quid alteri defertur ex dispositione legis, vel statuti; illud statim acquiritur, etiam ignoranti, sine alia agnitione, secundũ Bart. post Dinum in l. 1. §. an bona ff. de iur. fisci, & Ang. cons. 81. sed cum hodie disposita per consuetudinem in cõtractum, & in stipulationem deducantur, tunc vis cont actu, & stipulationis, quæ inducit transmissionem facit cessare disputationem. Sed durum est recedere ab opinione Napodani cui accedit Auctoritas Rotæ Neapolitanæ, dicta dec. 89. Et rationem assignat Napod. quia certæ sunt personæ, quæ possunt transmittere hæreditatem nõ aditam. Superest iuxta promissa declarare consuetudinem filius familias, super qua videtur Napod. varia scripsisse super intellectu illius regulæ, quę est, ꝙ cõsuetudo de bonis antiquis non habet locum, quando parẽtes sunt in medio, & quando linea ascendens concurrat cum collaterali, super quo est distinguendum. Nam aut loquimur ab intestato, aut ex testamento. Si ab intestato, & tunc, aut in linea collaterali, extant fratres vtrinque coniuncti, aut consanguinei, & vterini, si vtrinque coniuncti succednnt insimul cum parentibus tantum secundum ius commune. Si verò consanguinei, vel vterini, & tunc linea ascendens succedit cum collaterali, & non habet locũ prerogatiua gradus, seu lineę, sed distinctio bonorum. Nam parentes in paternis succedent simul cũ consanguineis, & in maternis simul cum vterinis. Et hoc casu maiorem partem habebunt parentes, quàm fratres defuncto patre

T capien-

capiendo debitum bonorum subsidiũ. Et ita intelligenda sunt omnia loca Napod. dum dicit, parentes succedere cũ vterinis, vel consanguineis, facta distinctione bonorum, vt procedant ab intestato, & consuetudo non habebit locum isto casu, quo ad ipsos parentes; nam succedent prædicti diuerso iure, videlicet, parentes de iure communi auct. defuncto, & consanguinei, vel vterini de iure municipali, nec erit inconueniens, plures alicui diuerso iure succedere; & similiter linea ascedens, non excludet hoc casu lineam collateralem. Si verò extant alij, quàm prædicti in linea collaterali, tunc linea ascendens, cuius est secunda causa, & ordo in succedendo, excludit collateralem, & sola succedit, nec habebit locum prærogatiua gradus, neq; distinctio bonorum. Et aduertatur, ꝙ quando loquor de linea ascendenti, posui casum in parentibus, quia si adessent alij ascẽdentes, scilicet auus proauus, & alij, tunc consuetudo habet locum, quia parentes vocantur taxando personas, tantum, & non numerando gradus, & ideo omnes alij succedunt iure municipali, & habebit locũ prærogatiua gradus, & distinctio bonorum, quicquid scripserit Capyc. decis. 210. Si verò loquimur ex testamento, & tunc aut à filiofam. sunt instituti ipsi parentes, aut extranei, si parentes, tunc venient ad vniuersam hereditatem ex testamẽto, exclusis collateralibus, & cessabit consuetudo: quia eis existentibus ex testamento, non habet locum consuetudo, ex quo ipsi non sunt vocati à iure municipali, sed succedunt, vel ab intestato de iure communi, vel ex testamento, & ita procedũt omnia loca Napod. quæ dicunt patre, vel matre existentibus in medio, non habet locum consuetudo, vt intelligantur ex testamento, & in hoc casu erit aduertendum, ꝙ loquimur, quando in linea collaterali extant fratres cõsanguinei, vel vterini, qui excluduntur, quia cessat consuetudo, & de iure communi non succedunt cum parentibus, sed quando adessent in linea collaterali, fratres vtrinque coniuncti, qui de iure communi succederent cum parentibus, tunc cessante ratione Bar. in l. 1. §. si pater ff. de coniung. cum eman. lib. qui dicit, ꝙ nulla fit iniuria collateralibus, qui de iure communi iam erant exclusi à parentibus, ex quo ipse vtrinque coniunctus non erat exclusus, & est grandis difficultas, an cõsuetudo habeat locum, vel non, in præiudicium vtrinque coniuncti, an scilicet parentes capiant medietatem ex testamento, & in alia medietate succedãt cum vtrinque coniunctis, quia iste articulus requirit magnã discussionem, & inferius tangetur aliquid, si vero instituantur extranei, & tunc, aut extant parentes, & fratres vtrinque coniuncti, qui de iure communi succederent, vel cõsanguinei, & vterini, qui de iure municipali succederent pariter cum parentibus, & isto casu dico extraneum venire ad medietatem ex testamento, & in alia medietate succedere parẽtes cum fratribus vtrinque coniunctis, vel consanguineis, vel vterinis ab intestato, & hoc casu testator decedit, pro parte testatus, & pro parte intestatus, & non erit dicendum illud, quod vulgo dici solet, ꝙ relicto debito bonorum subsidio parentibus, potest filius famil. extraneum in totum hæredem instituere quia cessant rationes Bart, & omnium

scribentium in materia consuetudinis, ꝙ nō fit iniuria ipsis collateralibus proximioribus, quia erant exclusi à parentibus; ex quo in hoc casu prædicti non erant, nec sunt exclusi, si verò in linea Collaterali non extant prædicti, sed alij in viteriori gradu, & tunc, quia linea ascendens excludit Collateralem, poterit filius familias, relicto parentibus bonorum subsidio, de reliquis bonis liberè disponere, & ità procedit cōsuetudo filius fam. & omnia loca Napod. ibi, quæ distinctio in hoc vltimo membro est secundum intellectū Napod. licet Dominus de Franchis confuse loquatur decis. 91. & Capyc. non resoluat d. decis. 210. Facit ratio, l. si vir vxori ff de cond. & dem. & secundum prædicta intelliges Luc. de Penna obscure etiam loquentem in l. vnica de imp. lucr. describ. col. 5. ibi post glo. quę incip. & in l. si quis Curialibus qū & quibus 4. pars, ibi, & ex hoc optimè arguitur iniquitas cōsuetudinis in feudis & const. Regni, vbi conatur declarare d. const. vt de successionibus: vnum tamen dicit notatu dignum, ꝙ d. const. indubitanter loquitur in vtroq; parente, idest, ꝙ filia excludatur à successione patris, & matris. De quo loquar in illa quæst. masculiationis, quam superius pręmisi. Sed interim videbitis Tiraq. de iur. primog. quæst. nona, qui suo more alleg. ad partes, non tamen allegat Luc. de Pen. in loco prædicto.

5 Successor, an poterit grauari in feudo, & quid, si verba testatoris dirigantur ad feudatarium, & quid in feudo ex pacto, & prouidentia.

5 Quinta quæstio modicam habet dificultatem: Nam in feudo hæreditario, hæres grauari nō potest grauamine rea li sine assensu, nam neque hypoteca, neque obligatio aliqua causari potest, & induci super feudo absque assensu, ità vt constituatur ius formatum super feudo, & hoc ex defectu potestatis, quia vtile dominium peruenit ad feudatariū affectum onere conditionis, ne alienetur, & si testator aliquid disponat super feudo, vel iubeat dari aliquid, quod tāgat feudum, inutilis est dispositio, quia defuncto eò, statim dominiū feudi peruenit ad hæredem, & illa voluntas testatoris non durat amplius, quia morte finitur, vnde oporteret vt hæres de nouo consentiat, & super hac noua voluntate impetretur assensus, vt docet Andr. in c. Imperialem in prima addit. post princ. Simile est, quod scripsit Alex. cons. 152. nu. 9. vol. 7. vbi vult, ꝙ quando agitur de actu continēte obligationem, vel aliquid onerosum, si tunc is, qui est præsens non acceptat, non poterit, neque ex interuallo acceptare, allegat l. si cum fundum, vbi glo. & Bar. hoc nōt. ff. de pact. not. idem Bar. in l. licitatio in princ. ff de publicanis, & Ant. de Butr. in c. si inter virum de sponsalibus extrà.

Simile est etiam, quod nor. Paul. de Castr. in cons. 438. in primo dubio vol. 2. ꝙ si vxor, quæ sine consensu viri contraxit, decedat antequam maritus consenserit, tunc maritus non poterit consentire post eius mortem, allegat dictā rationem, quia volūtas vxoris per mortem iam est extincta l. 4. ff. locati, actus enim sine consensu viri, qui interuenire debebat non fuit à principio validus, sed poterat validari ex futuro consensu, & ideò interim erat in pendenti, vnde siue sequatur consensus, vnde primus actus confirmetur, vt ex tunc, siuè as-

sensus iste trahatur ad consensum mulieris, & valeat, prout ex nunc quocúq; modo fiat, vtrunque fit per quandam fictionem, quæ dicitur translatiua, quia vnum tempus transfertur, siue trahitur ad aliud, vt not. Bar. in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. & in hac fictione requiritur habilitas extremorum, idest q omnia sint in eodem statu, ita q actus possit de nouo, & tunc fieri, quando cósensus viri interuenit, vt notat ibi Bart. & probatur in l. qui balneum, §. titia prædium, ff. qui pot. in pign. habean. & ideò requiritur, q is, qui fecit primú actum, viuat eo tempore, quo actus approbatur, quia tuuc posset actus de nouo fieri, & non post mortem contrahẽtis, notant Doct. in l. bonorum, ff. rem rat. habe. quæ licet vulgaris sit, recipit tamen multas declarationes, quas suo loco vobis tradam, de quibus aliquas cumulauit insignis, & famosus Doctor aduocatus maximus Almæ Vrbis, & summi ingenij dominus Quinctilianus Mandosius in suo sollemni commentario super regulis Cãcellariæ, facit ratio, q quæ quis habet ad vitam, non potest alteri post mortem suam concedere l. necessariò in fin. ff. de peric. & cómod. rei vend. l. peto, §. prædium de leg. 2.

De feudo ergò nõ disponit testator, quia feudum res aliena est. Nam vt docet Andr. passim, qui dicit feudum, fatetur rem etiam alterius, sicut & is, qui innititur præscriptioni nam illud præscribitur, quod est, difficultas ergò erit in sciendo, an feudatarius successor possit grauari in actione personali de aliquod dando, vel faciendo, & in hoc dominus Camer. in c. Imperialem num. 2. col. 1. & seq. non negat feudatariũ posse grauari, dummodò legatum non excedat valorem feudi. Sed in hoc, dicit ipse, debet haberi ratio militiæ, & seruitij, quasi inferens, quòd seruitium militare deduci debeat, tanquam es alienũ, de quo nos superius loquuti fuimus. Bal. autem in c. 1. nu. 8. de success. feu. quæsiuit, an hæres vniuersalis grauari possit de dando salmas duas vini quolibet anno amore Dei, taxando locum, seu vineam feudi, vndè legatum solui debeat, & determinat legatũ valere, quia factum est de fructibus separatis, vel separandis de feudo. Ista verba de fructibus separatis, & separandis, apertius declarauit Camer. in loco prædicto, dum considerat fructus, sicut burgensaticos hæredis. Et quia proueniunt ex re hæreditaria, alleg. And. in §. quid ergò de inuest. de re alien. fact. Sed hoc licet verum sit, non prodest ad decisionem articuli, quia quocunque modo concipiantur verba, & siuè sint verba taxatiua feudi, siuè demonstratiua: de quibus in l. quidam testamento, ff. de leg. primo nihil est, quia sufficit feudatarium grauari ad sustinendum legatum, hoc probatur in c. nisi essent extra de præben. quem tex. optimè declarauit Deci. cons. 141. vbi vult, q tunc ista opinio procedat, quando cõuentio, vt aliquid detur, seu soluatur, facta fuit per viam pecuniæ bladi, vel vini, non autem per viam quotæ. Hoc idem firmauit Alex. in l. deducta, §. qui potest, ff. ad trebell. & Ruyn. cons. 136. nu. 11. vol. 2. Sed hãc theoricam melius declarauit Io. Fabre. in §. 1. nu. 4. inst. de assign. liber. vbi vult q si ego promicto assignare centum libras terræ, & do fideiussiores, & posteà verbaliter assigno, q in tali loco capias, fideiussores sunt liberati, quia non se obligauit, nisi ad assignationem, quæ vi

detur

detur facta absque eo, quòd ius constituatur in re, & est decisio notabilis ad cognoscendum, quando actio sit personalis, vel realis, & sic habetis, quòd in feudo hęreditario potest hæres grauari de dando, aut soluendo aliquid ex feudo in actione personali, & q; legatum contineat successiuam præstationem, vt notauit Bal. in loco prædicto, quem sequitur Curt.Iun. cons. 39. Prodest istæ discursus ad tollendam dubitationem, quæ fieri cōsueuit per Doct. & per Bal. super auct. hoc nisi debitor. C. de solut. per tex. in l. filius fam. §. apud Marcellum ante fin. ff. de leg. 1. videlicet, an quando alicui est legatum prædium, & grauatus sit legatarius pręstare aliquod onus de redditibus illius prædij, quo ca[su] non tenetur vltrà ea quæ ex eo percipit, & pro inde si paratus sit illud prædium dare creditori, liberatur, non sic quando grauatus fuerit in genere. Nam tunc etiam si nihil percipiatur de fundo legato, tenetur supplere ex alijs, not. hoc Andr. in c. 1. §. notādum, quot testes sint necessarij, & in c. 1. in fin. nu. 36. quib. mod. feu. amict. & in c. 1. post nu. 3. de feu. Marchię, & alibi sępè, & ratio istius conclusionis est, quia feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis tanquam res de hæreditate, & qui succedit in hoc feudo, tenetur ad omnia onera defuncti, etiam in actione personali, vt notant Doct. nostri in const. si quis post litem, vbi optimè Andr. & docet Alex. cons. 19. vol. 5. & nos Latius discutimus in cap. An agnatus vbi tractamus de onere feudi. Alia etiam est ratio, quia aliud est legare rem, & aliud legare fructus rei l. fundi trebatiani, ff. de vsufr. leg. docet Bal. in l. 1. C. de vsuris, & fructibus legatorum, & ex his, vt arbitror, decipitur Ruyn. cons. 15. & 17. vol. 1. quem seqnitur glo. Paris. passim dum volunt, in dubio feudum censeri hæreditarium. Quod nos non putamus verum, nisi in acquisitione addatur qualitas hæreditaria: vt alibi firmauimus, & in c. 1. an agnatus, quo verò ad feudum ex pacto, & prouidentia, quod ego fideicommissarium appellare soleo, erit dicendum, vt qui succedit in hoc feudo, etiam filius, facto inuentario, non teneatur ad aliquid, neque ratione feudi, neque ratione fructuum, qui sunt in feudo. Nam siue sit filius facto inuentario, siue sit agnatus, etiam nō facto inuentario, ambo capient feudum ex propria persona, & ex l. inuestituræ: Est benè verum, q; de fructibus seperatis à feudo, testator disponere poterit, tanquam de re sua, vt docet Andr. in c. 1. an agnatus. In cæteris autem, nulla dispositio valebit, neq; pro anima testatoris, vt docet idem Andr. in c. 1. de success. feu. & cum ista distinctione habetis declaratam quęstionem, si hæres in feudo potest grauari à moriente, & quomodo intelligatur illa decis. Bal. superius alleg. videmus hoc, q; etiam prælati, qui habent ius finiturum, faciunt fructus suos, & ad hęredes transmictunt, vt alibi notauimus & probatur in cap præsenti de offic. ordin. in 6. in glo.

6 Pater, an possit assignare feudum vni ex filijs.

6 Sexta quæstio, quæ se offert, secundum ordinem, tangitur per Andr in c. 1. de succ. feu. & in c. omnes filij, si de feu. fuerit contro, tangitur etiam per Cur. sen. cons. 25. per Cur. Iun. in tract. feu. part. 4. nu. 131. cum seq. per Camer. in c. Imperialem nu. 24. col. 2. & seq.

per

per dominum Tiraq. in tract. de iure primog. quæst. 77. & per alios, quos idem Tiraq. cumulat in loco prędicto & in emphiteusi notauit Bart. in l. vt ius iurandum §. si liberi de oper. lib. scripsit Alex. cons. 124. nu. 7. vol. 5. per Anchar. cons. 125 super quo articulo, Andr. velut Princeps, videtur tenere in vtroque loco, ꝙ pater possit assignare feudum vni ex filijs, quando pactũ, aut ius primogenituræ non impediat. Nam in d. c. de succ. feu. post nu. 8. dicit ista verba, nam feudum non est tunc datum Titio, & descendentibus, sed titio, & primogenitis, & ideò quantum ad hoc alij quam primogeniti sunt exclusi, nec continentur inter successores, quãdo lex solum illis prouidet, quos nominatim enumerat, vt quando dicit primogenitus, tunc agnati concluduntur in enumeratis l. primogenitus ff. de verb. signif. hæc sunt verba sua, & in d. c. omnes filij dicit ista verba. Item si vaxallus assignat feudũ vni de suis heredibus potest, sicut assignat libertos, & ille renebitur, cui assignatur, nisi lex, & pactio dati feudi aliud dicat, vbi viuitur iure franchorum, non posset pater secundogenito feudum dare, nisi esset ignotus primogenitus, hæc sunt verba sua; Camer. autem in d. loco firmauit, patrem non posse disponere de feudo, vt alio modo ipsi filij habeant, quam essent ab intestato successuri, sequens opinionem Capyc. Curt. etiam in loco citato videtur vacillare, pro vt etiam est inconstans, & vacillat Curt. Senior. Bar. in loco prædicto firmauit patrem non posse, cuius opinio communiter damnari solet à scribentibus, quos refert Alex. in cons. citato, sed idem Alex. est etiam sibi inconstans, tam in lecturis, quam in consilijs, vt videre est apud eum, Tiraq. etiam dicit, ꝙ casus istæ contigit inter quosdam filios Ducis Subaudiæ, in quo casu consuluit Ant. Rubeus cons. 133. & respondit dispositionem patris nõ valere, cum filij habeant ex concessione Principis iuxta theoricam Bar. in d. §. si liberi, quem sequitur Bal. in c. Imperialem nu. 15. ibi quæro, vtrum pater possit assignare feudum vni filio, sequitur etiam Decius cons. 389. Sed relatis opinionibus, nihil determinat dominus Tiraq. sed idem Andr. de nat. succ. feu. in prima addit. videtur determinare ꝙ nõ possit in præiudicium alterius agnati, & loquitur in feudo nouo, ibi, quid ergo: Et in hanc opin. videtur inclinare Capycius in inuest. fol. 173. & 236. Sed vos domini in hoc conflictu opinionum deberis cum distinctione procedere videlicet, ꝙ si sumus in feudo, in quo viuatur iure franchorum, pater non possit assignare feudũ alij, quã primogenito ex prærordinata voluntate, tam acquirentis, quam dantis, & inuestientis. Nam primogenitura dicitur tunc quæsita ex lege contractus, & pater ipsam legem nõ potest diminuere, quia ius quæsitum ex contractu contrahentes, neque tollunt, neque modificant l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo, licet contrarium scripserit Luc. de Penn. in l. qui fundo de omni agro deser. vbi vult, ꝙ Princeps in concessionibus suis, etiam perfectis, & in aliũ translatis, potest conditionem apponere, quod dicit esse mirabile, sed hoc mirabile vanum est, quia excepta causa priuilegij, de qua per Bal. in l. qui se patris, C. vndè liberi, Princeps tenetur ad obseruantiam contractus perfecti, maximè

ximè ex titulo oneroso, pro vt dicitur feudum, quia non habetur ex causa lucratiua tantum, notat Innoc. in c.olim tibi de verb.signif. & probatur in c.nuper de decim.& per eundem Bal.in d.l. qui se patris: ius ergo primogenituræ, debitum primogenitis ex l.contractus, & inuestituræ dicitur quæsitum ex cõtractu,etiam si hoc ius nõ sit delatum, sed sit in spe tantum, nam non sumus in illa spe succedendi, quam habet filius viuente patre, quæ nullo iure considerat ur per l. post æmancipationem vbi hoc not. Bar.ff.de lib.legat.l.fin.C. de pact.vbi etiã hoc notat Bar. in ver. acerbissima spe, & probat Bal. in l. lex cornelia ff. de vulg. & pupill. notant Doctor: in l. 1.C.de pactis,& Napod. in 1.consuet.verbo præterquam,vbi de iure futuro cessibili per contractum.

Hanc etiam spem inanem multi vocant, inter quos fuit Bar. in auth.si qua mulier C. de Sacr. sanct. Eccl. & in l. sciendum ff.qui satis cogan. Bal.in l.illud in 3. quæst.C.de Sacr.sanct.Eccl.& in l. quanquam, C. ad l. falcid.& in titulo Imper. loth. vbi dicit,ꝙ quædam est potentia, quæ non est ens, sicut est posse succedere alicui, nam etiam,antequam pater moriatur, ista præpositio est filius, potest succedere patri tamen ista potentia nihil est, sed quando sumus in spe prouenientе ex cõtractu, vtique illud ius, & illa spes sunt in consideratione,ne dum de præsenti, viuente patre, sed transmictuntur, quia spes dicitur firma, & inuariabilis, nec obstat huic spei l. vnica §. sin autem sub conditione C.de cad.toll. & l.si Ita legatum §. illi, si volet, ff. de legat.1. vbi legatum conditionale non transmictitur ante euentum conditionis, quia ad hoc respondet glo. in §. ex conditionali Inst. de verbor. oblig. videlicet ꝙ differt multum aliquid deberi sub conditione in spe ex vltima voluntate, an ex contractu, videmus hoc in querela inofficiosi testamenti, quæ nõ nascitur ante aditam hæreditatem l.papinianus §. si conditioni ff.de inoff. testamento, tamen si filius moriatur ante aditam hæreditatem ab hærede instituto, transmictit in filium suam querelam, licet non dum natam, neq; præparatam, vt probatur in l. si quis filiũ C. eod. tit. & licet ius ipsum primogenituræ non transmictatur, velut nõ delatum, neque quæsitum ante mortem illius, de cuius successione agitur, vt not. Bar. de primogenitura in l. is potest, ff. de acq. hæred.tamen,dicit ipse, potest transmicti potentia succedendi, quæ surgit ex primogenitura, vt videtur firmare idem Bar.in loco prædicto vers. est & aliud, dum facit differentiam inter potentiam succedendi & filiationem, Bar. ergo in d.l.is potest appellat istam spem in filijs esse legitimã & considerabilem, faciunt notata per Bal. in l. cum antiquioribus C. de iur. delib. vbi vult, ꝙ in feudis filius, viuo patre intelligitur inuestitus, quia non deest sibi, nisi sola administratio, & ex istis videtis an rectè scripserit Luc. de Penn.in l.pæn.de decur.lib.10. vbi vult ꝙ primogenitus, viuente patre,non habet nisi solam spem, & in hanc sententiam videtur venisse Oldr.in suo sollẽni cons. 94. quem sequuntur alij citati per Iacobum de Sancto Giorgio in d. l. cũ antiquioribus col. fin. in 9. quæst. & sic vos habetis, ꝙ in feudo quæsito per patrem sub lege primogenituræ, pater non potest illud assignare vni ex filijs,

filijs,quam conclusionem declarabitis non procedere in feudo nouo,& in feu do ex pacto & prouidentia,declarabitis etiam non procedere,si primogenitus, consentiat, vt latè diximus in c. an agnatus, cuius interpretationem,& repetitionem cito videbitis, adiuuãte domino. Et hoc per decil. Iacobi de Beluisio in §. præterea quib. modis feud. amitt. quæ est solemnis & videnda & probat Afll. in §. hoc quoque de succ. feu. nu. 6. in fine,licet ibi nu. 7. non rectè scripsit, vt alibi notauimus. Si verò loquimur in feudo hæreditario in quo omnes filij succedunt iuxta dispositionem d. c. omnes filij, & tunc non video differentiam inter hoc feudum diuisibile, quod vadit,& transmittitur ad plures filios, & inter feudum indiuisibile, quod trãsfertur ad vnum,nam sufficit dicere feudum, vt pater nõ possit illud tãgere, neq; transferre in alios sine permissu domini, cum sit eadem ratio prohibitionis, & sic quod facit tunc lex primogeniture ad beneficium vnius, & primogeniti,facit nunc feuda litas ad beneficium omnium filiorum, & quando Andr. in d. c. omnes filij videatur velle,vt pater possit meliorare vnum ex filijs, quia sufficiat domino habere vnum; vos dicatis, supplendo ad Andr. patrem hoc posse cum cõsen su domini,& cum consensu aliorum filiorum, qui vocabantur ad feudum ex l. inuestituræ,& si alias Andr. intelligeretur Andr. malè loqueretur, & in hoc passu concurro cum domino Camerario, vt pater nihil disponere possit inter filios de feudo, quando vni datur, & alij aufertur, quia omnes sunt vocati ex l. inuestituræ, & huic conclusioni nõ obstat lex apud Iulianum §. si quis alicui ff. de leg. 1. Nam illa lex loquitur, quando pater disponit legãdo aut prælegando, quia tunc hæres, qui succedit testatori tenebitur implere legatum, aut saltim dare extimationem,vt dicemus suo loco, nam etiam ex contractu nullo debetur euictio l. si tibi C. de euictio. sed pro opinione mea videbitis omnino Dec. cons. 239.num.6.& seq. & dominũ Tiraq. in tract. retract. §. 11.glo.6.nu. 23.& seq. ex cuius dictis videre poteritis quã magna fuerit con trouersia inter Doct. super hoc articulo, sed vos non discedatis ab opinione Camerarij. qui rectè loquitur,& in hãc opinionem videntur venire Capycius in locis citatis & Loffredus cons. 1 nu. 96.& nu. 144.& cons. 14.& ista videtur mihi veritas quicquid scripserit Beluisius in c. 1.de eo qui sibi vel hær. suis cir ca finẽ. Sed in secundo casu, quãdo feu dum est diuisibile, an tunc de vno fiãt plura feuda,& an frater succedat fratri in feudo diuiso, & an seruitium, quod non augetur per diuisionem, neq; multiplicatur exigatur ab vno, vel ab omnibus,diximus plenè in c. Imperialem vbi videbitis, ne confundamus materias. Fatendum tamen est patrem non posse assignare feudũ vni ex filijs quãuis nouum, licet alteri alienare possit cum assensu domini,& est mirabile vt per Andr. de natura succ. feudi in additi. ver. quid ergo si pater.

7 Bona reuersa ad dominum,& consolidata feudo, an retineant pristinam naturam feudi.

7 Septima quæstio, quæ se offert super intellectu §. profecto c. 1.quid iuris sit, tex. iste declaratur per Andr. in c. 1. nu. 3. ver. siue alienaui de conten. inter me, & dom. de por. feu. fratris mei, vbi dicit

dicit ista verba, non potest intelligi de parte, quã petit à domino, ꝙ eam alienauerit: nam sine cõsensu domini per didisset, si cum consensu aliquid peteretur, quod iam alienasset, cum, & si postea illam reemisset, alias redemisset, cum cecidisset à possessione, & ad dominum peruenisset, non recideret in pristinum ius, scilicet patrium, etiam si verè patrium ante fuisset, sed haberet eo iure, quo remisisset, allegat d. c. quid iuris sit. Item idem And. in c. si vasallus de feu. post nu. 9. si de feud. defunct. milit. dicit ista verba. Item dicit hoc capitulum, illud, quod accepit nomine transactionis, non erit feudum: secus in eo, quod accipitur pro alienatione feudi, allegat d. §. profectò. Sed cõtra prædicta facit decisio Bar. in l. si à me ff. ad l. falc. vbi vult, ꝙ emphiteusis recuperata per emphiteutam, qui illam vendiderat, dicitur noua res: & in vsufructu consolidata. Dixit Napod. de iure quartæ in verbo fructus, ꝙ dicitur quædam noua acquisitio ad beneficiũ hæredũ viri, sequitur & probat Decius cõclusionẽ prædictam de emphiteusi recuperata cõs. 88. Sed pro intellectu videbitis Andr. in c. 1. in ver. facit conuentum de prob. feu. alie. per loth. vbi dicit ista verba. De cõpleta alienatione debet intelligi, & hic intellectus verior est, vt perdat feudũ quãdo tradit feudum, vult dicere Andr. ꝙ traditio est vltima perfectio cõtractus, quod declarauit Bal. in l. necessario ff. de per. & comm. rei vend. vbi considerauit triplicem perfectionem in cõtractu venditionis. Vndè quando venditor recuperat rem venditam, quam tradiderat, dicitur recuperare ex noua voluntate, & sic dicetur illa res recuperata, seu feudum recuperatum feudũ nouum reacquisitum ex nouo contractu. Nec obstabit l. si à me ff. ad l. falcid. quæ specialiter procedit, ne res recuperata in falcidiam imputetur, probatur in l. rogo ff. de fideicomm. liber. nec propterea obstabit lex fin. C. de remiss. pign. quæ non procedit, quando res recuperatur ex noua causa Tiraq. de retractu consanguin. §. 1. glo. 9. nu. 159. & seq. Sed hodie in Regno cessat ista difficultas, etiam si alienans tradidisset feudum, quod vendiderat sine assensu, quia contractus erat nullus, & inualidus, & licebat vẽditori re integra recuperare possessionem feudi, quam tradiderat absque metu pœnæ propter speciale licentiã concessam per const. Reg. diuæ memoriæ, quæ dat facultatem reuocandi, dummodo dominus non contemnatur in ipsa alienatione, vt latè diximus in d. c. Imperialẽ, nam tunc licet possessio tradatur ex contractu inutili per l. 1. §. si vir vxori ff. de acq. poss. nihilominus vtile dominium non discessit à venditore, qui poterit dicere, contractus est infirmus, & possessio infirmanda, & sufficit domino, ꝙ feudatarius in vendendo, non negauerit qualitatem feudi, & sic semper remansit iddem feudum, & idem feudatarius, & non fuit facta digressio ad diuersum statum arg. l. Seia in fin. ff. de aur. & arg. leg. ex qua l. sumunt Doct. theoricam, ꝙ aliquando ius renunciatum, siuè cessum, fuit alteri pleno iure concessum, & tunc, si recuperatur dicitur ex nouo iure acquisitum, quasi ex noua collatione l. nec vtilem ff. ex quib. cau. maior. c. ex insinuatione de simonia, vbi hoc not. Doct. & c. quãuis de præben. in 6. in dubio autem videtur

detur de nouo concessum d. c. ex insinuatione, & in c. ad supplicationem de renunt. aliquando renuncianti remanserunt aliquæ reliquiæ pristini iuris, vt exemplificauimus in subfeudis, & tunc illę reliquiæ faciunt, vt pristinum ius recuperetur, etiam ex pristina causa, quia non potest dici nouum, quod prouenit ex causa veteri, secundum Bal. in hoc titulo nostro in fin. & ita intelligitur tex. in l. si quis filio §. irritum de iniusto testamento, vbi hoc etiam not. Doct. aliquando agitur, vt ius extinctū reuiuiscat, & tunc not. Doct. si res extinctæ extinguantur eodem tempore & momēto, an per partes, vt per Paul. de Cast. in l. qui res §. aream de solut. & in l. quid tamen §. si nauis ff. quib. mod. vsufr. amitt. nam quando res in totum extinguitur, nunquam dicitur reuiuiscere eadem res, nisi eadem materialiter, & formaliter reuiuiscat l. qui vsumfructum vbi glo. ff. de vsufr. aliquando aliquis habet ius aliquod, sed alter habet facultatem exercendi aliqua ex illis, quæ competunt ratione illius iuris, vt in iurisdictione alibi exemplifico, & probatur in c. ne aliquid de hæret. in 6. & etiam in vsufructu formali potest exemplificari l. vsufr. ff. sol. matr. aliquando quis habet ius, non tamen exercitium, vt in ordinario, & delegato. Nam ordinarius est dominus iurisdictionis, delegatus tamen illā exercet, & etiam in dote potest exemplificari l. in rebus. C. de iur. dot. aliquando vnicum ius competit ab initio duobus, & postea in vnum transfertur, de quo scripsit Oldr. cons. 267. aliquādo quis habet vsumfructū causalem, sed si ab eo separetur fit formalis, secundū Bart. in l. qui vsumfructum ff. de verb. oblig. Sed hęc omnia alibi diffusius declaramus, sed in feudo reempto vigore pacti de retrouendendo an dicatur nouum, alibi etiam declaramus.

Ex hac theorica poterit determinari quæstio, quæ sępe oriri solet inter creditores concurrentes, & alios, nam occurrit inter dominum Io. Baptistam Piscicellum, & dominum Io. Aloysium Sarracenum, quem ego defendebam. Reemerat d. dominus Io. Baptista à Magnificis Pometta Spinola, & Barone Latronici quandam ratam introituum, vti Cessionarius Vniuersitatis Gioiæ vigore pacti de retrouendendo eidem vniuersitati facti per d. dominū Io. Aloysium Sarracenum, & in graduatione dominus Piscicellus prætendebat vti iuribus anterioribus dictorū magnificorum Pomettæ, & Baronis Latronici, dicebam ego pro d. domino Io. Aloysio, ꝙ iura dictorum emptorum erant iam resoluta per reemptionem factam à domino Piscicello vigore dicti pacti, iuxta doct. Bar. in l. in diē ff. de aqua plu. arc. firmat Boer. decis. 181. nu. 8. & seq. sequitur Decius cons. 88. nu. 3. & seq. & nouissimè Tiraq. de retract. consanguinitatis §. 3. glo. vnica, nec obstant rationes in contrarium allegatæ, quæ fundantur in dictis Salic. in l. 1. C. de act. & oblig. quia eius scripta procedunt, donec cessionarius, vel emptor potest exercere iura sua titulo cessionis, vel emptionis; sed quando iura emptoris, vel creditoris sunt sublata per reemptionem, tunc fit prorsus resolutio dominij, vel pignoris, quod erat in pendenti, ita Doct. in §. rursus & maximè Bal. de contro. inuest. sed in casu isto duo casus sunt considerandi, primus, an dominus, qui emit sub lege,

lege, & pacto de retrouendendo, possit alij vendere, vel obligare rem empram, & in hoc nullus Doctor dubitauit, nam dominium, pendente conditione, est penes emptorem, & proinde rem emptã poterit alij vendere, vel pignorare, l. 2. C. de pact. inter empr. & vend. probat Tiraq. de retract. consan. §. 12. glo. 1. & in hoc primo casu, donec durat emptio, vel pignoratio, non est dubium, ꝙ secundus emptor est potior primo, tanquam is, in quem sunt transfusa, & translata iura prioris domini, & in hoc primo casu militant iura partis, secundus casus est, quãdo dominus, qui vendidit cum pacto de retrouendendo, voluit exercere ius pacti in reemendo, & recuperando rem venditam, tam à primo emptore, quam à quocunque alio, vt potest l. si cum véderet ff. de pign. act. & tunc primus dominus, qui vendidit, ex quo non transtulit dominiũ simpliciter, sed sub hoc onere, & pacto de retrouendendo, & sic sub lege resolutionis, dum reemit, & reacquirit, omnes contractus medio tempore gesti cũ primo emptore resoluuntur, & dominium redit ad priorem dominum venditorem liberum, & ratio est, quia non potuit primus emptor illam rem, neque vendere, neq; obligare in præiudicium prioris domini secundum Dec. conf. 239. post nu. 10. & in hoc secundo casu militant allegata per dominum Io. Loysium, qui cum hodie sit creditor vniuersitatis in in notabili summa, erit potior domino Io. Baptista, in quo repræsentatur vniuersitas Gioiæ, & in quem sunt transfusa omnia iura mediorum dominorum, scilicet Baronis Latronici, & Pomectę, Spinolæ, alias sequeretur, ꝙ vniuersitas potiretur duabus causis, vel lucratiuis contra reg. l. si mihi, & tibi, ff. de leg. 1. vel duabus causis contrarijs, con tra regulã l. primæ C. de dotis promiss. nam si vult vti iure pacti de retrouendendo Vniuersitas reacquisiuit pristinum dominium, Et hodie tractatur de recuperãda, vel exigenda pecunia Vniuersitatis, si vero velit vti iure Baronis, non potest, quia titulus reacquisitionis confusit iura illorum, & res peruenit ad casum, à quo non potest incipere, neque excitare nouam originem, seu nouam causam acquirendi. l. pluribus, §. & si placet, ff. de verb. oblig. paria nanq; sunt, ꝙ vniuersitas, vel alter suo nomine reemerit à magnifico Io. Loysio, vel ab altero habente causam ab eo, & sicut Vniuersitas extincto, vel sublato iure per reemptionem, non posset vti iure dominij ipsius Io. Aloysij sublati, & extincti per reemptionem, neque poterit vti dominus. Io. Baptista cessionarius, quia quando iura duorũ concurrunt in personam vnius, illud, quod non potest vnus, nec potest alter l. si seruus legatus, §. 1. ff. de leg. 1. insuper vlterius consideranti videtur clarũ, ꝙ illud ius redimendi competens vniuersitati, velut pars feudi considerari debet, l. fundi partem, ff. de cõtr. empt. & hoc ius induxit resolutionem prioris contractus ex necessitate pacti l. si sterilis. §. si tibi, ff. de actio: empt. per quam l. dicunt Doct. l. fingere dominium, neq; momento fuisse penes emptores, l. si ad resoluendam, C. de prędijs minor. & sicut emptor transmisisset ad suos rem emptam affectam, ita pariter transtulit in Pomectam, Spinolam, & Baronem rem oneratam pacto redimendi, l. si mulier, ff. rerum

amot. & consuluit Decius d. cons. 88. & ratio est, quia contractus iste reemptionis non est propriè contractus de per se, neque noua acquisitio, vt notauit Andr. in §. profectò quid iuris sit, sed magis exequutio dicenda est prioris contractus, hoc notauit glo. Paris. §. 11. nu. 29. Causa ista fuit determinata cõtra dominum Aloysium Sarracenũ, non illa ratione, quam scripsit Salic. in d.l.1.C.de actio.& oblig. Sed quia omnes cõtractus in Regno vsque ad illud tempus ita consueuerant fieri, & si contrarium fuisset determinatum, totum Regnum fuisset in litibus. Et causa ista dedit ochasionẽ, vt in contractibus istis poneretur illa clausula, translatiuè, & non extinctiuè, quod dicere nihil est, quia titulus, & causa sunt, quæ operantur effectum suum circa trãslationem, vel extinctionem, sed abundans cautela non nocet, & casus erat, ꝙ dominus Sarracenus emerat introitus ab vniuersitate cum pacto de retrouẽdendo. Idẽ Sarracenus vendidit cum eodẽ pacto Pomectæ, vniuersitas eadem cesserat ius luendi Piscicello, & notetis, quia sępe euenire solet. Videbitis glo. in verbo alienauit in §. seruus inst. de hæred. instit.

8 Ius primogenituræ, an remitti possit.

8 Octaua quæstio potest considerari dupliciter, vno modo tanquã ius futurum competens in spe considerabili, vt est dictum superius: & in hoc tractabimus materiam l. primæ C. de pact. alio modo, tanquam ius delatum: & in hoc etiam tractabimus, an remissio istius iuris fieri possit per contractum, & per verba dispositiua, vel possit fieri per cõsensum permissiuum iuxta allegatum §. præterea, & iuxta dispositionẽ cap. Titius, si de feud. fuer. controuer. cum concord. Primum ergo caput circa remissionem iuris futuri nullam habet difficultatem, quin remitti possit per contractum, vt not. Doct. omnes in d. l.1.C.de pact. probat Andr. in c.1. prope fin. de eo, qui finem fecit agnatis, & in c. 1. qui successores teneantur ante nu. 14. & probant etiam Doct. omnes in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verbor. oblig. & in specie firmauit Napod. cõsuet. si quis vel si qua ver. præterquam nu. 201. sed difficultas est in secundo capite, an scilicet ius istud primogenituræ remitti, aut cedi possit, cum ius istud habeat in se prerogatiuam dignitatis, & honoris; vnde alias in ardua causa pro dominis de Acciapaccia petentibus reintegrari ad honores Illustris Sedilis capuanæ; allegabam, ꝙ dominus Hieronymus Auus semel gauisus fuerat honoribus dicti Sedilis, faciendo actum positiuum differentem simul cũ aliis nobilibus dictæ Illu. plateæ, & proinde successores sanguinis debeant reintegrari, & restitui, non obstante, ꝙ dominus Aloysius Acciapaccia pater actorum declarasset, ꝙ familia de Acciapaccia nũquam fuerat gauisa honoribus dictæ Illu. plathea, quã declarationem fecerat testificando in alia causa ad instantiam dictæ Illu. plathea. Nam dicebam ego, ꝙ quæ à genere proueniunt, debent esse nobis incolumnia vulgata l. 3. ff. de interd. & releg. probat Salyc. in l. nõ plures post nu. 3. C. de Sac. sanct Eccl. vbi dicit ista verba, item, quia regula est, vt delictũ patris non obsit filio, maximè in dignitatibus, & honoribus, quia non ab eo immediatè proueniunt, sed ab alio, licet

cet propter eum l. emancipatum, ff. de senato. & in terminis firmat Andr. in loco infra cirato, cuius decisio fuit visa mirabilis, & secundum eam iudicatũ fuit in fauorem Actorum, nam sicut iura sanguinis, & naturæ sunt immutabilia, sic etiam, & iura præcise, & immediatè data à lege ipsi sanguini, vel naturæ: Nam quod nõ potest fieri per consensum expressum, nec etiam induci potest per taciturnitatem, aut aliam declarationem, seu tacitum cõsensum, glo. not. in l. si mulier §. 1. in verbo natum ff. quod metus causa, docet Andr. in cap. si vaxallus in fin. si de feud. fuer. contro. illa ergo primogenitura vendita ab Esau fritri suo tam paruo prętio, & propter vnam escam, tanquam iudicialis veteris testamenti non astringit, nisi in quãtum reperitur approbata, vt notant Bar. cons. 72. vol. 1. Affl. in c. 1. col. 7. de nat. succ. feud. & alij; nam quæ in veteri testamento in figuram concedebantur, & contingebant, non sunt trahenda ad exemplum, vt notat glo, in c. cauæ 28. quæst. 1. notat aliqua Oldr. cons. 224. Bart. etiam in l. is potest col. 2. ff. de acq. hæred. dicit ꝙ filius non potest renuntiare iuri succedendi per legem pactũ C. de colla. licet contrarium fuerit factum de Esau, dominus autem Tiraq. quæst. 29. in tract. primogenituræ post relatas opiniones omnium conatur conciliare contrarietates per theoricam Bal. in l. cum antiquoribus C. de iure delib. vbi vult ius primogenituræ non esse cessibile, quoniam ius ætatis cædi non potest, & subdit ipse, ꝙ alia, quæ successionem respiciunt remitti possunt cum consensu patris, de cuius successione agitur iuxta theoricam l. fin. C. de pactis. Vndè videtur ꝙ dominus Tiraq. ex mente aliorum separauerit prærogatiuam ætatis à prærogatiua, & successione bonorum, sed forsan dominus Tiraq. sensit de illa primogenitura, quæ defertur ex vi consuetudinis: in Regno autem, primogenitura consideratur vt ius; nam ius primogenituræ appellauerunt constitutiones nostræ, quod cum ministerio dictum fuit, quia prouenit ex pacto adiecto in lege contractus, & in verbis inuestituræ, vt optime considerauit Andr. in §. donare post num. 7. qualiter olim poterat feudum alienari, ibi verius videtur, vbi vult, ꝙ ius primogenituræ dicitur ius, & in c. 1. post nu. 4. de grad. succ. in feu. dicit ista verba, & in Regno Siciliæ viuentes iure franchorum per const. Regni primogeniti præponuntur, & in c. 1. §. præterea si vaxallus quæ sit prima causa primi benef. amitt. post. nu. 14. dicit ista verba. Et primogeniturã dedit primo lex, vel cõsuetudo, & alibi sępe vtitur hoc modo loquendi: cui vos addatis, ꝙ dispositioni l. cooperatur pactũ præcedens, & lex inuestituræ, per quam contrahẽtes astrinxerunt se legi loquenti de primogenitura: & proprerea pactũ, quod præcedit attenditur: nam lex, aut consuetudo venit in consequentiam, tanquam pedissequa ad declarationẽ pacti. Vnde fit, ꝙ sicut ius istud primogenituræ est transmissibile, etiam in filios primogeniti, ita vt nepos excludat patruum, vt suo loco dicemus, ita etiam videtur ꝙ sit cessibile. Sed in hoc passu in expressa cessione, viuente patre, multi tenent contrarium sequẽdo Bal. cons. 389. incip. consuetudo est in nonnullis Regnis, quem sequitur Iaf. in d. l. is potest. de acq. hær. nam, vt dicit Bal.

quæ

quæ habet quis ad vitam, non poteſt alteri poſt mortem ſuam concedere; & omnis actus, procedens à potentia influente, deſinit potentia deſinẽte: hæc ſunt verba ſua; & iſtam opinionem aſſerunt veram dum tractatur de ceſsione iuris translatiua in alium, ſiuè ſit primogenitura data à lege, ſiuè ex pacto, vel ex conſuetudine, defuncto autem patre, poſt ius delatum cedi poterit, & remicti. De quo videbimus infra ſuo loco ad declarationem l. ſi auia C. de iur. delib. quæ procedit in iure delato, nam in non delato, nõ poteſt fingi, aut ſubintelligi acquiſitio per actus occultationem, vt ibi addendo notauimus, vis ergo erit ſecundum eos in vidẽdo, an hoc ius remicti poſsit, non concedendo, ſeu remictendo, prout loquitur glo. in ver. concedi in l. venia C. de in ius vocan. ſed patiendo alium inueſtiri iuxta terminos alleg. §. præterea quib. mod. feu. amitt. & ſic ſumus in declaratione conſenſus permiſsiui; nam de diſpoſitiuo ſuperius loquuti ſumus, & infra videbimus clarius, differunt enim inter ſe aliquid facere, vel facienti conſentire. Nam qui conſentit ſimpliciter non tenetur de euictione l. exceptionẽ cum concord. C. de euict. & propterea dominus Marinus in lib. 2. de ſubfeu. in limit. datis per eum ad conſt. diuæ memorię dicit, quod conſentiens alienationi feudi, non habet beneficiũ reuocãdi, hoc dixit in 2. limit. & in 24. ſed hoc dictum domini Marini intelligatis procedere quando certum erat, venditorem eſſe dominum feudi, vt dicetur in quæſt. primogeniti conſenſiẽtis venditioni factę per patrem de feudo, ſed quando feudum ſpectaret ad conſentientem, & is, qui vendebat putabatur dominus, tunc, quia conſentiẽdo cẽſetur etiã vendere, ſine dubio cõſentiens reuocabit: nam in pluribus cõtrahentibus, vel conſentientibus ille ſolus dicitur actum facere, & alienare, ad quem dominium rei ſpectat l. ſi liqueat, vbi hoc not. Doct. & Bal. poſt. glo. C. de inoffi. don. probat Oldr. cõſ. 174. & declarat Bar. in l. fin. col. 2. C. de pact. vbi optimè loquitur de cõſentiente ſi habeat ius plenum ſeu perfectum. Ius ergo primogeniture delatũ licet cedi non poſsit per contractũ viuente patre ſecundum iſtos, remicti tamen poteſt, patiendo alium inueſtiri de iure ſuo ad rem ſibi competenti ex l. contractus, ſiuè inueſtituræ, vt eſt prædictũ ex mente Beluiſij in allegato §. præterea quibus mod. feud. amitt. vbi opt. loquitur, quicquid ſcripſerit Luc. de Penn. in l. quicunque de princ. agentium lib. 12. & l. 1. de priuil. eorũ, qui in ſacro palatio eod. lib. 12. & in tantum hoc eſt verum, ꝙ Dec. in d. l. pactum C. de coll. & conſ. 443. voluit hoc ius delatum, etiã per contractũ remicti poſſe; prout remicti poteſt & cedi hæreditas, ac quota hęreditaria, hęc ſunt quæ not. Doct. ſparſim in hoc articulo, & plenè colligit Bar. in l. nec is §. 1. poſt glo. in ver. vtrumq; ff. de acq. hæred. vos autem pro vera reſolutione dicatis, ꝙ ius iſtud primogenituræ poteſt conſiderari dupliciter: vno modo tanquam ius hæreditarium præcipuũ: & alio modo tanquam ius præcipuum ex pacto & prouidentia; & ſi conſideremus illud tanquam ius hæreditariũ, ius ipſum in ſe, neque quo ad titulum, neque quo ad honorẽ cedi poteſt, neq; in alium transferri: quia ſiuè detur à pacto, ſiuè à l. ſiuè à conſuetudine, illud

non

non est concessum, nisi habenti illam qualitatem naturalem primogenituræ quæ nõ reperitur in cessionario: & hoc procedit, siuè cessio fiat viuente patre, siuè mortuo; quamuis Decius in d. cõs. 443. contrarium dixerit sequendo glo. in c. quam periculosum 7. quæst. 1. & Panor. in c. licet. de voto, effectus autẽ ipsius primogenituræ, siuè commodũ successionis cedi non poterit viuente patre, cum non dum competat, neq; in re, neq; in spe firma, seu de præsenti, quæ producat ius formatum: sed bene cedi poterit de consensu, & voluntate patris perseuerantis in eadem voluntate vsq; ad mortem secundum formam l. fin. C. de pact. sed defuncto patre, liberè poterit cedi, vendi, & aliter disponi, tam vniuersaliter, quam particulariter instar vnius ex hæredibus vẽdentibus partem hæreditatis sibi obuẽtam, & quæsitam, quod facere potest vniuersaliter per viam quotæ, & particulariter transferendo res singulares, & in hanc opinionem videtur inclinare Dec. in d. l. pactũm nu. 17. & glo. Paris. §. 8. glo. 3. nu. 24. & seq. nihil enim differt vendere, aut cedere quotam hæreditatis obuentam ex l. primogenituræ, aut delatã à lege, & propterea excepta prærogatiua honoris, & ætatis, effectus iste, qui venit in consequentiam primogenituræ & est separabilis, & separatus sine dubio vendi, aut cedi potest. Videmus hoc in feudatarijs, & in Ducibus, & Marchionibus, qui vendunt Castra, & alia feuda, quæ eis obuenerunt præcipua ex lege primogenituræ, & nihilominus remanent Duces, & feudatarij, dummodo non vendant feuda titulata, vt infra dicemus, si autem ius istud competat ex iure primogenituræ instar feudi ex pacto, & prouidẽtia, an illud remitti possit, viuente patre, prout remittitur ius cõditionale, & an ista remissio sit perpetuò exclusiua quoad remittentem, & descendentes ex eo, & an tantum cẽsenda sit vt personalis, ita ꝙ persona subtrahatur de medio, & an possit filius illius hæres reuocare per l. quæ à patre C. de rest. mili. dicemus in c. an agnatus vbi est materia sua, ne incidamus in scrinia Crispini Lippi: ad vnum tamen aduertere vos volo, quod notauit dominus de Anna vir doctissimus in repetit. c. 1. de vassall. decrep. ætat. nu. 270. videlicet si teneat refutatio facta per patrem de aliquo feudo in personam secundogeniti cum consensu primogeniti, vbi videtur inclinare, ꝙ non teneat, quamuis primogenitus nullum habeat ius formatum tempore donationis, in quo articulo dicunt aliqui ex mente Doctorum, ꝙ actus iste explicari non potest in vim refutationis, quãuis primogenitus consentiendo tollat se de medio, quia refutatio non habet suum extremũ, in quo perficiatur, scilicet personam primogeniti, & immediatè successuri, & illa cessio, seu consensus primogeniti non facit omninò vacare locum primogenituræ, quæ à natura data est: sed bene actus iste explicari poterit in vim, & titulum donationis cum dispensatione Regis vt docet Luc. de Penn. in l. pen. C. de decur. quem superius meminimus: sed ꝙ refutatio valeat in personam secundogeniti cum cõsensu primogeniti firmauit glo. Paris. §. 8. glo. 4. nu. 28. in fin. & pro ista opinione iudicatum scio, quam firmat expressim Iacobus de Beluisio in allegato §. prætere a, quib. mod. feud. amitt. & nos firmamus

mamus in cap. an agnatus, quia primogenitus consentiendo tollit se de medio per assensum permissiuum firmat Affl. in §. hoc quoque de succ. feud. nu. 6. in fine.

Sed in præmissis alias vidi dubitari, an assensus impetratus à Rege super dicta donatione facta secundogenito dicatur subreptitius, si in assensu non sit facta mentio de primogenito, nam in isto casu nullus requiritur consensus primogeniti, neque dispositiuus, neq; permissiuus, vt scripsit dominus de Anna, super quo articulo aliqui dicebant, ꝙ assensus sit subreptitius, si pater donans non habebat alia feuda, dicebãt etiã, ꝙ subreptio erat manifesta, postquam ius istud primogenituræ debebatur primogenito ex l. inuestituræ, & sic ex spe considerabili, quam pater auferre non poterat, nisi contrahendo ex causa onerosa. Dicebam ego, ꝙ assensus supplet defectum prætensæ subreptionis, postquam in actu refutationis non requiritur, & statim ꝙ supplicatur Regi de donatione facienda filio lex ipsa per subauditum intellectũ manifestat ꝙ donatarius sit secundo, vel tertiogenitus, allegaui tex. in l 1. ff. ad municipales, & Rex debebat confidere de patre iuxta l. nec in ea ff. de adult. sed pro illa opinione, ꝙ actẽdatur qualitas feudorum, vt valeret, vel non valeret donatio allegabant illi tex. in l. quæsitum §. sed & ipse ff. de fund. inst. & in c. non potest in fine de præben. in 6. sed pro opinione mea allegabam, ꝙ pater in hoc actu donationis nullam fraudem cõmiserat, nam si fuisset detecta fraus, poterat primogenitus agere ad reuocationem feudi alienati titulo lucratiuo, vt docuimus superius: nã quando titulus est lucratiuus, sufficit constare de animo fraudandi, & ꝙ pater habuerit consensum istud absq; eo ꝙ donatarius participauerit de fraude: secus in alienatione, quæ fit titulo oneroso, nam tunc debet constare de fraude participata per acquirentem, & tũc etiam illi post factam reuocationem debet restitui prætium, aut alia res soluta patri alienatori l. 1. §. si quis in fraudem ff. si quid in fraud. & notatur in l. patronus ff. de probat. & hoc quidem procedit etiam si filius reuocans esset hæres patris, nam quando factum defuncti tendit ad fraudandum hæredẽ beneficio à lege concesso in bonis defuncti, non procedit regula l. cum à matre cum simil. C. de reiuen. sed procedit dispositio l. 2. C. si quid in frau. patro. vbi hoc notant Bar. & Bal. & idem Bal. & Salyc. in l. 1. C. de inoff. don. Bar. etiam, & alij in l. Titia §. licet Imperator ff. de leg. 2. quinimò, neque confessio patris valet etiam in contractu oneroso in præiudicium legitimæ filiorum Alex. cons. 57. vol. 5. nec obstabit l. cum eum C. de adopt. quæ in contrarium allegari solet, quia illa lex procedit, quando aliquid supplicatur contra ius, & cum pater possit inuito primogenito feudum alienare, poterit etiam illud dare secundogenito cũ assensu, nec etiam ignorantia Principis assentientis reddet actũ inutilem, nam regula illa, ꝙ de omnibus debeat Rex certiorari, procedit in mere gratiosis, vt alibi docuimus. Expedit modò pro complemento istius articuli declarare d. §. præterea, quib. mod. feud. amitt. loquitur enim dispositio illius tex. in consensu permissiuo iuris delati, nam si contingat feudatariũ aliquem mori reli-

relictis pluribus agnatis, si agnatus proximior alium inuestiri patiatur, non faciendo actum positiuum, neq; iuris translatiuum, vt optimè considerauit dominus de Anna, iste dicitur consensus permissiuus, quia patitur, & permittit alium inuestiri, qui habebat locum post se, facit regula, q si me absente, consentiente tamē, rem meam vendis, consensus meus sufficit ad dominij trāslationem in emptorem §. per traditionem inst. de rerum diuis. pro intellectu tamen videbitis Luc. de Penna in d.l. diuæ memoriæ col.1.in fin.C.de decur. Affl. in §. hoc quoq; col.2.de succ. feu. Camer.in c.Imperialem nu.66.&alios, quos adducam in c. 1.de eo, qui fin.fec. agn.ibi etiam declarabimus dispositionem c.Titius si de feu. fuerit contr. vbi ferè tractatur eadem materia consensus permissiui, & hæc quoad ius primogenituræ. Ex qua quæstione tanquā ex appendicibus nascuntur aliæ quæstiones, si vitamilitia potest cedi per secundogenitū ad beneficium primogeniti absq; assensu, & similiter, si paragiū possit cedi per sorores fratri primogenito abq; assensu, & an pactum de retrouendendo, seu ius luendi habēs formam suam cum assensu possit remitti per habentem pactum ad beneficium paciscentis abq; assensu; super quibus sunt altercationes inter Doct. Regnicolas, & maximè inter Camer. & Marinum: & vt per ordinem procedamus, illa prima quæstio de vitamilitia remittenda absq; assensu videtur sopita, & determinata per Affl. in alleg. decis. 232. vbi vult, q vitamilitia potest remitti ad beneficium feudi, & feudatarij per secundogenitum, quasi inde velit, q hypoteca illa legalis nascens ex dispositione legis possit remitti, sicut fieri potest quodcunq; pactum liberatorium ad beneficium debitoris, & sicut lex inducebat grauamen super fructibus feudi ad beneficium secundogeniti, ita pariter potest secundogenitus beneficium istud, aut non quærere, aut quæsitum remittere arg. l. licet ff. si quis omiss. causa test. vbi lex vult, q ille, qui repudiat hæreditatem vt alteri quæratur, non dicitur hæreditatem adire, & consequenter licet quæratur alteri, non dicitur ex hoc propter renūciationem exire de patrimonio renunciantis, & qui repudiat hęreditatē, pecunia accepta eo modo, vt alteri quæratur, à quo recipit pecuniā, non dicitur adire hæreditatem similis est tex.in l.fuit quęsitū.ff.de acq.hęred. & pro ista decisione facit ratio, quæ est in ore omnium scribentium, videlicet, q is, qui habet vitammilitiam non dicitur habere, nisi illam annuam perceptionem de fructibus, qui ex feudo percipiuntur iuxta taxam seperius per nos designatam, & proinde non dicitur habere ius formatum in feudo, quia non habet, neq; partem, neq; quotam feudi. Et propterea ex hoc determinatur alia quæstio, vt iste secundogenitus instar legatarij legalis non teneatur ad aliqua onera feudi, nec etiam ad onus militiæ, nec similiter ad onus fidelitatis, quod inest rei, nam differunt, aliquid deberi ab hærede vniuersali iuxta dispositionem l.1.§.si hæres ff.ad treb.& l.si fideicommissum §. tractatum ff.de iudic.& aliquid deberi à successore rei l.si debitoris C.si aduersus cred.& l.fin. ff. de contr.empr. vnde fit, q in legatarium non transeunt onera l. hæreditatem ff.mandati, probat in argum.l.vsu-

fructu in dotem dato ff. solut.matr.& quando possessor rei propter aliquam rem habet aliquod onus,à quo nõ potest se exonerare,tenetur possessor ad illud onus pro fructibus,& habita re,tenetur subire onus illud l.pæn.§.fin.ff.de leg.3.& est bonus tex. in l. qui concubinam §. qui ortos eod. tit.de leg.3.tenetur ergo feudatarius ad vitammilitiam, quæ sicut extinguitur per rebellionem,secundũ aliquos, aut per defectum feudatarij,vt superius notauimus & ibi remictimus,ita etiam remicti,& extingui potest per secundogenitum, qui pro illa habebat actionem personalem contra feudatarium, & in hoc comparantur cessus,& decessus,& cõparantur similiter decessus naturalis, seu mors, & decessus ciuilis, seu mors, aut defectus feudatarij, qui deficiendo à fide occidit vtile dominium, nam, & dominiũ etiam occiditur, vt dicemus inferius super declaratione §. denique quæ sit prima causa benef.amitt.& hic est vnus de casibus, in quibus conueniunt, seu æquiparantur mors ciuilis, quæ tangit feudum, & mors naturalis, vt notatur in l. ex ea §. insulam ff. de verb. oblig. notant Doct. in l. siquidẽ C. solut. matr. & in l. Deo nobis C. de Epis. & Cler. & Bar. in l. cum pater §. hæreditatem ff.de leg.2. & in hanc sententiam veniũt domini Goffredus in §. donare qualiter olim, & Minadous in doctissima Repetit.Sed pro degustatione istius articuli visum est discurrere, quid sit ista vitamilitia, & quomodo sic determinetur, & reperio vltrà scribentes in Const. Comitibus, ꝙ dominus Minadous Doctor insignis,& Cõsiliarius magni nominis in cons.1. dixit ꝙ vitamilitia est quoddam ius separatum,& deriuatum à legitima,& alimẽtis, & est portio debita loco partis hæreditariæ, vel rei feudalis, quasi velit dicere, ꝙ hoc nomen sit deriuatum, & sumptum ex duobus simplicibus, scilicet ex alimentis, & legitima, & factũ sit hoc nomen, mixturam habens ex duobus extremis:glo. etiam Paris. in §. 18. nu. 10. dixit sequendo Andr. quòd est portio feudi, & nos superius retulimus, dominus autem Pernus Doctor Siculus celleberrimus cons.11. dixit, ꝙ vitammilitiam consequitur frater minor ratione partis hæreditatis,à qua excluditur per primogenitum, & ꝙ onus istud sequitur rem, & in hoc videtur concordare Capyc. decis. 211. dominus autem Tiraq. in tract. de iur. primogenituræ quæst.74. dicit, ꝙ vitamilitia æquiparatur alimentis, & ꝙ ista alimẽta præstantur ex fructibus absq; deductione expensarum, & alios suo more cumulat pro hac opinione. Sed nullus scribentium, quem viderim tangit proprietatem, & vndè deriuata sit ista denominatio, quia cũ nõ sit ius formatum in re, & debitum super feudo, quamuis debeatur ex feudo, debetur condictione ex l. qnãdiù viuit feudum, nam,vt alibi diximus,actio ista dormit in sinu feudi,& si feudum extinguitur, non excitatur, neque suscitatur:& proptereà fatendum est, quòd sit mære actio personalis, quia à lege debetur, & eodem legis beneficio actum est,vt contrà tertium possessorem agi possit actione reali ex dispositione Principis in odium feudatarij alienantis,& in odium emptoris, qui sciens huic oneri, se subiecit. Vndè cogitanti mihi superuenit decisio Andr. in c. 1. post nu. 13. qui succ. tenean. vbi in differentijs

feudi

feudi prophani, & sacrati dicit ista verba, feuda non sic, nam non passim omnibus, non enim fœminis, non clericis & qui arma bellica deponunt, non mãcis, non debilitatis, & posteà subdit: comparantur quidem militijs. Vndè ego infero, quòd feuda, & militia comparantur, & ideo vocata est vita militia, quasi vita de militia, idest de feudo, quod debetur secundogenito, & oritur de visceribus militiæ, & de fructibus feudi, & sic nominata est vita, quia habet ius finiturum l. vxor patrui C. de leg. l. corruptionem C. de vsufr. & nominata est militia, quia debetur per primogenitum occasione militiæ, idest feudi, & sic occasione rei, & per hoc concurro cum domino de Anna in allegatione 23. vt refutatarius vnius feudi non teneatur ad vitam militiam fratri secundogenito quandiù viuit pater refutantis, & refutatarij, non enim ius istud, imo magis actio comparari potest legitimæ, quia illa est salua secundogenito super vniuerso, & super tota hæreditate defuncti, in qua etiam extimatur feudum, vt alias diximus, & illa transmittitur ad descendentes etiã non adita: & licet Andr. dicat quòd vita militia est instar legitimę, dicatis vos quoad originẽ, & causam obligationis, nam sicut legitima non debetur nisi filio, & descendentibus, qui obtinẽt primum locum tempore mortis patris vel aui, ita; & vita militia non debetur nisi descendentibus regulariter, differunt tamen vtilitate, & vita, quia vita militia est onus feudi, & sic dedùcitur ex fructibus rei, legitima autem deducitur ab vniuersa hæreditate, & est quota bonorum, vita militia etiã continet in se ius finiturum, & temporale, quia finitur cum mortè secundogeniti, legitima verò transmittitur, & est perpetua: vnde fit, quòd nec etiam assimilari potest, aut comparari vsufructui, quia super feudo nõ cadit vsusfructus vt est glo. soll. in rubr. de alie. feud. paterni circa medium: præterea vsusfructus tanquam ius formatum de per se, & distinctum non capitur de manu hæredis, nec etiam comparari potest alimentis, quia illa debentur ratione sanguinis, & ad illa non tenetur frater, nisi in casibus, vt not. Doct. passim, & maximè in l. cum plures §. cũ tutor post glo. in ver. alio patre ff. de. adm. tut. & sic cum ista alimenta taxata sint ad vitam secundogeniti, dicũtur vita, & cum debeantur occasione rei de fructibus militiæ, seu feudi, appellata est militia, & de sui natura nõ continet, nisi actionem personalem, quæ actio personalis non dicitur continere alienationem, vt notatur in l. fin. in fin. vbi hoc notat Bal. C. com. de leg. & ideo etiam appellata est militia nõ egrediens vitam secundogeniti, vt minus oneraretur feudatarius, qui tenetur ad medietatem fructuum pro militari seruitio, & pro reliquis fructibus debet vitam nobilem ducere, & viuere, vt par suus, vt alibi notat Andr. & iuditio meo, ideò non egreditur vitam secundogeniti, propter breuitatem vitæ ipsius feudi, quod latius examino in c. an agnatus vbi dedi cõcordantias, nam, vt habetis in tex. vestro, nimium accurtata erat vita feudi tempore antiquo, & postea fuit prorogata ad vitã, & licet hodie feuda transeant ad successores, hoc prouenit ex beneficio Principis, quod beneficiũ datum, & factũ fuit feudatarijs tãtum, & sic gratia ista

comprehendit solos feudatarios argumento eorum, quæ notauit Andr. de gratia facta vni in §. sed nec est alia iustior in principio, quæ sit prima causa benef.amitt. & sic habetis declaratum terminum istum vitæ militiæ, in quantum potuit ingeniolum meum, cogitēt prudentes, & ingeniosi, & addant: & ex his aliquando vidi dubitari, si petitio huius vitæ militiæ multiplicetur ad beneficium secundogeniti, vel vlterioris, quando contingeret primogenitū mori, & alterum succedere, vidi etiam dubitari, si fructus feudi modici sint, an possit feudatarius cogi feudum vendere, vt fructus sint pinguiores, & quid si vrgētibus creditoribus sit venditum, an fructus sint æxtimandi iuxta prætiū inde exactum & iuxta l. potest reliquorum ff. de verb. signif. dicemus alibi, quia causæ nunc pendent corā illo Peritissimo, & summæ Religionis viro domino Hanibale Moles meritissimo Regente Regiam Cancellariam, qui ex ordine Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Proregis librum hunc perlegit, & suo summo ingenio approbauit, & collaudauit. Paragium similiter, quia ex eadem lege descendit, licet sit fauorabilius, quia potest aliquando extinguere vitā militiā, vt alibi diximus nihilominus etiam illud remicti potest sine assensu ad beneficium feudatarij; cuius paragij petitio principaliter debet dirigi cōtra hæredē vniuersalē, & in subsidiū sentētia habebit exequutionem & vires suas, etiam contra tertiū citatum, vt docet Andr. in const. in aliquibus, & cauthela est, vt simul citentur omnes, vt per Doct. in auct. hoc si debitor C. de pignor. & in corpore, vnde sumitur. Et pro iuuenibus debetis scire, primo circa quātitatem paragij, nam regulariter non excedit legitimā, minus tamen legitima esse non potest, quia si legitima non sufficit ad nubendum condigno viro, tunc paragiū erit vltra legitimam, & filia consequetur virilem, vt tetigimus supra in causa domini Comitis Galatiæ, & in hac taxatione paragij veniunt plura considerāda, scilicet conditio familiarum, qualitas viri, facultates patris, & consuetudo patris, & patriæ, vt not. Doct. in l. quæro ff. de iure dot. & in d. const. in aliquibus, & in magnis dominis est aduertendum, quod si legitima excedit dotes consuetas dari à patre, tunc paragiū erit minus legitima, & ita iudicatum vidi in arduis causis in fauorem Ducū, & Marchionum. Item Paragium istud est fauorabilius vita militia, quia illud etiam non agnitum transmictitur, non sic in dote debita, aut legata; quia legatū dotis dicitur cōditionale, vt not. Bar. Paul. & alij in l. Titio centum §. Titio genero ff. de cond. & dem. quę decisio limitatur quando dos est relicta loco legitimæ, vel successionis, vt in paragio, nam tunc legatum censetur purum, & transmissibile, limitatur etiam, quando legatum dotium nō est suspensum in euentum nuptiarum, vt pulchrè notauit Aym. cons. 101. & hęc notetis, quia pluries vidi de his dubitari, & ex diuersitate factorum nascitur diuersa legis conclusio, iterum pro paragio non competit actio in solidum contra possessorem, sicut datur in vita militia per dispensationem illius capituli, alienationis actus, sed tantum datur actio pro rata, quia nō est vera hypoteca; sed quasi, & est hypoteca legalis l. 1. & 2. C. comunia de leg. & l.

1. C. de debit. ciui. lib. 11. vbi hypoteca legalis inducta à lege datur pro rata & non in solidũ: secus in hypoteca conuentionali. Et ex hoc etiam defendi potest conclusio, vt feudum reperuẽtum ad Fiscum propter rebellionem feudatarij redeat affectum pro dotanda sorore, quia paragium dicitur portio feudi, & dicitur perpetuum, & transmissibile, non sic in vita militia, quæ dicitur portio fructuum. Et ex hoc dubitari vidi pluries, an paragium istud cedi possit sine assensu, super quo solitus sum respondere, ꝙ si cessio fiat in extraneum, fieri non potest sine assensu, cum dirigatur ad feudum, si autem fiat ad beneficium feudatarij, & ad feudi liberationem, extinguendo, non trãsferendo, fieri poterit sine assensu, dummodo non fiat in fraudem, probatur argum. allegatæ legis vsufructu in dotem dato ff. sol. matr. & notauit Andr. in const. honorem nostri Diadematis, vbi semper est recurrendum pro hac theorica. Insuper, sicut vita militia augetur adaucto feudo ex causa de præterito, cum feudum dicatur quid vniuersale, ita etiam paragium istud augeri debet, augmentato feudo secundum glo. in const. consuetudinem, quę vult, ꝙ feudum dicatur homo mutus: & proinde si administrator, qui feudatarius est malè administrauit, datur feudo restitutio, quæ dicitur ius reintegrandi. Et per hanc glo. aliquando aduerti, & monui aliquos Aduocatos iuuenes, qui dicebant, ꝙ ius reintegrandi non competit, nisi soli Regi, aut illi, cui Rex demãdauerit, nam, vt vidistis, competit homini muto: & sic feudo, nam dum videt lacerari membra sua, & dismembrari, poterit idem administrator ex persona, & intuitu feudi, & vt administrator petere reintegrationẽ ipsam, & sic ius illud reintegrandi cõpetit feudo, & cuilibet feudatario sinè aliqua licẽtia Regis. Et proindè si reintegratio, & recuperatio membrorum facta sit ex causa de præterito augetur paragium, sicut vita militia, quia lex considerat hominem integrum, & feudum sicut erectũ fuit destinatione Regis, & Patris fam. in quo feudo, tanquã in vniuerso cadit augmentum. Et aduertatis, ꝙ augmentato feudo non augetur seruitium, vt suo loco videbitis & in c. imperialem § firmiter de proh. alie. per Feder. & hoc procedit etiam in feudo reperuento ad Regem, & postea de nouo concesso sine speciali & noua taxatione seruitij, vt alibi diximus, & obtinuimus, faciunt notata per Io. Fabri in §. si cui inst. de legatis in feudo recuperato.

Circa verò illam difficultatem, quæ oriri solet, & de qua est controuersia inter dominos Camer. & Marinum, an scilicet pactum de retrouendendo roboratum assensu Regio, quod dicitur ius formatum super feudo habens formam suam propter vim assensus possit remicti ad beneficium pacifcentis, scilicet emptoris, qui feudum emerat sub pacto de retrouendendo, & licet prædicti Doct. varient inter se, mihi placet illa opinio, vt remicti possit, quam firmauit authoritas Rotæ Sacri Consilij, vt refert Affl. decis. 232. & in const. constitutionem diuæ memoriæ, & licet idem Affl. in ead. const. videatur variare, & contrarium sentire, nihilominus in priorem sententiam concurrit dominus Tiraq. de retract. conuen. in fin. nu. 158. vbi sequitur decis. Rotæ,

Rotæ, & miratur de Afflicto sibi contrario, & immemore:& in hanc quoq; sententiam venit dominus Loffred. in c. Imperialem in sua paraphrasi vers. dominus Bartolomeus de Capua, & ratio est, quia actus iste continet liberationem hypothecę secundũ Bal. post Cyn. in l. 1. C. si seruus extero, quæ liberatio non indiget assensu, vt alibi docuimus. Sed in hac controuersia mihi semper placuit illa opinio, vt si venditor, qui habebat ius formatum super hoc feudo velit remittere illud ius in fraudem creditorum, qui secum interim contraxerant: tunc hoc facere non posit, nec etiam vendendo, aut liberaliter cedendo, vt docet Alex. consi. 45. vol. 5. nam ius illud tunc non resoluitur, neq; extinguitur, sed vadit affectum onere hypotecæ ad beneficium creditorum, qui contraxerant. Si autẽ cedens non habeat creditores, hoc liberè facere potest, quia illud redimere erat facultatis respectu sui, & hanc facultatem remittere potest ad damnũ hæredis, & aduertite, ꝙ quando dixi facultatem, non negatur, quin simul sit ius secundum Ias. in l. si mater in fin. C. de instit. & subst. quia hoc ius est in stipulationem deductum, & tanquã ius dicitur in bonis suis, & ad beneficium creditorũ, dicitur etiam facultas, quia si nolit, cogi non potest, & quando reemerit, aut declarauerit velle reemere, tunc requiruntur voluntas, & factũ, scilicet solatio, & obsignatio prætij iuxta l. conuentionis, & dum consideratur, vt facultas remitti potest in damnum hæredum ad beneficium feudatarij, & emptoris. Simile est illud, de quo aliquando controuersiam vidi, videlicet de beneficio donatoris, qui dum conuenitur à donatario vt tradat sibi res, seu bona donata, nam potest donator excipere, & deducere aliqua de bonis, ne egeat, & dubitatum fuit aliquando an illa deductio, seu ius illud deductũ ne egeat, dicatur perpetuũ, & transeat ad hæredes, prout firmasse videtur Io. Fabri in §. item & si quis inst. de actio: sed vos domini teneatis contrarium, quia deductio fit ad substentationem donatarij: & ideo finitur cum vita, vt notauit glo. sollemnis in ver. semper propè finem in §. appellantur inst. de except. vbi dicit. ꝙ ista exceptio ideò dicitur temporalis, quia lex præsumit ꝙ aliqua acquirat, & cum iſtis habetis expeditum hunc terminum vitæ militiæ, & quæstionem primogenituræ, cũ appendicibus suis.

9 Filia dotata à patre, an si instituatur per patrem in dote data iuxta cautelã glo. in ver. patrimonium in l. 3. §. sed vtrum ff. de minor. posit petere supplementum legitimæ, tanquam primæua actio sibi competens iure communi fuerit excitata per institutionem patris.

9 Sumus modò in 9. quæstione, quæ se offert. Et certè hanc quæstionem nõ posuissem, nisi inuenissem Doct. magni nominis sequentes Salic. in auct. nõuissima C. de inoff. testam. vult enim Salic. ꝙ filia dotata exclusa per statutũ quæ habetur, vt extranea, & quæ præterita non rumpit testamẽtum, vt sunt in Regno fœminæ exclusæ per const. Regni. Si tamen, dicit ipse, pater instituerit in dote data, vult ꝙ posit petere supplementum legitimæ, si dos data fuit in minori quantitate, quasi ꝙ filia capiat nunc illud augmentum ex noua voluntate in vim institutionis, hanc opinio

opinionē vidētur firmare multi Doct. ibi ſequēdo Salyc. inter quos fuit Dec. conſ.276.qui alios cumulat,& Luc.de Penna in l. in his prædijs C. de pręd. & omn. reb. nauic. lib. 11. vbi vult, ꝙ ſi parer dotauit in vita, etiam ſi congruēter dotaſſet,ſi poſtea auctis facultatibus moriatur, ꝙ dotes debent augeri ad menſuram facultatis adauctæ.

Sed,ſalua pace tantorum virorum, contrarium ſemper obſeruauimus in dotata à patre, quia pater non tenetur niſi ad factum, ſcilicet ad dotandum iuxta terminos l. fin. C.de dot. promiſ. quod factum ſtatim ꝙ pater impleuit, ſatisfecit legi, & lex contentatur de iudicio patris circa circumſtantias dotationis ;nam ſcit pater capere cōſilium pro filia ſua l. nec in ea ff. de adul. l. 1. cum ibi not. per Bar. & alios ff.de leg. 1. & videtur pater ſequi conſiliū glo. in l. 3.§. ſed vtrum in ver. patrimoniū ff. de min.

Nec etiam obſtat ratio Salyc. quia filia non dicitur inſtituta tanquam honorata,vt plus capiat : ſed dicitur inſtituta tanquam declarata præterita ex vi reſolutæ intentionis, vt not. Bal.in l. ſi adulta C. de hæred. actio. Iterum illa inſtitutio facta per patrē dicitur habere diſpoſitionem priuatiuam,ex qua non poteſt ſurgere habitus l. ex facto ff. de hæred. inſt. & l. ſi Titia ff.de ma num. teſtam.vnde quando pater inſtituit in dote data,priuauit magis, quia conformauit ſe legi priuanti, ſeu priuatiue : & in hanc opinionem teperi ve niſſe tandem Dominū Tiraq. in tract. primogen. quæſt.56. de Bal. nullā men tionem facientem : nam plerumq; intellectus ſurgit ex ſcriptura,& hæc videtur mihi veritas,cui non obſtabit de ciſ.Bal.in l. fin. col. 3. C.de pact.qui loquitur in patre ſimpliciter inſtituente filiam dotatam, quæ licet ſecundum ciuilitas per inſtitutionem reaſſumat iura priſtina ſuitatis, quod nos non firmamus,nihilominus opinio Bal.& alio rū ſuſtineri poteſt in filia ſimpliciter vocata ex teſtamento, & ex voluntate non limitata capiet relictum ; & pater inſtituendo ſimpliciter videtur remiſſe obſtantiam legis, & vinculum iuramenti, & renunciationis & conformare ſe legi Ancharanus in l. tres fratres ff. de pactis vbi ſcripſi.

10 Inuentarij legitimè confecti exceptio an, & quandò proſit hæredi.

10 Decima quæſtio, ſecundum ordinem, modicam habet difficultatem, nam hæres cum beneficio legis, & inuentarij tutus eſt exceptione inuentarij aduerſus omnes creditores patris, & hoc remedium docet Andr. in c. 1. an agnatus,vbi filius tenetur eſſe hæres patris in allodijs, & ideo ſibi prodeſt inuentarium: non ſic in feudo hæreditario, in quo tam filius, quam agnati tenentur eſſe hæredes in feudo, & rationem aſsignat Goffredus in ſumma cū natura,vbi vult quòd filius poteſt repudiare feudum ; & acceptare hæreditatem patris, cui in hoc accedimus per alias rationes, & præcipuè,quia feudū ex pacto dicitur res extra patrimoniū, & ideo quod facit inuentarium in hoc feudo,facit abſtenſio ſeu repudiatio, vt latius diximus in d. c. an agnatus, facit ergo, & producit iſta exceptio inuentarij duo, primum,vt filius non teneatur de ſuo,etiam hæres, ſecundum, vt concurrat cum omnibus creditoribus, etiam ad bona paterna, quia per inuentarium non confunduntur actio-

nes,

nes, vt notatur in l. debitori tuo C. de pactis, & hoc est regulare, sed quando hæres forsan se obligaret alicui creditori paterno, vis est in videndo, si ex hac noua obligatione consuluerit actiones suas, & teneatur huic creditori etiam de suo iuxta terminos l. procurator, qui pro euictione ff. de procur. docet Aret. cons. 30. super quo debetis scire, quòd quando hæres contrahit simpliciter se obligando creditori paterno censetur se obligare magis exequendo pristinam obligationem hæreditariã, quã de nouo disponendo, quinimò lucratur hæres dilationem sibi forsan datã à creditore, quæ dilatio est etiam pro futura creditoribus, & hæreditati, nam quando præcedit causa, seu titulus obligationis, censetur is, qui se obligat illud facere in vim pristini tituli, seu causæ l. fin. ff. de instit. actione, vbi est tex. notab. l. post mortem ff. quando ex facto tutoris, vbi Bar. & alij, & idem Bar. in l. 1. §. nunciatio ff. de oper. noui nun. hæres enim dum fecit inuentarium citauit omnes creditores iuxta practicã datam a Docto. in l. fin. C. de iur. delib. quam aperuit Capyc. allegata decis. 101. & dominus Minadous decis. 9. & præsumi debet, quòd iste creditor, qui nunc se obligauit sit vnus de citatis, nã alias claudicaret beneficium inuẽtarij, & non esset profuturum, vt tenet Capyc. d. decis. 101. quod nunc non discutio, vnde non est præsumendum, quòd hæres, qui tutus erat exceptione inuentarij aduersus hunc creditorem voluisset iactare beneficium, quod paulò ante quæsierat cum dispendio, vel labore, vt dicit Andr. in cap. Imperialem in 1. add. in fin. aut quod quęrendum præparabat, si tempora largiebantur, & proinde, dum simpliciter se obligauit, censetur se obligasse, magis explicando, & declarando, quam de nouo contrahendo, nam stant ista simul, Titius est hæres, & hæres cum beneficio inuentarij: nam dum contraxit vt hæres, & tacuit de qualitate inuentarij, nõ fefellit creditorem, qui sciebat, aut scire debebat hanc exceptionem competere; sed quando hæres non obligauit se simpliciter, sed vltra progrediendo voluit teneri de suo, tunc imputandum est ei, qui effuso sermone iactauit beneficium l. fin. de dot. promi. l. C. & hoc not. Doct. in d. l. procurator, qui pro euictione, & hæc notetis, quia alias in facto obtinui pro quodam hęrede, qui simpliciter contraxerat, & quia simplex erat, se obligauerat, ego dixi, q; poterat in exequutione allegare qualitatem hæreditariam, scilicet cum beneficio inuentarij, quia hoc superaddere nõ est mutare substantiã hæreditariã, nam põt quis esse hæres, & hæres cum beneficio inuentarij, & ista qualitas beneficij omissa nõ cẽsetur remissa, nisi expresim dicatur, nã quando duo iura concurrunt in personam vnius, si vnum remictatur, aliud non censetur remissum, vt docet Andr. in c. 1. qui succ. tenean. ante nu. 6. ibi quando duo actus diuersi concurrunt in vnam personam, & per istam theoricã obtinui, vt procederetur ad discussionem inuẽtarij, pro qua facit etiam decis. l. fin. C. de euict. & cum isto temperamento intelligi debet Deci. cons. 137.

11 Soror masculiata in Regno iuxta cõsuetudinem, eas autem differentibus maritare, & iuxta decis. Affl. 159. an intelligatur masculiata in patrimonio, & bonis patris tantum, vel bonis vtriusq; paren-

parentis, & an sufficiat interpellatio extraiudicialis.

11 Vndecima quæstio quotidiana est, nam videtur filius sicut hæres patris succedere in ius paternum actiue, & passiue, vt notant passim Doct. & est rubrica, vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiant: vnde dixit Andr. noster in c.omnes filij, si de feud. defunct. mil. post principiū, quòd ius obligationis ex persona hæredis nō im mutatur: vnde videtur dici posse, quòd sicut onus dotandi filiam non competebat, nisi patri, ita videtur, quòd onus istud tanquā hæreditariū transierit in filium, licet filius ad alia nō teneatur, quia tenetur vt debitor dare paragiū sorori, & quādo paragiū non est sufficientum pro congrua dote, tūc tenetur vsque ad virilem, vt alias docuimus ex mente Andreæ in const. in aliquibus, nam multum interest, sororem excludi per formam dotationis, aut includi per formam successionis, vt alibi declarauimus, & hoc vltimum causari potest fratre nolente, aut negligente, secus est in patre, qui tātum tenetur ad factum, vt superius diximus, & hoc totum prouenit ex prouidentia legis, quæ magis confidit de patre, quam de fratre, & ideò in fratre taxauit quantitatē, dum voluit sorori cōpetere paragiū, quod in rerum natura certum est: cum ergo onus paternum fuerit dotare, videtur quòd hæreditas patris transierit in filiū cum vitiis, & oneribus suis l.vitia C.de acq. poss. cum concord: maternum ergo officium non est dotare filiam, nisi in subsidium, vt not. Doct. in l. neque mater C. de iur. dot: & cum patrimonia sint distincta, videtur dici posse, ꝙ hæreditas matris peruenerit ad filium libera, sicut libera erat mater ab onere dotandi, nam post dotationem non dicitur vere paragium, sed legitima, vt in vulgaribus.

Ex aduerso autem videbatur dicendum, ꝙ filius, qui exclusit sororem ab vtroque patrimonio, vt firmauimus superius declarando dictā constitutionē, in aliquibus procedere tam in bonis patris, quam matris, ita pariter teneatur dare vtrunque paragium sorori exclusæ, & quòd adeundo hæreditatem vtriusq; parentis factus sit debitor sororis in vtroque paragio, & videtur dici posse, sororem tanquam masculiatam debere admitti ad virilem vtriusq; patrimonii, scilicet patris, & matris: nam effectus masculiationis nihil aliud est, nisi ꝙ reducit sorores ad ius comune, ad quod facilior est transitus, & benignior debet fieri interpretatio, vt not. doct. in l. maximum vitium C. de lib. præterit. & hæc sunt quæ possunt in cōtrarium allegari ad beneficium sororū exclusarum. Vos domini pro cognitione terminorum debetis scire, ꝙ ad finē vt soror dicatur masculiata, tria copulatiue requiruntur iuxta theoricam l. si hæredi plures ff. de cond. inst. primū ergo requiritur ætas, vt dicit consuetudo, quæ incipit, eas autem, & ætas sexdecim annorum, vt legitur ibi in tex. secūdo requiritur occasio matrimonij, & matrimonij condigni, non enim decet, vt mulieres, quæ plerunque contra propria commoda laborant, suo sensu decipiantur in dedecus nobilitatis, & familiarum, nam si appeterent maritari viro indigno, aut minus digno, hoc ferendum non est, cum pari nubendū sit. Et proinde vltra ætatem debet esse occasio matrimonij condigni, tertio re-

quiritur interpellatio iudicialis, vt frater constituatur in mora: nam subordinata sunt ista, vt culpa non posśit esse sine mora, & pœna non inferatur sine culpa: probantur hæc in l. qui Romæ §. cohæredes in glo. parua ff. de verb. obligat. in l. amplius non peti ff. rem rat. hab. & in l. fideiussor obligari in fin. ff. de fideiuss. consuetudo ergo illa facta est in pœnam fratris differentis maritare & morosi, vt legitur in consuetudine, ibi in ver. differentibus maritare: & propterea non sufficit extraiudicialis interpellatio, nam vltra ista debet bonus iudex discernere, & arbitrari dignitatem viri, & super hoc adhibere aliqualem causæ cognitionem, vt notatur in l. 1. ff. de leg. 2. & ideo requiritur iudicialis interpellatio, quia frater nõ tenetur iure actionis, seu obligationis l. cum postulassem ff. de damno infecto cum concord. sed officio iudicis, vt ibi notatur.

Ex istis modo poteritis determinare quæstionem: nam si frater morosus successerat eo tempore in iura vtriusque parentis, & sic factus erat debitor sororis de paragijs patris, & matris, sine dubio soror masculiabitur ad vtrumque patrimonium: quia paragium debebat solui sorori, etiam non nupturę in die mortis patris, vel matris, vt docuimus superius declarando quando dos debeatur sub conditione, vel pure: sin autẽ eo tempore viuebat mater, non poterit soror masculiari ad bona materna, de quibus frater debitor non erat; nam viuentis nulla est hæreditas, vt in vulgaribus, & cum isto temperamento poteritis procedere ad solutionẽ istius quæstionis, nam, vt scitis, quando pœna imponitur si l. si aliquid factum non fuerit, pœna nunquam committitur, nisi monitio præcedat secundum Innoc. in cap. extirpandæ §. quia vero de concesśione pręb. probat in simili Oldr. cons. 242. quos refert, & sequitur Decius cons. 2. col. 2. & cum isto temperamento intelligetis similiter Affl. decis. 159. nam, vt dicit Dec. in d. cons. 2. tunc tempus interpellat pro homine, quando ante diem nata est obligatio, & ita, dicit ipse, debet intelligi tex. in l. magnam C. de contrah. & commict. stipul. & cum prædictis concordat opinio Doctorum in auct. hoc amplius C. de fideicom.

11 Andr. quid sibi velit in §. huius autem generis, & c. an agnatus.

12 Sumus modo in duodecima quæstione, in qua venit declaranda opinio Andr. in §. huius autem generis ex quibus caus. feud. amitt. cuius verba adeo obscura sunt, & dubia, quòd fecerunt vaccillare Doctor. nostros, an scilicet Andr. voluerit, quòd feudum simpliciter cõcessum intelligatur datum sub lege feudi fideicommissarij, quod ex pacto, & prouidentia appellamus, scilicet pro te, & liberis, an verò censeatur datum, seu concessum sub qualitate hæreditaria, idest tibi, & hæredibus, de quo notant Ciuilistæ in l. si tibi decẽ millia ff. de pactis super ver. proderit Titio, notauit Ang. cons. 306. vbi aliqua scripsit de actu differenti, & indifferenti, & de re, quę de sui natura est transitoria ad hæredes, & quæ non potest competere, nisi soli filio, notant etiã Doct. in l. Gallus §. etiam si parente, & ibi Bar. opt. ff. de lib. & posth. notat etiam And. noster in cap. 1. nu. 13. & seq. de alien. feud. pater. & alibi passim scripsit

scrpsit aliqua dominus Pernus cons. 2. vbi in specie nu. 7. facit mentionem de hoc §. huius autem generis, & aduertit ad contrarietatem, dominus etiam Camer. in repet. c. an agnatus impressa post dominum de Minadois etiam tangit aliqua, & omnes coueniunt, q quãdo est datum feudum pro te, & liberis, dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, seu fideicommissarium, sed quando datum est simpliciter, dicit Andr. in d. §. huius autem generis coll. 2. ver. si ergo non probatur qualitas, concessum præsumimus (dicit ipse) sicut ius intelligit, scilicet sibi, & hæredibus suis, vt aliqui interpretãtur hoc iddem videtur firmasse in c. 1. §. sed quia nu. 8. de contr. inter mascul. & fœm. & in c. 1. §. sed nec est alia iustior quę sit prima causa benef. amitt. & vtrobiq; videtur obscure loqui, tam in qualitate hæreditaria, quam etiam in præstatione seruitij, & contrarietates reassumit Goffredus cons. 1. in fine post nu. 101. Dominus autem Napod. in cons. & si testator post nu. 8. super glo. in ver. disponere, dicit, q hodie omnia feuda sunt hæreditaria, cum sit forma, si succedatur alicui, & successoribus suis sine hæredibus ex corpore, vt in c. considerantes, dominus etiam Minadous aliqua tangit in sua soll. repet. const. in aliquibus in princ. nu. 47. & seq. tangit etiam dominus Goffred. dicto cons. 1. nu. 107. & seq. sed nullus istorum declarat, quid Andr. senserit in d. §. huius autem generis, postquã contrarium videtur scripsisse in c. an agnatus, aliqui tamen volentes defendere Andr. ab ista contrarietate dixerunt, quòd Andr. in l. prædicta sentiit de primo acquirẽte, nam in feudo nouo licitum est posse præiudicare successoribus, vt idem Andr. firmauit in d. §. sed nec est alia iustior, & not. Alex. cons. 26. vol. 5. & hoc est expeditum pœnes omnes, nam inspecta persona primi acquirentis, quilibet, qui succedit, etiam si sit feudum ex pacto, & prouidentia, dicitur illud capere vt hæres, & sic isti, qui defendunt Andr. dicunt, quòd Andr. in d. §. huius autem generis non contradicit, dum vult, quòd omne feudum datum simpliciter censetur concessum, prout ius vult, & iuxta l. si pactum ff. de probat. quia volunt hoc intelligere in feudo nouo respectu personæ, quæ illud acquisiuit. Conantur etiam saluare Andr. ab ista contrarietate, dum dicunt, quòd etiam in feudo antiquo dato contemplatione patris descendentes illud capiant vt hæredes patris: posset pro ista opinione allegari Andr. in d. cap. 1. de alienat. feud. pater. dum vult, quòd multum differt feudum fuisse concessum patri, & filijs nomine collectiuo, & patri, & filijs nominatis proprijs nominibus, & tunc in hoc secundo casu dicit Andr. quando filij sunt anniculi, aut parum noti concedenti, censetur etiam contemplata persona patris, facit reg. pro hac opinione in l. sed si plures §. in arrogato ff. de vulg. & pup. vbi Bart. & alij Ciuilistæ hoc notant. Respectu autem seruitij, etiam Andr. obscurissime loquitur in d. §. huius autem generis, vt testantur Paris de reintegrat. & Camer. in cap. Imperialem, nam Andr. post multa verba videtur concludere, quòd non venit seruitium. Vnde in hac controuersia oportebit, vltra illud, quod decreueram, declarare d. §. huius autẽ generis, quamuis de eo repetitionem

fecerim seperatim, vt vos audistis voce, & eam cito videbitis Deo adiuuante, simul cum alijs, & pro aliqua degustatione debetis scire, ꝙ feudorum differentiæ nascuntur ex verbis inuestituræ, ad quam semper est recurrendum, tanquam ad fontem, vt notatur in c.1. de duobus fratribus à cap. inuest. notat Alex. cons. 44. vol. 1. & alibi sępe. Hinc fit, vt feuda, quæ de sui natura nō patiuntur ius accrescendi, vt est prædictum, quia quæruntur ex contractu, illud patiantur, si inuestitura hoc dicat. Hinc etiam fit, vt feuda, quæ non vadunt, nisi ad certum genus personarū, vt notatur in l. si quis ita §. ea lege ff. de verb. oblig. vadant, & transferantur, etiam ad extraneos, si hoc dictum sit in inuestitura per verba hoc denotantia, aut per verba æquipollentia, vt notatur per Doct. in l. quod dicitur ff. de verb. oblig. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. post glo. in ver. vnusquisque. & alibi sępe, & per Curt. Iun. cons. 1. Hinc etiam fit, vt manci, fœminæ, clerici, corpore vitiati, & debilitati, qui regulariter non succedunt in feudo, succedere possint, si Princeps hoc faciat, aut iubeat in l. inuestituræ, scienter tamen, ne fallamini, quia Princeps remictere potest quodcunque vitium, & de inhabili potest facere habilem, vt not. Andr. & post eum alij Doct. in c.1. an mutus, vel alius imperfectus. Hinc etiam fit, vt feudum, quod erat reperuentū ad Regem propter fælloniam, seu rebellionem, si dominus re integra, gratiam fecerit de rebellione, feudum, quod erat extinctum reuiuiscat retinendo pristinam naturam feudi antiqui, vt not. idē Andr. in c. 1. de vaxall. decrep. ætat. & hoc totum facit virtus, seu lex inuestituræ, quæ dat spiritum a tui, & illum diuersificat, prout Rex vult. Hinc etiā fit, vt feudum nouum datum sub lege, & natura antiqui feudi habeat effectus omnes feudi antiqui secundum Alex. cons. 1. nu. 26. vol. 5. Curt Sen. cons. 49. & Tiraq. de retract. consang. §. 32. glo. 1. nu. 33. licet cōtrarium scripserit Oldr. cons. 178. contra quē firmauit expressim Dec. cons. 194. sequendo Bal. in c. 1. de alien. feud. pater. & alios, quos refert, & hoc firmant omnes feudistæ & Curtius in tractatu feud. post princ. Hinc etiam fit, vt quando prior inuestitura habet certam formam, puta pro te, & hæredibus, & postea in confirmatione est addita qualitas pro te, & hæredibus ex corpore, ista qualitas adaucta nihil operetur, & nihil faciat in præiudicium successorum, cum sit actus necessarius, & trahi debeat ad primam causam originalem, & sic ad primam legem inuestituræ delens verbis additis, quæ ponuntur aliquando per fiscales, & hæc notetis, quia oportuit me aliquādo laborare pro reducendis, & conformandis istis cofirmationibus ad tenorem prioris inuestituræ, quæ totum facit. Hinc etiam fit, vt aliquando Vniuersitates, & Barones innitentes priuilegio legis, seu temporis, scilicet præscriptioni, si mostrauerint aliqua possidere, vt aliquando vidi in secundis causis, & in collectione pedagij, seu passus, si postea per Fiscū mostretur prior inuestitura, omnis probatio cadit, quia in eo pręsumitur excessus, aut Baronū, aut Vniuersitatū, & tolerantia, aut indulgentia officialium non potest dare titulum, vbi non est l. licitatio alias incipit locatio §. earum rerum ff. de public. probat Andr. in c.1. quæ sint rega-

lia

lia in ver. vectigalia in 2. addit. nu. 14. ibi, iam quod ex indulgentia publica nus omisit, alius non prohibetur exigere, & allegat d. §. earum, & clarius de capit. Corr. ver. similiter in ostenditijs in prima addit. prope finem, & hæc notetis, quia alias tanquam Aduocatus fidelissimæ Ciuitatis Capuę hunc articulum defendi contra Aduocatos Illustrissimi Marchionis Piscariæ prætendentis posse liberè ducere lignamina absq; solutione passus per Castrum matris Vulturni, quod Castrum subest Ciuitati Capuæ.

Omnia ergo facit voluntas Principis, quæ dignoscitur, & legitur in verbis inuestiturę, vnde solitus sum dicere & allegare verba Bar. in l. qui liberis §. hæc verba nu. 7. ff. de vulga. & pupill. dicit enim Bart. ꝙ scripti dicuntur illi, qui possunt legi, non qui possunt intelligi, quæ verba traxi semper ad sententiam meam, vt quando verba inuestituræ non loquuntur, deficiat titulus, & deficiat possessio. Et ideo Aduocati cauti quando vident possessionem in aliquo differre à tit. allegant titulū, & probant possessionem innitentes præscriptioni, quod facere nō debent, quia Deum habent vltorem, & tenentur de suo emendare damna Regi, nam si titulus est infirmus, infirmatur etiam possessio.

Et ideo dixi, ꝙ ad tenorem inuestituræ semper est recurrendum, tanquā ad fontem, quia contractus iste feudalis habet suas singularitates, ex quibus dignoscitur ab alijs, & prima singularitas dicitur inuestitura, tanquam pręcipua, vnde deriuatur natura feudi erecti, seu instituti: nam dum tractatur de feudo formando, quia feudum non nascitur, sed factum hominis requiritur in illius erectione, necessaria est semper inspectio inuestituræ, quæ inuestitura consideratur dupliciter, proprie, scilicet quando Rex concedit, & simul traditur ipsius rei possessio, impropie, & abusiue, quando non interuenit traditio c. 1. quid sit inuest. vbi Andr. secunda singularitas dicitur fidelitas, quę etiam dupliciter consideratur, primo dum promittitur per iuramentum c. 1. de noua for. fidelit. secundo prout est actus in se continens illa sex, de quibus in c. 1. de forma fidel. tertia singularitas appellatur releuium, quod consistit in solutione medietatis fructuū, quā facit successor in feudo post mortem feudatarij, & ista solutio fit de cōsuetudine, vt not. Andr. in c. 1. nu. 7. per quos fiat inuest. & in c. 1. §. similiter in ostenditijs de capit. Corr. & nos de his alibi loquuti sumus, quarta singularitas est seruitium, quod etiam dupliciter consideratur, nam aliud dicitur certum, & determinatum, & aliud incertum, & indeterminatum; certum est, quādo in inuestitura illud exprimitur, incertum, quando nihil dicitur de seruitio, & tunc dicitur propriam habere naturam feudi, & tenebitur tunc feudatarius ad seruitium secūdum ius cōmune feudorum, & sicut per istas singularitates dignoscitur ab alijs, ita etiā redditur alijs non dissimilis, cum quibus participat; participat enim primo cum beneficio sacrato, nam sicut conferens beneficium tenetur illud tradere secundum Archidia. in c. 1. de concess. præben. & secundum distinctionē Andr. in c. 1. qui succ. ten. ita etiam, & qui feudum concessit tenetur illud tradere, si facultatem habet tradendi c. 1.

§. si

§.si facta si de feu.defunct. milit.& nos docuimus supra declarando Andr. in quæst.6. in prælud. secundo participat de matrimonio,nam ex eisdem causis, feudum amittitur, ex quibus matrimonium dissolui potest, & causæ notantur in cap. 1.quæ sit prima causa benef. amitt. tertio de vita & militia, nam sicut in ea regulariter non habet locum detractio quartæ, ita & in feudo,Napod. not. in cons. sub tit. quibus rebus habeat locum quartæ detractio. Et ex hoc alias fuit iudicatum, quòd legata militia, debeatur integra æxtimatio absq; detractione,quarto participat de generali natura omnium cōtractuum, vt nos superius docuimus, & videmus ꝙ sicut iura conditionalia ex contractu debita transmictuntur ad hæredes l.nam ad ea ff.de cond.& dem. ita etiā & in feudo. Hinc est,ꝙ rebellis non dicitur ammittere hæreditatem nōdum delatam secundum Bal. in c.1.qui succ. ten: quinto participat de donatione, nam sicut donatio est stricti iuris, vt per Io. Fab.in §.est, & aliud inst.de donat. ita etiam, & feudum,cum contractus sit donationis regulariter, vt per Andr. in §.donare qualiter olim poterat feud. alien. sexto participat cū vltima voluntate, nam sicut mulier non potest esse testis in testamento, ita nec etiam in feudi inuestitura c.1. qui testes sint necessarii, & hic aduertatis,ꝙ qualitas testis considerari debet tempore actus, etiam si postea mutetur,& alias in ardua causa dicebam,ꝙ ab initio debent interuenire testes pares, & omni exceptione maiores,prout requiruntur in inuestitura feudi, nec sufficit adhibere testes non omnes habiles secundum theoricam Bar. in l.1.§. si quis negat ff. quemadmodū testamenta aperiantur, & hoc regulare est in cōtractibus, aut in aliis actibus, qui sponte fiunt, & qui præuideri,& prouideri possunt,non sic in aliis actibus,qui improuiso,accidūt, & præuideri non possunt, & ita vos limiteris l. illam, consensū C. de repud. quæ procedit in actu improuiso,vt diximus, & notauimus in c. 1. per quos fiat inuestitura, & docet Andr. in c. 1. vers. præterquam post medium, si de inuest. inter dom. & vaxall. septimo participat etiam cum emptione, nam sicut venditor tenetur rem venditā tradere, ita & dominus tenetur feudum tradere post inuestituram: octauo participat cum deposito, quia sicut pactū alterat naturam depositi l. Lutius cum vulg. ff. depositi, ita etiam alterat naturam feudi c. 1.de feu. non hab. prop. nat.feu. & generaliter, sicut omnes contractus habent sua substantialia, naturalia, & accidentalia l. pacta conuenta ff. de contrah. empt. ita & feudum, vt superius nos docuimus, & demonstrauimus.

Feudum etiam nascitur,viuit,& moritur, vt diximus in §. deniq;, quæ sit prima causa benef. amitt. instar hominis, nam nascitur per inuestituram, quia de iure communi feudorum sunt necessaria verba inuestio, licet in Regno sufficiat priuilegium, vel breue testatum, vt diximus superius: viuit, dū præstatur seruitium, & fidelitas, & tūc aduertatis, ꝙ expresio seruitij facit,vt feudum non dicatur habere propriam naturam, sed si exprimatur, & conueniat,debetur secundum ius commune: moritur postea feudum, si feudatarius moriatur sine liberis, aut sine illis, qui vocantur ad successionem ex l.inuestituræ

turæ, aut si fidelis esse desierit, & hoc procedit, etiam in feudo ex pacto & prouidentia, vt dicemus inferius, & tunc illud vtile, qđ erat pœnes feudatarium, redit ad dominum, & vnitur proprietati, vnde exierat, & sic habetis, ꝙ seruitium extrinsecus præstandum non inest feudo, nisi probetur expresśim fuisse conuentum, aut postea non ex interuallo præstitum. Et ex his alias defendebam quandam vniuersitatem, & ciues, vt non tenerentur ad præstationem certæ quantitatis, quam petebat Baro, nam licet Baro, præsentasset releuium, quod est recens, & prætenderet ex hoc obtinere saltim in possessorio, lite pendente ex reg. l. census. ff. de probat: dicebam ego, ꝙ etiam ista remedia possessoria, & momentanea requirunt plenam probationem secundū gl. in l. 1. C. quorum bonorum in glos. magna in ver. filium, probat Dec. in c. causam, quæ col. 2. de iud. nec dicatur, ꝙ ista releuia taxantur præuia aliquali cognitione, quia plerumque illa, quę consistunt in annuis exactionibus, aut in muneribus, vel præstationibus, fiunt ad assertionem Baronis, & non est boni exempli, vt sit in facultate feudatarij augere introitus baronales in iacturam vaxallorum, qui non citantur in hoc, fateor tamen, ꝙ si releuium esset antiquum, ita ꝙ non posset argui fraus, aut figmentum aliquod sufficeret in possessorio, sed non potui obtinere propter inueteratum stilum antiquorum, qui contentatur sola fide releuij: sed non semper est eundum per viam paleæ, quia opiniones indies renascūtur, & non est aperienda via fraudibus; quæ fieri possent, nam omnes iste personales præstationes, & munera ortum ducunt ex liberalitate, & munificentia vaxallorum, & postea trahuntur ad necesśitatem, vt narrant Innoc. & alij in c. cū Ecclesia Sutrina de causa poss. & prop. de hospitalitate, & prandio voluntariè præstitis, debent, enim iste præstationes muniri aliquo iure reali, vt detur remedium possessorium: & in hoc deceptus fuit Bar. in l. fin. ff. quorum bonorū, ita docet Bal. in l. si certis annis C. de pactis, & est vera theorica prò intellectu d. l. si certis annis, & c. querelam de electione, quicquid pesteà dixerit idem Bald. in Rubrica de causa poss. & propr. sequendo Canonistas. & ideo iudices aduertere tenentur ad istas circumstantias, nè pauperes tirannizzentur. nàm, vt ait Salust. Oomnia mala exempla à bonis institutis orta sunt, & in rusticis, qui falli possunt non procedit rēg. l. cum de in rem verso, vt notauit Socc. cons. 145. vol. 1. in princ. nec etiam ex actibus; qui, in mæta facultate consistunt induci potest consueto Abb. in cap. quo ad translatiotionē de off. del. Cynus & alij in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.

Vnde habetis nunc pro aliquali intellectu verborum Andr. in d. §. huius autem generis, ꝙ seruitium non inest feudo, si simpliciter consideretur, quia in feudo recto non inest seruitium extrinsecum & concesśio simplex censetur facta secundum consuetudinem recti feudi, vt nos alibi diximus, est benè verum, ꝙ si promictatur seruitium, nō per hoc desinit esse feudum, quia alteratur natura recti feudi; sed nō transit in aliam speciem contractus, vt aliqui dicebant, simile est, quod dicimus in contractu emphiteutico, cui si adijciantur alia pacta extranea, non per hoc

hoc desinit esse contractus emphiteuticus, cum illa dicantur accidentalia contractus, vt notatur in l. fin. C. de iure emphi. in vno tamen circà hoc differunt contractus feudalis, & emphiteuticus, quia si in contractu feudali fiat pactũ, vt transeat omne dominium, pactum istud vitiatur & vitiat, quia directum debet esse domini secundum Andr. in cap. 1. §. necessitatem qualiter olim num. 2. & in §. è contrario post princ. de inuest. de re alie. facta, & alibi sæpe; sed in contractu emphiteutico, si fiat pactum, vt transeat dominium in emphiteuticarium, tunc contractus transibit in aliam speciem, & erit contractus censualis c. constitutus de relig. dom. & per hoc pactum, ne dum immutatur natura contractus, sed etiam substantia, & appellabitur alio nomine, & in hoc Doct. decepti sunt, nam tunc demũ contractus transit in aliam speciem, quando transire potest, quia materia, seu status vnius competit alteri; sed quando non reperitur materia alterius contractus, in quem transire possit, tunc non datur transitus, sed remanet prior alteratus in eo pacto accidentali, vel vitiatur in totũ, vt diximus latius in cap. an agnatus sequẽdo Andr. qui hoc firmat in c. 1. si pro feu. vas. ab aliquo, & pluribus locis, & illum sequuntur doctores magni nominis, quicquid scripserint Paris Capicius & Curtius, quos refero in dicta Repet. cap. an agnatus, in feudo autem non potest dici, neque dari alter contractus, in quem transire possit; quia in nullo alio contractu cadunt fidelitas, & illa sex, de quibus supra loquuti sumus; & ideo non poterit in aliũ transire, & ita debet intelligi Io. monacus in c. Abbate sanè de re iud. & Bal. in l. si plures C. de cond. inser. quem erranter sequitur Dec. cons. 193. in successione etiã consideratur natura diuersa de iure comuni ab illa, quæ est in Regno: nam de iure comuni fœminę non succedunt secundum naturam feudi, sed masculus tantum, & eius descendentes c. 1. §. & si clientulus, vbi Andr. de alie. feu. sed in Reg. est alterata natura, quia fœminę succedunt in Francia etiam vbi succeditur, sicut in patrimonialibus, vt testantur omnes, & ratio, quando fœminę non succedunt, assignatur per Andr. in tex. vestro, & nos cum eo declarabimus apertius, sed vltra rationes Doct. ibi vos addatis vnã quæ, iudicio meo, satisfacit stomacho, & veritati, & est, quia leges istę Lombardorum non cognouerunt cognatos, vt notatur per Andr. quæ sint regalia super ver. bona vacantia; & hæc notetis, quia alias allegaui pro dominis de Marinis de Ciuitate Nuceriæ Paganorũ in ardua causa, vbi articulus iste principaliter examinatur, & latius scripsimus in cap. an agnatus, vt scitis, & audistis voce: in successione autem consideratur natura diuersa de iure comuni ab illa, quæ est in Regno, nã de iure comuni fœminę non succedunt, neque masculi descendentes ex fœmina, quia infecta primitiua, inficitur & deriuatiua. In Regno autem sunt habilitatę per const. vt de successionibus, & in aliquibus, & hoc in tantum est verum, q̃ in feudis, vbi viuitur iure Francorum, neptis ex primogenito excludit secundogenitum, vt notatur in cõsuetudine, si moriatur, & fuit sæpè decisum in Sacro Consilio, quia in Regno propria natura est, vt in

vt in illis etiam fœmine admictantur, quinimo etiã extra Regnũ ſeruabitur, vbi in inueſtitura ponatur pactum, vt etiã fœmine ſuccedant per c.primũ de eo, qui ſibi,& hæredibus maſculis, & fœminis, & hic aduertatur ad vnum, de quo ſępe dubitari vidi, an ſcilicet virtus d. conſt. vt de ſucceſsionibus, & in aliquibus, quæ excludunt fœminas maſculis exiſtentibus, & an .ſ. ius inueſtituræ factæ iuxta tenorem d.c.1. de eo, qui ſibi, & hær.ſuis,trahatur ad bona ſita extra Regnum, vbi non poteſt extendi poteſtas cauſæ efficientis, & ius dicentis, ſuper quo articulo, ommiſſa diſputatione Doct. in l. 1. C. de ſumma Trinit. debetis dixtinguere, ꝙ aut mulier repellitur à ſucceſsione ex ſtatuto,aut ex aliqua lege municipali, & tunc virtus ſtatuti non extenditur ad bona alibi ſita, vt videmus in conſuetudinibus huius Ciuitatis, quę non extenduntur ad bona ſita extra diſtrictũ, & territorium Ciuitatis,ſiue ſtatutum, aut conſuetudo loquatur prohibitiue, ſiue loquatur permiſsiue: aut loquimur ſecundum legem Regni noſtri, & tunc maſculi ſuccedẽt vbique cum onere dotandi ſorores, & ratio deciſionis eſt, quia ſorores, & fœmine nõ poſſunt habere bona defunctorum parentum, niſi vt hæredes, & ius iſtud hæreditarium reſidet in perſona maſculorum, & proinde vbique extenditur, & ita concordabitis opiniones, quas alibi referam, & in c.an agnatus. In Regno etiã ampliatur d.cõcluſio vt ne dum procedat in fœminis deſcendentibus, ſed etiam in collateralibus, & propter hoc primogenita etiam maritata excludit ſororem ſecundogenitam in capillo,vt ſupra docuimus. Vnde nos dicimus, quòd communis forma inueſtituræ in Regno eſt, ſecundum aliquos, per conſtitutionẽ Regni, vt de ſucceſsionibus, pro te, & hæredibus, quicquid ſcripſerit Afflict. in §. præterea ducatus, de quo ſuperius loquuti ſumus, & hæc inueſtitura, ſeu forma inueſtituræ ducit originem ab nueſtitura facta de toto Regno in perſonam Regis Caroli Primi per ſummum Pontificem, quæ fuit pro ſe, & hæredibus, vt notat Andr. de inueſtit. de re aliena facta verſus finem. Et in hoc deceptus fuit Dominus Afflictus, quia due tantum ſunt forme inueſtiturę, & nõ tres, vt ipſe notauit: & ex hac forma inueſtiturę Regni poteritis etiã declarare Andr. in dicto §. huius autẽ generis, vt ipſe loquitur, ſecundum inueſtituram Regni, à quo, tanquam à capite regulantur cętera feuda, tanquàm membra, vt per modernos referentes conſil. Paul. de Caſtr. 164. volumine ſecundo, quem omnes referunt, firmant Oldranus conſil. 94. & Luc. de Penna in l. ſi quis in ſuis propè fin.C.de proxim. ſacr.ſcrin. libr. 12. & hoc eſt, quod quotidiè vadit per ora aduocatorum, vt feuda pręſumantur hæreditaria in Regno, & allegant Andr. in dicto §. huius autem generis, & ſic habetis, quę ſit inueſtitura, ſeu forma de iure communi feudorum, & quę ſit forma inueſtiturę, ſeu præſumatur de iure Regni. Et in hoc optimè conſiderauit dominus de Franch. in deciſione ſexta, & ita intelligatis Andr. in conſtit. vt de ſucceſſoribus ſuper verſic. fratres ex vtroque parente, vbi de forma inueſtiturę loquitur. Sed Nos diffuſius tractamus in cap. an agnatus.

Hæreditarium, etiã dicitur pluribus modis, primo ad differentiã personalis quæ licet, extinguatur, illa tamen qualitas non extinguitur, sed transmictitur ad successores, secundo dicitur hæreditariũ, quando tenetur successor esse hęres vltimi morientis, secundũ Andr. in c.1. in prin. de alien. feud. pat. & ista est qualitas accidentalis vt in c.1. an agnatus, tertio quando tenetur esse hæres primi acquisitoris, vt nos dixim⁹ in feudo nouo, etiã ex pacto, & prouidentia, quarto ꝙ res ipsa propria hæreditaria dicitur, sicut allodialis, & sic trãsmissibilis, ad quoscunq; dũmodo sit hęres præmortui, quinto quando feudũ datur pro se, & hæredibus c.1. de eo, qui sibi, & hæredibus suis, cuius tex. decis. facit vacillare multos super intellectu ipsius, sed pro decisione est videndus tex. in c.1. de beneficio fratris, & Andr. in §. sed nec est alia iustior, quæ sit prima causa benef. amitt. & in d. §. præterea ducatus, & in c.1. an agnat⁹, & optime in c.1. qui succ. tenean. in fin. & vtrobiq; firmat de hac duplici forma inuestituræ, scilicet de feudo dato pro se, & liberis, & de feudo dato pro se, & hæredibus, & vt non transeat iste articulus indiscussus, debetis scire, ꝙ ista forma inuest. potest dupliciter intelligi, vno modo, secundũ ius cõmune feudorũ, & alio modo, secundũ iura Regni, primo namq; secundũ ius cõmune, videbatur dicendũ, ꝙ inuestitura simpliciter facta debet interpretari pro se, & hęredibus, & sic feudũ debet dici hæreditarium per l. si pactũ ff. de probat. per Doct. & Bal. in c. 1. an agnatus, & per ea, quæ notat dominus Lopes in tract. suo de legib. Hyspaniorũ, & pro ista opinione videtur tex. cum glo. in c. 1. quib. mod. feu. constitui potest. In contrariũ tamen est veritas, nam feuda secundũ ius cõmune non sunt hæreditaria de eorum propria natura, sed sunt ex pacto, & prouidẽtia, & in dubio fieri debet interpretatio secundum propriam naturam, & non præter naturã, & probatur assumptum per cap. primum §. & quia vidimus in tractatu vestro, nam accidentia non veniunt, nisi expressim dicantur, & ꝙ de iure communi feuda naturaliter non sint hæreditaria, probatur ex pluribus, primo quia per alienationem feudi antiqui agnatis non fit præiuditium c. 1. §. & si libellum de alienat. feud. paterni, sed requiritur eorum consensus ad similitudinem rei subiectæ restitutioni l. post mortẽ C. de fideicom. docet Andr. in c. 1. de succ. feu. iterũ feuda dicuntur extra patrimoniũ, vt per Andr. in const. si dubitatio, & nos alibi diximus, tãgit aliqua Bar. in l. Imperator ff. de fideicom. libert. pręterea successio de iure cõmuni defertur etiam si successor nõ sit hęres vltimi morientis: nam feuda deferuntur iure iusti sanguinis ad certũ genus personarum, nam non adoptiuis, vt in §. adoptiuis si de feud. defunct. mil. non naturalibus, vt in §. naturales eod. tit. non fratri, quia non est de descendentibus. vt videbitis in tex & ẽ contrario feuda hæreditaria fiunt, & creantur ex prouidentia hominis, & ex pacto, & hoc vult dicere Andr. in d. §. huius autem generis, quòd prouidẽtia hominis nunquam subintelligitur, nisi expressim dicatur in inuestitura, sed prouidentia legis semper intelligitur, & per hęc verba Andr. notetis duo: ꝙ duplex est prouidentia, scilicet altera legis, & altera hominis, & per ista verba

verba respondebitis ad contraria, quæ procedũt in hærede nominato à lege, seu subintellecto, non autẽ in hærede, quẽ cõprehendit expressa prouidentia hominis, hinc apparet, an bene loquutus fuerit dñs Lopes in d. tract. nã tex. in c. 1. quib. mod. feud. constitui põt loquitur in hærede ex prouidentia legis, & ex istis remanet firmata cõclusio, ꝙ de iure cõmuni feudorum inuestitura simpliciter facta intelligitur pro se, & liberis, nõ autẽ pro se, & hæredibus, & hoc dicit And. in §. huius autẽ generis, ibi vt ius intelligit, & ideo decipitur Affl. in c. an agnatus nu. 5. qui solus extẽdit doctrinã Iacobi de Beluisio in d. c. an agnatus, vt procedat in feudo hęreditario, cuius dicta ibi plenius examinauimus, nã quando qualitas hæreditaria nascitur ex l. cõtractus, seu inuestituræ, tenetur esse hæres qui feudũ capit, & hoc totũ facit pręordinata volũtas dantis, & recipientis, cui non resistit res de sui natura trãsitoria ad hęredes, si hoc conueniat in lege inuestituræ. Sed in Regno maior est difficultas per tex. in constr. quæ incipit cum hæreditariũ, & in d. const. vt de successionibus, vbi filius, nepos, & fratres dicũtur succedere, & appellatione successoris intelligitur de vniuersali Napod. in cõsuet. & si testator post nu. 13. Dominus de Franchis decis 89. & l. q̃dã § nihil ff. de eden. l. nihil aliud ff. de reg. iur. & l. hæreditas ff. de verb. signif. ergo feudũ in Regno dicitur hæreditariũ: secundo ex eadẽ constr. aliter ponderata, dicit. n. ibi ꝙ succeditur vltimo morienti, sed hoc non potest esse, nisi per viam hæreditariæ successionis: tertio, totũ Regnũ est hæreditariũ, vt est prædictũ, & probatur ex litera aliquorũ capitulorum Regni, vnde feuda tanquã mẽbra debent regulari à capite capitulo cũ non liceat de præscrip. & in Hispania dicũtur Castra descẽn iure maioratus, idest iure fideicõmissi, quia ita in illo Regno succeditur, arguendo à capite: quarto quia cõis forma in Regno est pro se, & hæredibus, vt superius tetigimus, secũdũ aliquos, ergo in dubio est iudicãdũ secundũ cõmunẽ formã, & hoc firmauit Napod. noster in cõsuet. & si testator per capitulũ cõsiderantes. Sed in cõtrariũ facit, quia in Regno ita demum recedimus à regulis iuris cõis, si ex dispositione particulari aliter sit inductũ lege præcipimus C. de appell. l. sancimus C. de testa. nõ obstant adducta in contrariũ, quia nõ est faciẽda vis in verbo succedat, nã etiã particularis successor dicitur succedere, vt alias diximus per Andr. insuper hoc verbo vtitur lex cõis in c. 1. de succ. feu. vbi tractatur de feudo ex pacto & prouidẽtia: insuper, quia feudũ continet quandã vniuersalitatẽ c. 1. quid sit inuest. vbi hoc notat Andr. & propter hãc vniuersalitatẽ succedere dicimus in feudo: nõ obstat ẽt, ꝙ succedatur vltimo morienti, quia iddẽ dicimus in p̃lato, qui succedere dicitur in beneficio alteri⁹ pręlati c. 1. qui succ. tenean. & nihilominus, p̃lat⁹ nõ dicitur venire iure hæreditario: ad tertiũ respõdetur ꝙ nõ semper mẽbra regulantur, secundũ caput, vt in c. 1. de pac. constan. & nos notauimus supra in differentijs subfeudorum, in quibus aliter succeditur, quam in feudis: ad quartam de cõmuni forma, dicitur, ꝙ illa semper non attẽditur, nam aliquãdo videmus in priuilegijs illam formam alteratam cum adiectione, pro te, & hæredibus ex corpore, & nihilominus per d. cõstr.

vt de succesionibus admictitur vterinus, vt ibi in tex. & notat Andr. sed per d. adiectionem excluditur, nec Napod. voluit, quòd actendatur commu nis forma, sed tantum dicit, quòd eo tempore omnia feuda ferè erant hæreditaria, & nos iddē dicimus hodie, ni hilominus, propter hoc nō infertur ad fundamentum iam factum, & opinio ista videtur de mente Andr. in d. §. huius autem generis, & hoc iddē firmauit idem Andr. post glo. Marini de Caramanico in d. const. vt de succesionibus, vndè colligitur, quòd feuda in Regno habent duplicem formam, & modum in succesione: alteram scilicet quæ oritur ex lege Regni, vt de succesionibus, per quam est ampliata prouidentia legis Corradi ad fratres, & sorores, etiam ex vno latere coniunctos, & nedum ad consanguineos, sed etiam ad vterinos, vt ibi not. Andr. & alterā, quæ tantum admictit hæredes ex corpore legitimè descendentes, & hoc ex communi inuestitura, quę derogat prę dictæ constitutioni, & propriam habet originem & cum ista distinctione saluabitis Andr. à contradictione: nam de hoc videtur aliquando diuerso modo sentire, dum tractat de communi forma inuestituræ in Regno, & de iure communi feudorum in c. 1. §. & si libellum post nu. 9. de alien. feu. pat. in c. 1. §. præterea ducatus in prima additione ibi, sed si dicatur feudum concessum Titio, & liberis, & hæredibus suis, & in d. const. vt de succesionibus, vbi optime, loquitur, & hanc opinionem videtur tenere Ang. in l. si tibi decem millia § si pactus sim à me, vbi est glo. not. ff. de pactis, vnde in dubio concessio intelligitur facta iuxta formam data in const. Regni, pro te, & hæredibus, absque illa adiectione ex corpore adinuenta per fiscales, per quos etiam fuit inuenta, & posita paucis annis retro clausula feudi natura in aliquo nō mutata, quæ non procedit, quando fieret mutatio in fauorem Regis, vt alibi dixi, & quæ non bene fuit intellecta per Affl. qui succ. tenean. post nu. 11. quē alibi declarabimus, & diffusius, in dicto §. huius autem generis, & in c. 1. de alien. feudi paterni, vbi videbitis: ad vnū tamen semper aduertatur, de quo pluries dubitari vidi apud peritos Regni, videlicet quomodo intelligantur illa verba posita per Andr. in c. 1. prope finē ante nu. 12. de contr. feu. apud par. term. vbi dicit ista verba, quia singulari titulo redit ad Regē feudum, secus si vniuersali, & vt conclusiue procedamus, deberis scire, quòd iure singulari dicitur succedere dominus, quando ex vi directi dominij, quod resides penes eum, reunitur vtile, quod erat penes feudatarium, quod procedit, siue causetur ob lineam finitam feudatarij, siue ob felloniæ delictum, vel contractus, vt diximus superius. Iure vero vniuersali dicitur succedere dominus, quādo non ex vi abtractiua directi dominij, sed ex quouis contractu, vt priuata persona feudum habet, vel titulo emptionis, donationis, aut alterius contractus semper iure vniuersali succedit, etsi ipse dicat titulo particulari, quia causa succedendi inspicitur, & nō titulus, vt docet idem Andr. in §. sed & res post nu. 7. per quos fiat inuest; nam quando dominus succedit iure vniuersali representat personam Baronis, vel alterius particularis, & tunc nō potest dici extincta, vt dicitur, causa, &

ideo

ideo, si dominus illud feudum secundo cōcederet iddē seruitium veniret, sicut prius debebatur absq; aliqua expressione, quia hoc casu illud feudum non amisit naturam suam, secus quando succedit titulo singulari, nam tunc in totū extinguitur, & cum ista distinctione Andr. ibi resoluit quæstiones de Rege, qui habebat Castrum, & territorium: nam si concedat territorium alicui, hoc feudum dicitur quaternatum, quia de manu Regis accipitur, si postea deuoluitur hoc territorium, & dominus vtile dominium cōsequatur, deinde concedit alteri simpliciter Castrum, dubitatur an veniat etiam illud territorium: in qua quæst. Andr. vtitur dicta distinctione, vt videre poteritis apud eum, & Loffr. post Andr. in §. huius autem generis, pro qua decisione concordat glo. Paris. in §. 13. glo. 5. nu. 26. vbi distinguit, an res redeat ad dominum, tanquam ad patronum; an vero tanquam ad priuatum, & per istā theoricam habetis declarationem ad Andr. in §. huius autem generis in fin. verbis ante additionem ex quib. cau. feud. amitt. vbi dicit ista verba: redit ad dominum iure pristino, sicut erat, ante quam conditionem rei imponeret. Et sic habetis, q; titulus vniuersalis in domino appellatur quæcunque acquisitio feudi, per quam non fiat resolutio ipsius feudi, & ad pristinum ius reditio, vt declarat ibi Loffredus.

Ex hac altercatione sic intellecta, & concordata, quasi ex eadem radice descendit altera discordia inter Doct. super intellectu verborū eiusdē Andr. in c. 1. in fin. in fina. verb. qui succ. ten. & in c. 1. an agnatus: super intellectu quorum verborū aliqua scripsit Affl. decis. 112. & ne diutius immoremur super quæst. debetis scire, q; Andr. in d. c. 1. qui succ. ten. in fina. verb. videtur velle, quòd filius in feudo paterno non hæreditario nō cogitur esse hæres, sed feudum venit ad filium, etiam quòd non sit hæres, sed in d. 1. an agnatus dicitur, & hoc præsupponit Andr. q; non habebit feudum filius, nisi fiat hæres patris, & sic tenetur filius, vel vtrūque acceptare, vel vtrunque repudiare, & vtrumque dictū refert Napod. si ne distintione in cōsuetudine, si moriatur aliquis in fin. vbi dicit ista verba. Item, quia etiam in feudo filius hæreditatem patris acceptans, eius pactum, & inuestituram factam alij acceptare tenetur, vt in 10. coll. qui succ. ten. in fin. & facit eod. lib. an agnatus, & d. l. 1. de alien. feu. pat. non obstat, quia non loquitur in hærede adeunte hæreditatē patris. Præterea hoc iure non debetur hæreditas ex prouidētia Principis conferentis, seu donantis hæreditatem, licet eius prouidentia fuerit in confirmādo has consuetudines, hæc sunt verba Napod. ex quibus nulla potest sumi cō cordia, neque veritas. Vos autem dicatis, prout dixerūt aliqui periti regni, q; duplex potest esse hæreditas morientis, vna burgensatica, seu allodialis, & altera feudalis, vt nos etiam superius tangimus per Bal. in auct. cessante C. de legit. hæred. vnde quod dicitur in c. an agnatus, procedit, vt filius cogatur esse hæres in burgensaticis, ubi agitur de uera hæreditate patris, sed in d. c. 1. qui succ. ten. dicitur, quòd non cogatur esse hæres in feudo, quod non processit à patre, sed à primo acquirente, & sic separando ista bona concord ibitis uerba Andr. &

hæc

hæc concordia nascitur ex verbis eiusdem Andr. in c. 1. §. quid ergo post nu. 6. de inuest. de re alien. fact. vbi dicit ista verba: Eo mortuo, redibit ad filios si non sunt hæredes, quia erat feudum ex pacto, & prouidentia, quod ideo dixit Andr. quia si esset feudũ hæreditarium, in quo filius tenetur esse hæres, posset creditores defuncti obtinere, immissionem fieri contra hæredem, prout poterat contra patrem, nam videmus, quia in fructibus feudi fit exequutio contra hæredes, licet deficiat assensus Regis, vt per Afft. decis. 26. & 246. in fin. & in const. si quis post litem post Andr. ibi, nam fructus separati à solo non sunt feudales, vt per Andr. in c. 1. §. si duo in fin. de duobus fratribus de nouo beneficio inuest. & per Curt. in tract. feud. pluries, & per Aluarotum in c. Imperialem col. 5. in fin. de proh. feu. alie. per Feder. probat cõstitutio si quãdo §. fructus de pen. foriud. & nos late diximus in d. c. an agnatus, & cito videbitis (Deo adiuuante) Iterum cõcordia ista nascitur ex verbis eiusdem Andr. in c. 1. §. & olim de succ. feud. nu. 7. vbi dicit ista verba: Si feudum datũ est tibi, & hæredibus, oportet, vt sit hæres qui vult habere feudum, nam talia feuda veniunt in petitione hæreditatis. Amplius idem Andr. in c. 1. §. porro, quæ sit prima causa benef. ammitt. ante nu. 29. dicit ista verba, habet autẽ ex cõtractu, vt dictum est, & sic actio veniens ex contractu datur in hæredẽ, quasi velit ibi Andr. dicere, quòd feudum, quod debetur ex l. contractus transit in hæredem, qui tenetur necessario esse hæres, vt dixerat in d. c. 1. de succ. feu. & hanc contrarietatem prẽuidit Curt. Iun. cons. 138. sed non soluit, & ideò non est mirandum, si Rota Sacri Consilij Neapolitani, in qua semper assistunt doctissimi viri, dubitauit an Iacobus Beluisius in c. 1. an agnatus in illis verbis, quæ superius retulimus, senserit de feudo hæreditario, vel de feudo ex pacto, & prouidentia, vt refert Doctissimus dominus de Frãchis Sacri Cõsilij Præsidens in decis. prima, postquam rationes vndique certant. nam quòd Iacobus loquatur de feudo hæreditario, vrget ratio præordinatæ voluntatis contrahentium, quia tam donator, quam acceptor voluerunt ab initio, vt feudum illud dicatur, & sit hęreditarium, vnde qualitas ista videtur insita rei, vt feudum non possit habere nisi ille, qui sit hæres vltimi morientis, & sic cum ista qualitate conuenta ab initio, & hoc videtur explicare Andr. in d. c. 1. de succ. feud in loco præallegato, vbi dixit, quòd tenetur esse hæres, facit alia ratio, de qua superius loquuti sumus videlicet, vt testator nihil possit in feudo transferendo: nam, vt dicit Andr. in c. 1. de succ. feu. §. filij tãtum, alienare videtur, qui extraneum hæredem instituit, nam quod à lege defertur, per testatorẽ aufertur, dum alium instituit hæredem, & per hanc rationẽ videtur, quòd Iacobus de Beluisio loquatur in feudo hæreditario, nam si homo & testator dat hæreditatem alij, auferre videtur, & quem lex vocabat, & cui lex hæreditatem deferebat, & licet dicatur, quòd oportet, vt in feudo hæreditario quis sit hæres in ipso feudo, & quòd illud suscipiat, & quęrat titulo hæreditario, quamuis in allodio non sit hæres, quod tantum importat dicere, ac si dixisset, quòd in feudo hæreditario nõ habet locum inuenta-

uentarium, vt filius, nō tantum pro valore feudi, ſed etiam pro fructibus feudi teneatur ad debita hęreditaria, & ſic confectio inuētarij nihil ſibi proderit, vt habeat feudū, vel fructus feudi præcipuos, ſed de omnibus tenebitur, videtur, poſſe reſponderi, vt dicunt Bal. & Aluarotus ibi, quòd hoc procedit, niſi teſtator alium inſtituerit hæredē, vt eſt prædictum, nam quod diſponitur de hærede, intelligitur hæreditate adita l. 3. §. ſi quis ita vbi Imol. ff. de hęred. inſtit. probat Bar. in l. ſi in diem ff. de cond. & dem. & licet Camer. in c. Imperialem dicat, quòd verba Andr. debent intelligi, vt non proſit inuentarum in feudo hæreditario, ne teneatur pro valore feudi, ſed bene proderit inuentarium, quoad fructus feudi, nam dicit Camer. quòd filius habebit fructus feudi præcipuos, tamen vos dicatis contrarium, nam quemadmodum fructus ſunt de hæreditate, ita fructus feudi ſunt de feudo. Et ſic opinio Camer. eſſet cōtra mentē, & verba Andr. in d. c. Imperialem, qui generaliter loquitur in feudo hæreditario, non prodeſſe inuentarium. Et pro iſta opinione iudicatum ſcio in cauſa domini Baldaxaris Milani, vbi fuit dictum, quòd inuentario non obſtante, ſatisfiat creditoribus, non ſolum pro valore feudi, ſed etiam pro fructibus recollectis ex feudo, nam hæres nihil debet habere præcipuum in cōcurſu creditorum ſuper feudo hæreditario. Et pro iſta opinione facit ratio, quòd quando quis habet vnicum genus bonorum, ſcilicet allodialium tantum, ſi plures ſint hæredes, diuiditur diſtributio onerum, non æqualiter, ſed tantum pro rata, quam quiſq; hæres habet, vt legitur in l. 1. C. ſi cert. pet. & per Aret. conſ. 117. ſed quando quis habet duo genera bonorum, ſicut miles, qui habet bona ex militia, & bona burgenſatica, & ſunt plures hæredes, tūc ſit diſtributio onerum totius hæreditatis ęqualiter, licet ille, qui habeat bona caſtrentia, minus vel plus habet, ita etiam in feudo, nam filius, qui ſuccedit in feudo, & in allodio, tenetur ęqualiter ad onera. & debita patris, tam de bonis feudalibus, quam de allodialibus, & hoc cum tēperamento, ſcilicet quando bona allodialia non ſufficiunt, vt notatur in d. conſt. ſi quis poſt litem, & notauit Camer. melius loquens in d. c. an agnatus, vbi etiā Afflictus per cōſ. Alex. 19. vol. 5. & notant Ciuiliſtæ in l. ex facto pro ponebatur ff. de hæred. inſt. & ideo qui ſuccedit in feudo, dicitur legitimus hęres, quia lex inueſtiturę eſt, quę transfert feudum, & licet non ſit inſtitutus, venit tamen ad feudum vt hęres per viam ſucceſſorij edicti, vt notauit idē Andr. pluries, & nos diximus in d. c. an agnatus, & propterea, cum debeat eſſe heres ex pręordinata voluntate, debet pariter teneri ad onera defuncti, tam perſonalia, quam realia, nam de creditoribus hypotecarijs non dubitatur propter aſſenſum Regis, & ideo qui intelligunt Iacob. de Beluiſio loqui in feudo ex pacto dicunt, q̄ quando filius non eſt inſtitutus hęres, non tenetur ad onera hęreditaria, & in hac opinione videtur reſidere Bal. in d. c. an agnatus. Sed qui dicunt Iacob. de Beluiſio loqui in hęreditario, innitūtur ſeparationi bonorum, quaſi q̄ feudatarius inſtituendo alium hęredem, ſeparauerit feudū ab allodialibus, de qua ſeparatione nos ſuperius loquuti ſumus,

mus, & in cap. an agnatus.

Ex aduerso autem, qui dicunt Iacobum de Beluisio loqui in feudo ex pacto & prouidentia, dicunt, & innituntur rationi, quòd moriens instituendo extraneum hæredem noluerit filiũ honorare: & propterea cum deficiat titulus institutionis, habebitur filius loco legatarij, & sic habebit feudum, quasi rem legatam absque titulo institutionis, & cum feudũ dicatur res extra patrimonium, testator instituendo alium reliquisse videtur rem filio vti hæredi patrimoniali ex illa primæua inuestitura; & propterea præordinata voluntas non obstabit, quia censetur habere cõditionem, si moriens instituat illũ hæredem: sed iterum pro hac prima opinione facit ratio l. conficiuntur ff. de iure codicill. quæ vult, vt moriens intestatus videatur disponere, & relinquere bona venientibus ab intestato, quæ lex intelligitur, vt venientes ab intestato, nõ habeant titulum à defuncto, sed à lege; & sic dispositio in hunc casum dicitur permissiua, & non dispositiua, vt optimè notauit Alex. cons. 44. in fine in final. verbis vol. 5. & ꝑpterea hæres in feudo, qui nõ participat de allodialibus, dicetur potius hæres in re certa, & propterea loco legatarij habebitur, si non participat de alijs bonis defuncti, & hoc videtur sentire Andr. in §. sed & res post nu. 5. per quos fiat inuestitura, vbi dicit ista verba; & hoc, si erat hæres in alijs bonis dicti venditoris hic agnatus, alias recuperat sine prætio, quia ex pacto & prouidentia sibi debebatur, vt in glo. sed alij respõdent, quòd Andr. loquitur in agnato, qui in feudo ex pacto & prouidentia non tenetur esse hæres, sed filius in omni feudo, tam hæreditario, quam ex pacto & prouidentia tenetur esse hæres, & ideo etiam in hoc feudo exhæredari potest, vt videbimus, sed agnatus si non participat de alijs bonis defuncti, debet habere feudũ præcipuũ, quando feudum est ex pacto & prouidentia, seu fideicommissarium, & de hoc feudo ex pacto loquitur Andr. in d. c. 1. sed & res, & licet ex superius dictis habeatur veritas articuli, tamen nolo nunc determinare propter authoritatem Rotæ Sacri Consilij nostri Neapolitani, cui multum debetur, & ego multum defero: expectabo vt dominus de Franchis scribat decisionem, & resolutionẽ, nam simul super hoc aliquando loquuti sumus, & si ipse non resoluerit, ego illum clarius examinaui, & explicaui vt scitis in cap. an agnatus, & habebitis cito resolutionẽ, Deo adiuuante, & infra dicetur aliquid super capite exhæredationis sufficiat ꝑ nunc concordasse Andr. in locis prædictis, quæ concordia ad multa potest deseruire, & excitare ingenia studiosorum per argumenta ad partes, sed simul videbitis Loffr. cons. 1.

Ad vnum tamen volo vt aduertatis, de quo aliquãdo interrogatus fui, quod si primogenitus alienauerit feudum sibi obuentum à patre secundo genitis, non erit consultum contra emptorem cum assensu pro rata prætij, quo feudum cõstitit, & fuit emptum, postquam pro hac rata prætij cõpetit mæra actio personalis, quæ non datur cõtra singularem successorem rei, & quæ non sequitur feudum l. 1. §. si hæres ff. ad trebell. sed consului, vt petant tunc vitam militiam, postquam in electione eorum est petere alterutrum in feudo

nouo, nõ ſic in feudo antiquo, pro quo competit actio ſolum ad vitammilitiam, vt alibi ſcripſimus, nec obſtabit lex mancipiorum ff. de opt. leg. de qua per Aret. conſ. 95. nam ſecundogenitus non intentauerat illam actionem ad prætium, nec aliquid præpoſuerat, & propterea, re integra, petere poterit vi tammilitiam; ſi actio perſonalis non erit tuta, neq; expediens, quinimò, quia facto patris factum eſt, vt ſecundogenitus fraudetur, conſului, vt recta via agere poſsit contra emptorem ſeu di pro vitamilitia l. fin. ff. de eo, per quē factum erit glo. ſollem. in l. hæredes, §. non tantum in ver. nõ poſſunt ff. fam. erciſ. probat tex. notab. in l. cum proponas C. de nautico fænore, iuncta lege qui officij in fin. ff. de cõtrah. empt. & in caſu iſto res integra dicetur, ne dum vſq; ad litem conteſtatam ſuper prætio, ſed etiam vſque ad ſentētiam, ſi tunc detecta ſit inopia fratris, & mutatio ſtatus, docet hanc pract. Andr. in c. ſi quis ſe, vel patrem ſuum circa medium, ibi, hanc electionem, ſi de inueſtitura inter dom. & vaxall. quæſt. oritur, vbi allegat d. l. mancipiorum, probat gl. notab. in §. ſi generaliter in ver. electio, inſt. de legatis.

13 Nepos, ſeu neptis an poſsit ſuccedere ex perſona propria, non obſtante dotatione, ſeu dote aſsignata matri.

13 Decimatertia quæſtio ſtat fundata ſuper intellectu l. qui ſuperſtitis ff. de acquiren. hæred. ſuper qua Doct. multa ſcribunt, & variant, quando nepos, ſeu neptis poſsit venire ad hæreditatē aui, non obſtante renuncia. ſeu ceſsione patris, aut matris: & ſuper hoc ſcripſit Dec. allegato conſ. 181. ſcripſit etiam Aret. conſ. 143. vbi optime loquitur Tiraq. etiā de iure primogeniquæſt. 12. Bar. in l. 2. C. de lib. præter. & in l. 1. §. ſi ſic. ff. de coll. dot. Bal. in l. 1. C. de ſecund. nupt. Aret. in l. venia C. de in ius. voc. & Iaſ. in l. ſi arrogator ff. de adopt. & Alex. & alij in l. pactum C. de coll. ſuper quo ex cõmuni Doct. ſententia debetis aduertere, quòd nouiſsime per peritos Regni adinuenta eſt clauſula, vt matres, aut alij renunciantes per pactum iuri de futuro, ponant clauſulam, quòd filij, aut alij deſcendentes, non cõtraueniant, nec etiā ex perſona propria. Mater ergo renuncians, quia tenebat primum locum, ſi præmoriatur ante patrem, facit locū filijs, aut filiabus ſuis, quæ cum obtineant primum locum tempore mortis aui, ſublata matre de medio per mortem, dicuntur poſſe venire ex perſona propria ad ſucceſsionem aui, nec illis obſtabit renunciatio matris, ſi nõ ſint hęredes renunciantis, alias illis obſtabit per vulgares regulas l. cū à matre C. de rei vendic. & l. fin. C. de hæred. actio. cum concord. nam cum mater viuat tempore mortis aui, non poſſunt ipſæ venire ex perſona propria, quia habent medium impediens, & quod facit vinculū hæreditarium, facit vita matris, quæ impedit venire dum ipſa viuit, & cum in ſucceſsionibus attendatur ſtatus, & habilitas tempore mortis illius, de cuius hæreditate tractatur, debent ſucceſſores, qui veniunt ex perſona propria aduertere, vt non ſint obſtacula, quæ impediant trāſitum iſtum, & obſtacula ſunt duo, vt mater non viuat, vel vt ſublata ſit de medio repudiatione expreſſa vel tacita, vel ſi reperiatur mortua, ipſi non ſint hęredes matris, cuius gradus, & ius

dictis modis extinquitur, quia ius repudiatum non transmittitur l. si quis filiũ C. de inoff. test. & ex hoc sequens in gradu dicitur venire iure suo, & ex propria persona, tractauit de hoc aliqua dominus Minadous in const. in aliquibus in fine & opt. cõl. 12. & prædicta intelligetis quando defunctus non est in linea, nam quando mater alio iure prohibebatur venire ad successionem, vt fœminę in feudo, vt videbimus in §. hoc quoque, tunc descendentes ab ea, tanquam rami ex arbore infecta, perpetuo prohibentur, & hoc, quia impedimentum prouenit ex persona prohibita, à qua omnes descendentes prohibentur, & hæc notetis etiam ad declarationem fratris primogeniti abstinentis à feudo, & permittentis, vt alius inuestiatur, nam Doct. dubitauerunt, si filij istius fratris admittantur ex persona propria, ita quòd pactum, seu abstentio defuncti patris non impediat eos venire ad successionẽ, de quo nos diximus in c. 1. de eo, qui fin. fec. agn. & ibi videbitis pro clariori intellectu Capycij decis. 176. & 190. & ita debet intelligi l. is qui hæres ff. de acq. hær. & Odoffredus in summa cum natura so. 146. de quo dubitauit Afflictus in cõst. in aliquibus nu. 36. & tangitur in cap. Titius cum Sempronio, quod est finale, si de feu. fuerit contr. & hæc sunt notanda ad cõsuetudinem Nobilium Capuanæ, & Nidi, de qua plene tractamus in cap. primo de nat. succ. feu.

14 Rex noster Sereníssimus, an habeat hoc Regnum ex successione domus Aragoniæ, & an teneatur ad debita contracta per prædecessores Reges.

14 Decimaquarta quæstio modicam habet difficultatem propter vim constitutionis, quæ incipit occupatis, & cũ hæreditarium, & etiam propter theoricam Andreæ in allegato loco de inuest. de re aliena facta num. 8. in fine, & Oldradi in consil. 94. & 224. quos nostri Regnicolę sequũtur, & ꝑpter vim etiam inuestituræ, vnde periti Regni conueniunt, quòd Rex noster Serenissimus habeat hoc Regnum ex successione domus Aragonię, & primus Rex qui habuit hoc Regnum fuit Rex Alfonsus primus, qui illud habuit à Regina Ioanna Secũda per adoptionem: deindè, antequàm Rex noster habuisset hoc Regnum per successionem Regis Alfonsi primi, fuerunt medij nonnulli alij Reges, scilicet Rex Ferdinandus primus, & Rex Ferdinandus secundus, Rex Alfonsus secundus, & Rex Federicus. Et ideò in anno 1505. fuit facta pragmatica edita thoro, de qua superius loquuti sumus; per quã disponitur, vt habentes causas & titulum ab illis Regibus, tam in feudalibus, quàm in burgensaticis, non molestẽtur, & de hac pragmatica, & illius exceptione nos multa diximus in c. 1. qui succ. ten. & vos audistis viua voce, & citò in lucem dabitur (Deo adiuuante) sed vnũ dico, quòd inuestituræ cõditionales factæ à prædictis Regibus, qui fuerũt inter Regem Catholicũ, & Regem Alfonsum, si nunc purificentur, sunt nullæ, & illorum priuilegia, aut concessiones non tenentur habere ratas successores Regni, vt alibi notauimus, sed aliquando substinẽtur ex noua confirmatione, sed videbitis infra in tex. vbi etiã aliqua dicemus, & in c. 1. qui succ. ten. vbi diffusius tractauimus, nam licet Regnum dicatur hęreditarium, tamen non omnes antiquiores Reges fue-

fuerunt reputari legitimi successores. Vnde illorum gesta,& priuilegia in dubium reuocantur, vt videbitis clarius in d.c.qui succ.ten. Sed interim videte Loffredum consi.4.& consi.21.in fine, & consi.38.& Capyc. decis.121.

15 Filia fœmina ex primogenito, an excludat secundogenitum in successione feudi, & an ius primogenituræ transmittatur, & quomodo.

15 De decimaquinta quæstione, quæ iam se offert, & de qua superius loquuti sumus, & aliqua tetigimus super declaratione Andr. in §. huius autem generis,vbi firmauimus, quòd filia ex primogenito excludat secundogenitum; & sic patruũ, sed quomodo hoc procedat, an ex vi priuatiua, & an ex vi transmissiua, videbitis in c.Imperialẽ, ne transplantemus materias, & ne relinquamus loca indotata, & mancha, & similiter de formis inuestiturarum in Regno superius vos intellexistis cõcordando Andr. de natu. succ. feud. & in §.prætereà ducatus, vbi firmauimus, quòd communis forma inuestituræ in Regno est,pro te,& hæredibus, & hoc, quia Regnum est hæreditariũ, vt membra regulentur à capite,& ego vidi plures inuestituras in Regno cantantes in illum modum,pro te,& hæredibus:& maximè pro Illustrissimo Principe Bisignani, per quam formam inuestituræ defendi aliquos concessionarios, & subfeudatarios, qui receperãt feuda à dicto Principe sub ead. l. pro te,& hæredibus, per quam clausulam, & inuestituram frater non prohibetur succedere fratri, & ita pluries obtinui, nam illa adiectio, pro te, & hæredibus ex corpore fuit adinuenta per fiscales ad breuiandam vitam feudorũ, vt superius loquuti sumus,& disputando aliqua scripsimus de forma inuestituræ huius Regni. Sed de hoc clarius scripsimus in c. an agnatus in illa quæstione,quãdo feudũ simpliciter conceditur post Andr. vbi diffusius loquuti sumus, & concordamus opiniones firmando, quòd duplex tantum sit forma contra Afflictum, altera secundũ iura Regni,& altera adinuenta per peritos.

16 De formis inuestiturarũ in Regno, & de iure communi feudorum, & in dubio, quæ forma præsumenda sit in Regno, remissiuè.

16 Et quia etiam supra diximus,quòd si cõtingat in inuestituram adijci illam clausulam,pro te,& hæredibus ex corpore, de qua per Andr.in cap. naturales in additione si de feu. fuer. cõtr.tũc confirmationes istæ debent reduci ad formam prioris inuestituræ, intelligatis hoc habere locum, quando confirmationes istæ ex errore processerunt, seu factæ sint à non habẽte potestatem de nouo infeudandi.Sed quando Princeps ex certa sciẽtia hoc fecerit ad postulationẽ feudatarij, tunc pristina feudi natura mutabitur,& attendetur hęc vltima inuestitura,quæ dat nouam formã, & hoc similiter intelligatis procedere in feudo hęreditario, non autẽ in feudo ex pacto & prouidentia, in quo nihil põt agnatus, seu feudatarius, nec aliquid potest Rex sine consensu omniũ,vt notat And.in c.1. de alie.feu.pat. & ibi nos quoq; latè diximus, & cũ ibi dictis sit etiam declarata decimasexta quæstio circa formas inuestiturarũ, de quibus superius nos latè diximus,& vbi videbitis simul cũ Andr.inc.1. post nu.9.de alie.feu.pat.in c.Imperialem §.

præterea ducatus in prima additione post medium de prohib. per Feder. in const. vt de successionibus in ver. fratres. & in c. an agnatus in repetitione, & per Affl. in c. 1. de inuest. quam Titius accepit à Sempronio.

17 Frater vterinus ex alio sanguine ortus, an succedat in feudo.

17 Occurrit modo quęstio decimaseptima, si frater vterinus succedit in feudo, quæ nullam habet difficultatem propter auth. Andr. in d. const. vt de successionibus, vbi textus clare loquitur ibi siue ab vtroq; siue ex altero, quã alibi declarauimus, sed hanc decisionẽ dicatis vos procedere in feudo antiquo, vel in feudo nouo, in quo sit facta inuestitura secundum communẽ formam, scilicet pro te, & hæredibus, cum regulariter successor debeat esse coniunctus ab ea parte, vnde peruenit, & acquisitum est fedum, vnde fit, ꝙ in hac successione non actendatur coniunctio ex vtraque parte, & disposito auth. itaq; C. cõmunia de succ. vt per Aret. cons. 72. & alios, quos allegat Alex. cons. 30. vol. 2. sed hodie propter gratiam factam per Serenissimum Regem nostrum, frater succedit fratri, etiam in feudo nouo, sed super hoc audiui aliquando dubitari, an etiam nepos ex fratre admictatur, ita quòd fiat subingresio, etiam in linea collaterali & gratia extẽdatur etiam ad nepotes, saltim ex vi comprehensiua, hoc determinaui in c. 1. de nat. succ. feud. in repętitione vbi videbitis, & cum Andr. super tex. vestro infra aliqua notauimus, sed pro opinione Andr. in prædicta quæst. principali videbitis Socc. cons. 25. vol. 3. & Andr. plene in dicta cõstit. si quando & in c. 1. de natura succ. feudi probat glo. Paris. §. 3. glo. 4. in fine & doctissimus Cumia Doctor Siculus in cap. si aliquem ver. non cõmunibus, & in ver. masculus nu. 80.

18 Pater an possit exhęredare filium in feudo ex pacto, & prouidentia.

18 Decimaoctaua etiam quæstio nullam habet difficultatem, vt filius possit exhæredari, etiã in feudo ex pacto, & prouidentia quicquid scripserit dominus Tiraq. in loco præcitato, nam etiam filius in hoc feudo ex pacto & & prouidentia tenetur esse hæres, nec potest dimictere hæreditatem, & præcapere feudum, & in hoc est deterioris conditionis, quam agnatus, hanc conclusionem probat Andr. in c. 1. §. & si filius ante nu. 6. Im per. loth. vbi dicit ista verba, licet nolit esse hæres patris, tamen in vero negari non potest à patre peruenisse, qui etiam in hoc feudo potuisset eum exhæredare, si culpam in patrem cõmisisset, hoc iddem firmauit Andr. in c. 1. §. præterea si vaxallus post nu. 13. quæ sit prima causa benef. amitt. vbi dicit ista verba, audiui iudicatum pro secundogenito cõtra Fiscũ, statim quòd filius primogenitus fuit proditor, & hostis publicus, factus est inhabilis, & alteri post venienti datur, adeo quòd pater potuisset eum exheredare ob hanc causam, nam in feudo exhæredatur, hoc iddem firmauit idẽ Andr. in c. omnes filij, si de feu. defun. mil. post nu. 2. vbi dicit ista verba: nisi esset ingratus primogenitus, quia potest exhæredari, hoc iddem tenuit idẽ Andr. in c. an agnatus ante nu. 5. vbi dicit ista verba, & posset intelligi quantum ad hoc, vt exheredatus non habeat feudum, sed quia multi dicunt contrarium sentire eundem Andr. in c. 2. su-

1. ſuper ver. ſucceſsione de feu. cognitione, vbi Andr. dicit iſta verba: ſed largo modo ſucceſsio dicitur in ſumma, & hoc quando feudum erat hæreditarium, ſecus ſi ex pacto & prouidentia legis, tunc etiam exhæredatus ſuccederet, de hoc, dicit ipſe, dictum eſt ſupra de ſucc. feu. in princ. vbi dicit iſta verba, lex enim aufert, vt ſi ſit ingratus patri, exheredabit eum pater, etiam in feudo, hæc verba Andr. fecerunt vacillare quam plures Doct. magni nominis attribuendo contrarietatem in ſcriptis Andr. à qua contrarietate defendatis Andr. vnico verbo, videlicet, ꝙ Andr. ibi, dum dixit, quòd etiã exhęredatus ſuccedet, non loquitur de exhæredato mala mente, & cum cauſa, ſed de hærede non ſcripto, quẽ præteritum appellamus, vult dicere Andr. quòd etiã exhæredatus ſuccedit ideſt hæres non ſcriptus, ſeu præteritus, qua ſi exhæres factus, & hoc indicant titulus & verba tex. ibi ſucceſsione etiam acquiritur, quando extraneus hæres, & vt non deſit authoritas videbitis tex. clarum in l. qui filium §. Sabinus ff. ad trebell. vbi tex. vtitur verbo exhæredatus in eo, qui inſtitutus non erat, qua ſi hæres non factus, quem tex. didici à Curtio Iun. cõſ. 33. poſt nu. 8. & ita ſaluabitis Andr. à contradictione, firmãdo, quòd etiam in feudo ex pacto & prouidentia filius poſsit exhæredari, quicquid ſcripſerit dominus Tiraq. dubitanter in loco prædicto quæſt. 21. & quicquid etiam ſcripſerit glo. Pariſ. in §. 8. glo 3. nu. 12. quæ vult exhætedationem non cadere in feudis, quæ non deferuntur iure hæreditario, ſed iure ſanguinis, & inueſtituræ, in quibus filius nõ accipit ius à patre offenſo, ſed aliũde, nam Doct. iſti non aduerterunt, ꝙ etiam in feudo ex pacto & prouidentia tenetur filius eſſe hæres patris, vt docet Andr. in d. c. 1. an agnatus poſt princ. & nos ibi diffuſius loquuti ſumus, vt ſcitis & intellexiſtis viua voce: ſed vt tollatur omnis occaſio dubitandi, videbitis tex. in auth. hæres C. de ſecund. nupt. vbi diſponitur, quòd in lucris nuptialibus, quæ debentur filiis vt filiis poſſunt iidem filii exhæredari, ſi ingrati fuerint, & probetur ingratitudo, vt latius diximus in cap. an agnatus, vbi firmamus quòd feudum ex pacto & proudentia nõ deſinit etiam ex pacto eſſe penes filiũ, neque vnitur hęreditati, ſicut in feudo hæreditario, ſed quia filius tenetur eſſe hæres in allodiis & hæreditate patris, ideo adeundo prodeſt inuentarium, ſed ſi non poſsit habere allodialia ſua culpa, quia exhæredatur, priuabitur etiã feudo, & ſic in conſequentiam iſta exhæredatio cauſabit effectum ſuum in feudo, etiam ex pacto.

19 Tempus teſtamenti, vel cuiuſuis diſpoſitionis an attendatur, ſi vocetur aliquis ad hæreditatem per nomen primogenituræ non expreſſo nomine proprio.

19 Decimanona quæſtio etiam modi dicam habet difficultatem, quicquid intricate, & confuſe ſcripſerit dominus Tiraq. in loc. prææalleg. nam quæſt. iſta clarius reſoluitur per Ciuiliſtas in l. ſi cognatis ff. de reb. dub. & in l. cum ità §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2. & per Andr. in c. 1. de alien. feu. pat. qui in hoc caſu concordat cum Ciuiliſtis, quia incertitudo perſonæ de certis ex euentu declaratur, & pro reſolutione debetis ſcire, ꝙ multum intereſt aliquem vocari

cari ad aliquod commodum hæreditatis, seu fideicommissi per nomē proprium, aut per nomen collectiuū, nam si proprio nomine vocetur ad hæreditatem, & vocatus interim moriatur, caducatur spes illa, & nominatio de se facta cum ante conditionem præmortuus sit, qui vocabatur ad successionē seu ad fideicommissum per reg. l. 1. §. pro secundo C. de cad. toll. habet .n. illa institutio conditionem, si nominatus, seu vocatus superuiuat, & propterea cum suspendat actū in diem mortis testatoris, si interim non veniat, aut purificetur conditio, caducatur omnis spes, quæ fundabatur in actu conditionali, vt de substituto loquuntur Ciuilistæ in d.l.1. §. sin autem sub conditione C. de cad. toll. & Andr. noster loquens in anniculo, ad quem testator, aut quiuis contrahens seu disponens non poterat habere affectionem, firmauit, contractum, aut quamuis dispositionem censeri factam cōtemplatione patris, cum quo ille contrahebat, licet de anniculo fecerit mentionem, & per ista verba Andr. declarat illam cō clusionem Doct. in l. Gallus §. quidam recte ff. de lib. & posth. scilicet quando filij, aut alij nominati, vel compræhēsi censeantur vocati ordine successiuo: quādo ergo quis vocatur nomine collectiuo, tunc propter incertitudinem ille censetur vocatus, qui reperitur primogenitus tempore purificati actus l. vtrum §. cum quidam ff. de reb. dub. vbi etiā Doctores, & hęc est vera resolutio istius quæstionis, quam tractauerunt Doct. passim & in d.l. si cognatis: est bene verum, q̃ in vocatis ex dispositione legis datur repræsētatio gradus, & filius fratris simul cum patruo admittitur, secus tamen in vocatis à testatore, quia tunc attenditur prædilectio, & affectio hominis, vbi cadere potest dispositio, & natura rei non repugnat, vt per Alex. cons. 88. vol. 1. vbi declarat Bar. in d. §. in fideicommisso, præualet enim voluntas testatoris, quando certa est, vt notant Doct. in l. fin. C. de verb. signif. & Bal. in c. secundo requiris de appell. & in l. 1. circa fin. C. de his qui ante aper. tab. iuncta l. si hæredes nominatim de leg. primo.

20 Legitimati, an succedant ad feuda exclusis legitime natis, & si legitimatio producat effectum suum in damnum aliorum, qui reperiebantur primogeniti, & habiles.

20 Vigesima quęstio similiter modicā habet difficultatem propter dispositionem §. naturales si de feu. def. mil. bene tamen fateor, q̃ si Princeps ad postulationem patris legitimauerit filiū in feudo hæreditario, habilitando eū etiam ad feudū, de feudo expræssam faciens mentionem, tunc filius ipse sic legitimatus succedet in feudo, quia Princeps tollit positiua, sicut vult, vt not. Andr. in d. §. naturales in principio, ex cuius dictis alias ego dicebam in bastardo legitimato ad patris postulationem, si poterat sic legitimatus gaudere prærogatiua nobilitatis, quā pater habebat de qua quęst. & de alijs, & an legitimatio ista sit dispensatio, & quando extendatur ad honores sedilitatis, latius scripsi in tract. meo nobilitatis, vbi videbitis (Deo adiuuante) legitimatus etiam per subsequens matrimonium succedit in feudo, vt notauit Luc. de Pen. in l. eos col. 6. de his qui sponte pub. mun. sub. & not. omnes Canonistæ in c. tanta extra qui filij sint legitimi,

gitimi & hoc procedit, quando mediũ obstans nõ erat impurgabile, vt docet idem Andr. in d. §. naturales, videbitis tamen pro aliquali cognitione dominum Tiraq. quæst. 34. in lib. de iur. primog. & Bal. in l. eam quam C. de fideicom. & in l. ex libera C. de suis & legitimis, Curt. Iun. cons. 52. & cons. 64. vbi de matrimonio putatiuo. Et quid in instituto, si legitimetur, & an legitimatus sit inter agnatos, & an succedat in emphiteusi Ecclesiæ, & an excludat substitutum, diximus late in d. §. naturales post Andr. Assensus etiam obtemptus super testamento, si faciat actum inreuocabilẽ, vel nõ, vt pro posuimus in quæst. non habet difficultatem, quia assensus Regis sequitur volũtatem cõtrahentium, & quando impetratur super actu reuocabili sine dubio non facit actum inreuocabilem. Et per istos terminos alias defendi quendam venditorem cuiusdam Castri, qui simulatè vendiderat, & tradiderat cum assensu, vt potuisset recta via recuperare feudum, & vendicare, non obstante venditione simulata, quia in ipsa simulatione, etiam emptor participauerat: & sic non obstabat decisio Bar. in l. alias ff. de iure iur. vbi tractat articulum, quando liceat allegare turpitudinẽ propriam, nam dicebam ego, ꝙ quando vterque participat, semper auditur qui certat de damno vitando vt per Bal. in l. si creditoribus C. de seruo pignor. dato man. & propterea, cum assensus Regis impetretur ad tollẽdum obstaculum, semper censetur interuenisse, non ad substinẽdum actum, quia non ipse facit, sed ad tollendam obstantiam de medio, idem Bal. in l. si vt proponis C. eod. titulo, vbi notabiliter loquitur, & ideo in hoc primo passu Marinus rectè loquitur in d. quæst. 10. dum vult, ꝙ assensus domini requiritur ab actu, super quo interponitur, sed quando in fine vult, ꝙ licentia obtempta super dispositione facienda de feudo expiret per primum testamentũ, aut per primam dispositionem, & si postea sequitur alia dispositio in persona alterius, prima erit sine effectu, & secunda tanquam reuocata carebit assensu: cum eo non consentio, nam doctrina Bar. in l. & si transferam ff. de adimendis leg. quam Marinus non allegat, non procedit in non dependentibus à voluntate actum facientis, nam tũc in his, quæ pendent à voluntate testatoris, aut cõtrahentis resultat duplex effectus, vnus expressus, scilicet dispositus, & alter tacitus, scilicet reuocatio primi actus, vt legitur in illa l. & per eundem Bar. in l. si cum dotem ff. solu. matri. sed non sic in casu proposito per Marinum, nam qui impetrauit licentiam testandi, aut disponendi de feudo, cogitauit de actu variabili vsque ad mortem, & ita Rex dispensando præuidit, & sic quando secundo loco aliquis testator cogitauit facere actum sortiturum effectum suum cum illa dispensatione Regis, de qua testando meminit; vt per Bal. in auth. sacramenta puberum C. si adu. vendi. quam doctrinam alibi declarabimus, & sic impetrator gratiæ, seu licentiæ præuidẽs actum reuocabilem, super eo prouidit de dispensatione, & de licentia, quæ in primo actu non cõsumitur, neque purificatur, vt dixit Marinus per l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. sed purificatur in actu valido, vt not. Doct. de concessione alicui facta cum clausula, non obstante

colla-

collatione alteri facta, quæ clausula censetur de collatione inualida & non de valida secūdum Fely. in c.causam, quæ de rescript. & per Doct. in c.cū in matris de concess. præben. de quibus meminit Ias.cons.233.vol.2. & est theorica ab omnibus approbata, Rex ergo, qui gratiam fecit, cogitauit de actu sortituro effectum suum, & is etiam, qui illam obtinuit, cogitauit de sua potestate reuocandi, & sic remanet declarata ista quæstio, & declarata similiter decisio Bar. in d.l. & si transferam, & in hanc sententiam videtur venire Camer. in c. Imperialem nu. 45. col.3. & seq.

21 Habens à Rege facultatem nominandi hæredem in aliquo feudo, vel officio, an possit facere plures gradus nominationis.

21 Sumus modo in vigesimaprima quęstione, quæ habet affinitatem quandā cum præcedenti, & licet eam tangat Camer. in loco præcitato, quasi perfunctoriæ, & nu. 61. col.4. per modum disputandi, non tamen determinat articulum dominus autem Marinus in lib.2.quæst. 8. in fi. dicit, ꝙ data facultate faciendi hæredem, non poterit ille instituere plures, & si est data facultas substituendi, non poterit facere plures gradus substitutionum, allegat dominum Loffr.cons.7. sed quia hanc quęst. tractauerunt Doct. insignes, placuit illam ad partes disputare, nam Dec. in cons. 95. post princ. dixit, ꝙ quando plures sunt substituti, videlicet vnus in defectum alterius, si substitutio habet locum in primo, expirat in alijs, & eua nescit allegat l. si mater ff. de vulg. & pupill. quod quidem videtur firmasse idem Dec. cons. 494. in grauato de restituendo hæreditatem alteri, si moriatur sine filijs, vbi allegat Oldr. cons. 21. Alex. etiam examinat articulum in cons. 1. vol.1. Tiraq. etiam, qui alios allegat examinat articulum quæst. 76. vbi loquitur, si pater possit substituere alium filio suo primogenito, sed breuiter præter morem frigide se expediuit: aliqui tamen firmauerunt dispositionē istam tanquam vagam & incertā non valere, postquam feudum de sui natura indiuiduum non potest transire ad plures hæredes, & videtur impetrator gratiæ abuti, dum non disponit in personam certam, & habilem iuxta terminos l. primæ iuncta glo. in verbo quibuscunq; C. de Sacr. sanct. Eccl. alij dicunt contra, quia licet dispositio ab initio sit incerta, certificatur tamen postea ex euentu, in quem differtur conditio, & actus, scilicet vt ille vocatus censeatur, qui viuus reperiatur, & habilis tempore mortis argumento l. fundus, qui locatus ff. de fundo instr. & l. 2. cum vulg. de lib. & posth. & hæc sunt quæ hincinde allegari possunt, & occurrūt in præsenti articulo rimatis opinionibus Doct. qui in pūcto scripserūt. Pro cuius declaratione debetis scire, ꝙ multum interest aliquid fieri per vnicum actum, qui statim recipiat effectū suum, & momento cōsumetur, & perficiatur, aut aliquid fieri per actum, qui respiciat plura tempora, & vnico tempore conditionaliter perficiatur, nam tunc licet ad plura respiciat actus, vnicus tamen dicitur, vt per Innoc. in c. dilectus filius de præben. in princ. vbi vult, ꝙ actus dicitur vnicus, aut plura, quando simul sortiuntur effectum, sed instituere, aut substituere plures vigore facultatis concessæ, non est simul

vocare omnes, vt dicunt Doct. prædicti, sed est subordinate loqui, & facere plures gradus absq; perpetuatione, & multiplicatione, vt docet glo. in l. vnum ex familia §. si falcidia ff. de leg. 2. cum non sint plures gradus in effectu perpetuando vnum post alium, sed subrogando vnum alij conditionaliter; vnde patet, quòd qui reperitur habilis tempore mortis, occupabit locum, & perficiet actum, seu conditionem & effectiue vnicus dicitur actus, & nõ plures, quia conditio respicit ad futurum tempus, in quo actum perficit: & sicut licet testatori facere plures gradus instituendo, & substituendo: ita pariter licebit habenti hanc facultatem facere plures gradus, non quòd simul sint sortituri effectum: sed quòd in eo perficiatur gratia, seu conditio, qui occupabit locum tempore mortis, seu conditionis existentis argumento l. post aditam C. de impub. & alijs subsit: probat textus notab. in l. nam & si ff. de iniusto rupto testam. videmus hoc etiam in beneficijs sacratis, in quibus licet non detur multiplicatio tituli, dabitur tamen titulus multiplicatiuus ad defensionem prioris tituli, vt notauit Felyn. in cap. in nostra de rescript. super ver. titulus multiplicatus, facit lex si seruus communis Meuij in fin. de stipul. ser. vbi inita stipulatione per mortem vsufructuarij incipit eadem, quæ erat vmbrata in persona proprietarij, videmus hoc in vulgari substitutione, vbi possunt vocari filij ordine successiuo, casu quo pater hæres non fuerit, quod non toleratur in fideicommissaria vt in l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill. & Doct. notant in l. Gallus §. quidam recte de lib. & post.

Videmus etiam, quòd licet titulus dominij non possit multiplicari, vt docet Andr. in cap. 1. num. 3. de eo, qui fin. fec. agn. tamen ex pluribus caußis potest aliquid deberi, nam si desino possidere ex vna causa, possum ex alia acquirere, vt not. ibi Andr. & sic causa multiplicari potest, sicut potest quis pluries legitimari, vt per Dec. cons. 152. vnde infero, quòd licet vocentur plures, non vocantur simul, sed subordinate, & conditionaliter, & ille obtinebit, qui occupabit tempore habili, & præfinito, simile est quod notauit glo. vulg. in l. fin. C. de ædict. diui Adri. toll. de duobus testamentis eadem die factis, nam dicit glo. quòd si sint contraria & repugnantia, neutrum valebit, sed fingamus, q. testamenta, quamuis plura, & eadem die facta subordinate tamen vocantia ad hæreditatem multos, certe ille obtinebit, qui primũ locũ occupabit, nec dicuntur tunc repugnantia, videmus hoc in pluribus assensibus eadẽ die expeditis super venditione feudi, aut Castri facta pluribus: nam si ignoretur, quis assensus præcedat, neuter obtinebit, cum deficiat in vtraq; causa confirmans seu perficiens, vt notauit dominus Camer. in c. Imperialem nu. 45. & seq. notauit etiam de hoc Paul. de Cast. in l. eũ qui de acquir. hæred. Negusantius in tract. de pign. in 4. membro secundæ par. nu. 109. scripsit etiam dominus Tiraq. de retract. consanguin. glo. 1. num. 10. & iterum in eodem loco §. 1. glo. 21. num. 20. Fely. in c. sane de offi. deleg. vbi vult, quòd data paritate temporis poterit probari prioritas per testes: sed idem, Felynus hunc articulum melius examinauit in c. pastoralis de rescrip. vbi

ad saturitatem loquitur, Andr. etiam tangit articulum de duobus testamentis in c. Imperialem §. præterea, si inter duos post nu. 75. de proh. feu alien. per Feder. tangit etiam Alex. cons. 112. vol. 5. & 121. eod. vol. cons. etiam 81. vol. 3. Oldr. cons. 143. & cons. 22. super quo Alex. d. cons. 112. vol. 5. dixit notabile Verbum, quòd licet quando duo actus apparẽt facti eodem die præsumatur præcessisse actum, qui ex ordine scripturæ est primus, tamẽ fallit, vbi actus redderetur inualidus, quia tunc præsumitur præcessisse illum actum, qui est vltimo scriptus, vt dicit singulariter notasse Doct. Cyn. Bal. & alios in l. cum in testamento §. hæc verba ff. de hæred. inst. per quam theoricam ego pluries defendi emptores feudorum, contra quos apparebant reuocationes factæ per venditores sub data illius diei, in qua fuerant expediti assensus pro validitate venditionum factarum, & ignorabatur quis actus præcederet, scilicet an assensus, vel reuocatio, nam si præcederet reuocatio assensus, non produceret effectum suũ, neq; proficeret, sed si præcedat assensus, tunc reuocatio non prodesset venditori, tanquam facta re non integra, & in hac ambiguitate, & incertitudine semper respondi, & obtinui, vt præsumatur assensum præcedere, nisi venditor doceat de hora, & anterioritate, vt est prædictum per theoricã Cyni Bal. & Angel. in l. cum in testamẽto §. hęc verba ff. de hær. inst. Et ex his constat, quòd vnicus dicitur actus, habens plura membra, postquã desideratur perfectio, & consummatio actus, non autem designatio plurium graduum, & personarum, quæ subordinatæ vocantur, & propterea in hoc non concurro cum domino Marino, contra quem facit decis. l. quamdiu inst. in fin. ff. de acquir. hær. vbi si sunt plures vulgariter substituti, vnus post alium, mortuo primo ante aditam hæreditatem, ius adeundi extinguitur, & venit substitutus ex iure suo.

Superest modo pro complemento istius articuli discutere, an opinio Bal. in hoc tex. vestro nu. 18. sit vera, dum vult, ꝙ data facultate, ꝙ deficientibus masculis, feudum vadat ad vnam fœminam, & contingat extare plures fœminas, dicit ipse an succedat primogenita, & an dñs gratificabit, vel ratione incertitudinis, totum vitiabitur, aut an sorte dirimatur: hanc quæst. notauerũt Ruyn. cons. 186. vol. 1. Dec. cons. 543. & 578. & seq. Alex. cons. 173. vol. 5. Idẽ Dec. in lecturis in l. captatorias post nu. 12. C. de testam. mil. Tiraq. de iure primog. quæst. 64. & 65. ex quorum dictis variã colliguntur responsa, vt videre poteritis. Sed vera resolutio est, quam dedit Ang. cons. 287. scilicet vt ille censeatur vocatus, qui reperitur primogenitus tempore mortis, nam non facta electione, censetur testator virtualiter eligere primogenitum, qui primum locum occupauit, & in hoc voluit se cõformem reddere legi, quæ vocat primogenitum, nam illa facultas eligendi erat eligere vnum de pluribus de familia, & præposterare ordinem iuxta l. vnum ex familia de leg. 3. cum concord. sed non facta electione, lex est illa, quæ eligit, & trãsfert in primogenitũ iura feudi sub illa lege quæsiti, & ista est veritas, quicquid disputando, arguant Doct. nam ita, me patrocinante fuit iudicatũ in causa filiarũ domi-

domini Roberti Muscettulæ, vt supra, retulimus in causa domini Alfolsi Pilci celli, & est ratio, quia statim q̃ quis nascitur implet, & præoccupat locũ non facta alia electione, seu nominatione: licet in allodialibus non facta electione omnes admictantur l. si Titio & l. cum quidam de leg. 2.

22 Assensus impetratus per patrem super donatione feudi facta secundogenito, tacito q̃ habet filium primogenitum, an dicatur subreptitius.

22 Occurrit modo vigesimasecunda quæstio super donatione feudi facta secundogenito, tacito in assensu obtempto à Rege de filio primogenito, propter quod dubitauerunt aliqui, si assensus iste dicatur subreptitius, super quo nos aliqua scripsimus superi⁹, sed nũc libet discutere articulum ad partes. Dicit enim secundogenitus, q̃ sufficit patrem dare vni ex filijs, qui habet eandẽ qualitatem, quã habet primogenitus, nam sufficit huic secũdogenito habere qualitatem filiationis, quæ sola videtur contemplata à concedente, nec ex hoc primogenitus conqueri potest, postquã eo tempore feudum nõ erat delatum, neq; quæsitũ, & illa spes, quæ erat contingibilis, & variabilis poterat deficere infra tempora donationis, & mortis patris, & sic secundogenito nihil videtur abesse, nã ius istud primogenituræ non nascitur, aut saltim non habet effectũ, nisi defuncto patre, & propterea spes ista tanquam variabilis non debet esse in consideratione, nam, vt dicit Andr. in c. 1. §. & olim post nu. 9. de succ. feu. concedens voluit prouidere omnibus de agnatione, & agnati dicuntur omnes, qui sunt de familia, & propterea is qui dedit, nõ censetur fraudatus, si feudum peruenit ad vnum de familia, & quamuis secundum ordinẽ vocati sint, incertitudo facit, vt opus non sit assensu, per quem assensum videtur purgari vitiũ subreptionis, quicquid dici posset in contrarium, q̃ in gratiosis qualibet leuis causa inducat vitiũ subreptionis, de quo per scribẽtes passim, & per Fely. in c. postulasti de rescript. & per Bal. in l. præscriptione C. si contra ius, vel vtil. publ. Ex aduerso dicit primogenitus, q̃ in actibus indifferentibus attenditur euentus, & quando cõtingit primo natum reperiri primogenitũ tempore mortis patris, lex facit, vt semper fuerit primogenitus, quia status, & conditio nunquã fuerunt mutata, vt not. Bal. in l. ex persona C. de prob. & propterea donatio facta per patrem secundogenito cum assensu habet vitium subreptionis ex reg. l. quædam sunt ff. de reb. dub. vbi probatur, quòd quæ sunt incerta, ex euentu declarantur, his tamen non obstantibus, nos firmauimus contrarium superius, vt assensus non dicatur subreptitius, quia, quod facit voluntas primogeniti consentientis feudum dari secundogenito, facit assensus & voluntas Principis assentientis, notant Ias. in rep. l. quæ dotis col. 11. ff. sol. matr. & in l. si fundum per fideicõmissum ff. de leg. 1. Iacobus de Sancto Giorgio in l. cum antiquioribus col. penul. C. de iur. delib. nam licet primogenitus vocetur ex pacto, & ex l. inuestituræ ad successionem feudi, nihilominus quando vult succedere patri prędefuncto adinuenit feudum alteri datum cum assensu, & sic rem ipsam extra hæreditatem positam, & propterea cum ius istud primogenituræ fundetur in successione,

& succesio intelligatur de his quæ sunt in bonis defuncti tempore mortis vana est prætensio primogeniti quærentis habere iure succesionis rem positam extra hæreditatem, maxime ꝙ tempore donationis non habebat ius formatum, & sicut poterat pater alienando priuare filium iure primogenituræ, ita poterit donare secundogenito cũ assensu variãdo personã, sed nõ mutando causam, & hæc sufficiãt pro discussione præsentis articuli, pro quo facit lex si quis posthumos ff. de lib. & posth. & l. cum incertus ff. de leg. 1. & sic non obstabit l. cũ eum C. de adopt. vbi nõ valet impetratio facta per Principem, nisi liberorum carentia exprimatur, ad quam respondemus in c. naturales, & superius declarauimus, ꝙ lex illa procedit in impetratis cõtra ius. In eo autem, de quo sępe dubitari vidi, si assensus debeat in omnibus esse conformis contractui, & voluntati cõtrahentium, dicatis vnico verbo, ꝙ sufficit assensum se conformare cõtractui in substantialibus, nam si non concordat cum accidentalibus, vt in quantitate prætij, in loco, aut alijs circunstãtijs, nihil interest, vt notauit Andr. in c. 1. nu. 3. quo tempore miles. Et ideo dixi vobis superius, ꝙ aliquæ qualitates, quæ omisse reperiebantur, siue in contractu, siue in assensu, possunt probari testibus, quia tunc probationes iste veniunt potius ad declarandum, seu ad qualificandum actum, quam ad substantiandum, vt not. Doct. in l. hæredes palam, vbi Paul. de Castr. notabiliter loquitur §. sed si notam ff. de testam. & quando dominus Camer. in loco præcitato loquitur de clausula, quę poni solet in assensibus, dummodo seu dum recognoscatur à Regia Curia, recte loquitur, nam clausula ista facit, vt feudum recognoscatur à Rege, & stet sub lege data in const. Regni post mortem, & in tantum operatur, vt si Baro sub alia lege dederit, non ad finem dismembrandi, sed ad finem tollendi obstaculum, vt de cætero feudum istud concedi posit, tunc verè assensus erit subreptitius, & faciet concesionẽ Baronis vanam, & inutilem per tex. quẽ ipse allegat in l. pręscriptione C. si contra ius, vel vtili. publicam, quæ dat regulam in materia obreptionis, & subreptionis apud Ciuilistas, nam Canonistæ habent, & tractant in c. super literis de rescript. ad quod semper confugiunt, sed ad vnum volo vt aduertatis, ꝙ non semper vitium subreptionis, aut obreptionis vitiat actum, & alias in ardua causa contra vota multorum defendi magnificũ Odoasiũ de Odoasio nobilis Ciuitatis Nuceriæ Apuliæ ab imminenti periculo mortis, fuerat enim foriudicatus ob mortẽ cuiusdã, & ob vulnus illatum alteri demũ habita remissione ab hæredibus occisi, obtinuit gratiã ab Illustrissimo Duce de Alcalà tũc Prorege huius Regni, & rimato processu, quod foriudicatio cãtabat, tam pro morte, quam pro vulnere, Regius Fisci patronus illius temporis vir doctissimus obtinuit declarari per Magnam Curiã gratiam subreptitiam, propter quod homo iste subijciebatur sententiæ mortis, & dum causa appellationis tractaretur in Sacro Consilio coram peritissimis Consiliarijs, audiui causam istam defendi à quibusdam aduocatis, qui non tangebant punctum causæ quibus ego dixi, ꝙ causa ista poterat defendi per vnicũ termi-

terminum, qui vitabat vitium subreptionis, propter quod aduocati illi rogauerunt, vt scriberem super puncto, quod libenter feci respondendo, quòd tunc vitium subreptionis, aut obreptionis vitiat gratiam in casu prædicto, quando illa fieret ad postulationẽ, sed quia gratia ista non fuit facta ad postulationem, sed Illustrissimus dominus Prorex mandauit, vt magna Curia relationem faceret de contentis in memoriali, & gratia facta fuit post relationem factam per Iudicem Magnæ Curiæ, dicebam ego, quòd præsumitur Iudicem relationem fecisse de omnibus contentis in processu, & ex hoc cessabat vitium subreptionis per notatain c. susceptum de rescript. in 6. & ita iudicatum fuit referente domino de Franchis nunc Præsidente dignissimo Sacri Regij Consilij, qui multum gauisus fuit de hac decis. & vidi cæteros dominos de Cons. qui votauerunt in hac causa etiam lætantes, nam docti viri non gaudent in perditione morientium, & aliquando armantur contra Fiscales nimium sitientes sanguinẽ humanũ. Libeat hæc tetigisse extra materiã pro iuuenibus, & propter casum, qui frequenter contingere solet, & videbitis clarius, & diffusius in allegationibus, quia feuda dum viuunt nihil commune habent cum defunctis, quibus assimilantur lites mortuæ, & criminales.

23 Legato feudo, si hæres eligat illud tradere legatario, per quem soluatur releuium.

23 Occurrit nunc vigesimatertia quæstio, quam vtiq; non scripsissem, si nõ inuenissem Camer. viuũ vtique, in signem, & doctissimum de ea dubitare in c. Imperialem, nam si feudum legetur alicui cum assensu impetrato in vita testatoris, sine dubio feudum istud, defuncto feudatario transibit in legatarium propter assensum, & hæres, qui tenetur illud tradere legatario, non tenebitur ad releuium, postquam lex fingit dominium recta via continuari in legatarium per vulgatam legem à Titio ff. de furt. & legatarius, qui occupabit feudum ex causa legati, & sic titulo particulari, nec etiam ipse tenebitur ad aliquod, & quando hæres denũciat mortem infra annum, & diem, petendo confirmationem, vt moris est, & vt notatur in c. 1. per Andr. quo tempore miles, non potest dare listam, neq; notamẽtum de feudo, quod ad alium peruenit, & sic vterq; excusatur à releuio, hæres scilicet, quia ab eo feudum abest titulo donationis factę alteri à defuncto cum assensu, quia legatum donatio quædam est, & legatarius, quia feudum sibi adest, & ad eum peruenit titulo particulari & ex causa legati. Difficultas ergo cadere potest in feudo legato sine assensu, si hæres eligat dare feudum legatario, an ex hoc excusetur à releuio, & similiter quæstio vana mihi videtur, nam tunc hæres eligendo dare feudum legatario, facit illud, ad quod compelli non poterat, nam tenebatur ad ęstimationem tantum, & nõ ad corpus, & cum dominium etiã feudi legati continuatum sit in hæredem, hæres ipsa tenebitur ad releuiũ de eo, quod inuenit in hęreditate, & licet ipse eligat dare feudum, hoc sua sponte facit l. illa institutio ff. de hær. inst. probat Bal. in l. si frater post glo. C. qui test. fac. poss. & propterea ipse alienare videtur, & alienat rem propriam, & non defun-

defuncti, faciunt notata per Bart. poſt glo. in l. cum plures §. vehiculum ff. locati, & in l. 1. in fine de alim. & cibar. leg. & ita debet declarari glo. Pariſ. §. 22. nu. 106. quæ aliter ibi ſentit. Quo vero ad articulum æſtimationis, an illa debeatur legato feudo, quia Doctores noſtri multa ſcripſerunt, & varie, & inter cæteros acutiſsimus & feudiſta magnus Dñs de Anna, placuit pauca ſcribere, vt iudicantes aliquādo videāt, quid ſentiam in hoc paſſu, & licet iudicio meo poſsit articulus terminari per ea quę ſcribūt doct. in c. filiꝰ de teſtam. & in l. apud Iulianū in fine de leg. 1. tñ pro cognitione terminorum pręmicto ꝙ multum intereſt rem aliquā eſſe prohibitam ſimpliciter alienari, aut permiſſam alienari, ſub certa tamen lege. Et Andr. noſter de feudo loquens in c. 1. in fin. in fin. verb. de inueſt. de re alie. fact. dicit iſta verba, tenebūtur ſibi hæredes ad æſtimationem, quia non eſt res iſta, vt nō debeatur extimatio, quia non eſt campus Martius Forū, vel Baſilica, & in c. 1. §. donare, qualiter olim poſt nu. 8. dicit iſta verba, loquitur cōſtitutio Regni, non de legante, non eſt inualidum nunc ratione rei, & ſic videtur Andr. annuere, ꝙ feudum ſit in cōmercio, hoc iddē videtur tenere Oldr. cōſ. 58. & Io. Fabri in §. iddem iuris nu. 7. inſt. de inutil. ſtipul. vbi optime loquitur de impedimento perſonæ, vel rei, aut de impedimento mixta conſideratione ad vtrunque, & iudicio meo pro parte affirmatiua, vt debeatur æſtimatio, videtur caſus in l. Lutius Titius il primo ff. de leg. 2. vbi lex loquitur de legato militiæ, & in l. pen. in fin. de leg. 3. quam allegat Oldr. conſi. 17. & optime examinat Curtius Iun. conſ. 30. ſed videbitis omnino l. non dubium ff. de leg. 3. in fin. vbi videtur etiam caſus & Affl. in §. præterea ducatus c. Imperialem poſt nu. 30. ſed quia dominus Camer. plene examinauit hunc articulum, remicto ad notata per eum, cum quo conuenio, quicquid ſcripſerit Napod. in conſuetudine in bonis, qui negat feudum eſſe in commertio. Sed nos alibi diffuſius tractauimus ſuper intell. l. non dubium C. de leg. quando aliquid ſimpliciter, aut omnino prohibetur alienari, aut ſub certa lege, ibi videbitis, & Andr. in conſt. violētias verbo, at feuda poſſunt, poſtquā articulus hodie vadit per labia vulgarium, non ſic dicerem in inſtitutione, quæ ſonat in ius, vt diximus in c. Imperialem, ne tranſplanremus materias, & tollamus paragia puellis, & Andream ſequitur ſimpliciter, Affl. in dicto cap. 1. in fine de inueſt. de re alien.

24 Pluribus inſtitutis per patrem, aut alium, ſi inter inſtitutos ſit ſeruanda ęqualitas, vel debeat actendi cōiunctio ſanguinis cum gradus prærogatiua.

24 Circa vigeſimamquartam quęſtionem diſtinguatis, quia ſi tractatur de ſuccedendo in bonis allodialibus fratri prædefuncto, tunc extra Neap. ſeruabitur diſpoſitio dict. auth. itaq; C. communia de ſucc. vt coniunctior præferatur, ſi autem ſumus in Ciuitate Neap. & eius diſtrictu, tunc actēdetur potius prærogatiua bonorum, quàm ſanguinis, vt bona redeant ad ſtipitem, ſeu ad lineam, vnde exierunt, & hoc vigore conſuetudinum huius Ciuitatis, quæ in hoc habent initium à lege de emancipatis C. de leg. hæred. ſi autē ſumus, aut tractamus de ſucceſsione feudorum, tunc ſola coniunctio ſanguinis actēditur,

tur,

tur, vt sæpe diximus cum Andr. nam in feudis non procedit d. auth. itaque, & nos plenius diximus in c. 1. de succ. feudi: interim tamen videbitis per Affl. in cap. primo de grad. succes. in feu. num. 14.

25 . Feudum hæreditarium an computetur in legitimam primogeniti.

25 Vigesimaquinta quæstio, quę nunc se offert vulgaris est, & clara, vt sępe dicebat Bal. nam illá plene tractat Paul. de Cast. in d. §. imputari l. omnimodo C. de inoff. testam. vbi in specie loquitur de feudo, & de militia, sed melius illam examinauerunt Alex. cons. 29. num. 4. vbi vult ꝙ feudum hæreditarium indistincte computetur in legitimam, & Dec. cons. 208. dominus autem Camer. in cap. imperialem num. 24. col. 4. dixit ꝙ feudum est legitima filij, allegat c. licet extra de voto, & ad hoc dicendum mouetur, quia super feudo non valet dispositio patris, aut ordinatio, vt per Affl. decis. 119. & per Oldr. cons. 270. & iudicio meo super hoc confundit terminos; quia iura quæ ipse allegat, scilicet dispositio c. 1. qui succ. ten. & c. 1. de alie. feu. pat. loquuntur in feudo antiquo, quod nos ex pacto & prouidentia appellamus, sequendo Pileum, & Bulg. & ego fideicommissarium appellare soleo, & de hoc etiam feudo antiquo loquuntur præfati Doct. scilicet Oldr. & Affl. quos ipse allegat, sed quæstio nostra loquitur de feudo hæreditario, super quo omnes conueniunt, vt computetur in legitimam, & iddem dicunt de emphiteusi hæreditaria, vt per eundem Alex. cons. 26. eod. vol. 5. nam differt aliquid deferri iure successionis, aut ex lege, & iure inuestiturę seu contractus, vt per Andr. in §. donare post num. 8. qualiter olim poterat feudum alienari, & nos apertius alibi declarauimus, & hanc opinionem tenet etiam Salic. in d. §. imputari, licet Bal. suo more contradicat cons. 110. vol. 5. vbi vult, ꝙ feuda non imputantur in legitimam, nisi sint empta de pecunia patris, quod dicere nihil est, quia illud ius hæreditarium facit vt feudum reperiatur in hęreditate defuncti, & quilibet successor, ne dum filius, teneatur in illo feudo esse hæres, vt docet Andr. in cap. 1. de succ. feu. quem alias allegauimus, & titulus iste successionis confundit omnem titulum particularem, & omnem modum acquisitionis, & in hanc sententiam concordant Alex in l. si patroni col. 3. ff. ad trebbell. Ias. in l. quoniam nouella num. 9. C. de inoff. testam. & in l. illud C. de coll. Curt. in tract. feud. par. 4. num. 134. & idem Ias. late in l. 2. num. 207. cum seq. de iur. emphi. Sed quia opinionē Camer. sequuntur Marinus, & alij, qui dicunt, ꝙ feudū est legitima primogeniti, sicut Regnum, placuit aliqua describere pro cognitione terminorum, legitima enim non est ius separatū ab hæreditate, sed est ius debitum ex corpore hæreditario, vt notatur in l. scimus §. repletionem C. de inoff. testam. & fingamus nunc, ꝙ in hæreditate defuncti non remanserit, nisi feuda, quæ sine dubio occupabit primogenitus, vbi erit quota bonorum, quam legitimam appellamus? & vbi stabit reliquū corporis hæreditarij? ista enim iura distincta sunt, & nunc confunderentur, quia primogenitus dicitur hæres vniuersalis, postquàm succedit in toto, & di-

cetur

cetur habere feuda præcipua iure legitimæ, quod dicere falsum est, quia qui habet legitimam præsupponit alium extare hæredem vniuersalem, & hærede non existente, qui petit legitimam dicitur petere totum vniuersale, quia in illũ casum non habet à quo separetur, quia personarum distinctio distinguit iura, hoc not. Bar. & Ciuilistæ in l. quia poterat ff. ad trebell. & gl. notat in l. 2. ff. de acq. hæred. Preterea feudum hæreditarium habet sua onera, de quibus per Andr. in §. quid ergo de inuest. de re aliena facta. & notatur in c. 1. an agnati, sed legitima debetur sine onere. Insuper differt multum habere quotam hæreditatis, & habere quotam bonorum, nam in quota hæreditaria veniũt iura actiuè, & pasiuè, non sic in legitima, quæ est quota bonorum, & quę debetur deducto ęre alieno, vt per Doct. in l. Papinianus §. quia ff. de inoff. testam. & per Bar. in l. 1. de vulg. & pupill. vbi etiam Paul. de Castro, & Bar. etiam in l. gerit ff. de acquir. hæred. & Angel. in l. si pater C. de inst. & subst. & quando dixerũt Doct. ꝙ legitima non potest minui, neque tolli, dicatis vos ꝙ in totum tolli non potest secundũ veriorem opinionem, minui autē potest, vt superius notauimus, & hanc opinionē firmat Loffred. cons. primo nu. 179. & seq. Sed notetis vnum casum, in quo in totum tolli potest, super quo disceptatum vidi in Sacro Consilio, & obtinui pro ista opinione, scilicet vt tollatur per pupillarem substitutionē, nam quando fit substitutio pupillaris filio, potest is qui habet à filio etiam grauari in legitima, & sic notetis, quòd illud, quod fieri non potest directo in personam filij, qui habet priuilegium, vt grauari non posit, potest fieri per obliquũ in personam alterius, quia priuilegium filij non transit in successorem grauatũ tex. est notab. in l. cum patronus ff. de leg. 2. probant Bal. & Paul. de Cast. in l. ex tribus C. de inoff. testam. idem Bal. in l. cum virum C. de de fideicom. Bar. in l. qui duos de vulg. & pupill. & Paul. de Ca. in l. fundũ per fideicommissum de leg. 1. ista ergo feuda, quæ ex pacto, vel à lege cōsuetudinaria deferuntur primogenitis, non possunt appellari legitima, quia in hoc ius naturale contradicit, vt totum habeat primogenitus, vt notatur in l. vt liberis C. de coll. in l. maximum vitium C. de lib. præterit. & in l. pen. C. de leg. hæred. largo tamen modo possunt dici legitima, quia per hunc modum successionis conseruatur honor familiarũ, & pater feuda ipsa instar legitimæ *non* potest neque minuere, neque tollere, intelligendo de feudo ex pacto & prouidentia, etiam si agnati consentiant, & ita debet intelligi Andreas in const. dignum, vbi de Regno loquitur, nam successores illorum alienata reuocare pos sunt, quando actus alienationis fuit voluntarius, vt dixi post Andr. in cap. 1. de alie. feu. pat. nam talis est natura istius feudi, vt quilibet capiat ex persona sua & licet feuda hæreditaria, nec etiam tolli, aut alienari posint per patrem, illa tamen tolluntur cum assensu Principis, & alienantur, quod fieri non potest in feudo ex pacto & prouidentia, vt sæpius probauimus, & latè loquuti sumus, deinde fit, vt super istis feudis secundum aliquos, & secundum opinionem dominorum Cumiæ & Canetij in eorum doctis commentarijs & ex pacto & prouidētia debeatur paragium

sororibus primogeniti, & vita militia fratribus, quia ista sunt onera feudi, vt notat Andr. in §. quid ergò post num. 6. de inuest. de re alie:fact. licet de hoc dubitauerit dominus Camer. & reliquerit indiscussum, & hoc habet fortem rationem, quia is, qui ab intestato succedere debebat, priuatus est successione, & actus priuationis non præcedit actum translationis in alterum secundum Bar. in l. 1. §. si pater in potestate ff. de coniug. cum emancipato liberis, quod ego Latius discutiã in cap. an agnatus vbi videbitis firmatã conclusionem contra prædictos, vt in feudis ex pacto non debeantur neque paragium neque vita militia sequẽdo dominum de Minadois virum insignem in sua repet. const. in aliquibus, & dominum Loffredum, sed ipsam vitam militiam sic debitam secundogenito super hoc feudo ex pacto, & prouidentia Gallici vocant apanagium, vt per dominum Tiraq. in lib. de iur. primogen. quæst. 5. num. 4. vbi dicit hoc apanagium assignari pro pane quotidiano 1. pro vsu, & alimentis, & ex his habetis feudum hæreditarium computari in legitimam, iuxta communem sententiã Doctorũ & ex his etiam pluries consului, ꝙ sicut legitima non debetur nisi semel, & in bonis, & successione ascendentium, ita & vitamilitia non debetur ex successione Collateralium, & hoc est ꝙ aliquando dixit Andr. ꝙ vitamilitia est instar legitimę, alias esset multiplicare actionem, & iura in personam actoris, & secundogeniti, cui sufficit semel præstari alimenta, nam ius metimur ex persona actoris secundogeniti, qui semel recipiendo alimẽta, perpetuò excluditur, & quam vis defuncto postea primogenito sine filijs, succedat alter frater secũdogenitus, non per hoc tertiogenito debebitur altera vitamilitia super feudo, quia neque onus rei, neq; actio multiplicari possunt, vt videbitis alibi diffusius, sed interea videte dominum Loffred. in sua paraphrasi §. quid ergo de inuest. de re alie. vbi aliqua bona scripsit, & doctissimos Siculos, scilicet dominum Cumiam, & dominum Canetium, in dictis eorum commentarijs super feudis, quorũ dicta alibi diffusè discutiemus, & examinabimus.

26 An possit dari casus, in quo aliquis sit hęres, licet non sit institutus.

26 Pro cognitione autem sequentis quæstionis, quæ est in ordine vigesimasexta, debetis scire, ꝙ omnis dispositio iudicatur secundũ tempus, in quod confertur, l. quod sponsę C. de don. ante nupt. l. in tempus ff. de hæred. inst. vnde fit, ꝙ dispositio facta in testamento, quæ confertur post mortem, debet iudicari, tanquam sit de actibus post mortem, non tamen de actibus in vita; & ideo si filius instituatur à patre in re propria filij, talis institutio est nulla, etiã si talis res pertineat ad filium, quòad proprietatem tantum, & ad patrem testantem, quoad vsumfructum, ita determinat Bal. in l. scimus in principo C. de inoff. testam. & probatur in l. proprias C. de leg. & in l. hæres meus, ff. de cond. & dem. non obstat, dicit ipse ꝙ vsusfructus sit patris, quia morte finitur, & ideo nihil operatur l. vxor patrui C. de leg. nam tunc legauit ius periturum, cum aliud non habebat l. si domus in fi. de leg. 1. & notatur in cap. pastoralis de don. secus tamen esset in cõtractibus onerosis, vt per Bertra. cõs.

29. quod incipit ponitur in facto, vol. 1. iterum secus vt debeatur extimatio, quando de mente constaret, vt latius examinaui in cap. 1. de alie feu. pat. & nouissimè scripsi in ardua causa pro Domina Roberta Carrafa Ducissa Magdaloni, ex istis ergo iudicatis, ꝙ aliud est dicere hęreditatem aliud rem hæreditariam, & propterea institutus in dote, alio dato cohærede, non censetur habere ius vniuersum, licet dos inter vniuersalia cõputetur,nã tunc dos habebit ius vniuersi, quando vniuersitas data est indotẽ, vt firmat Bal. in l. 1. col. 2. sol. matr. & in l. fin. de sent. quæ sin cer. quanti & ego latius scripsi in l. mulier bona ff. de iur.dot. vbi iure consultus loquitur propriè, & eleganter, dum dixit bona,& ita debet intelligi Bar. in sua vulg. quæst. mulier habens amplum patrimonium, & dum Bar. in alleg l. hæreditas ad Siatiũ vult, ꝙ exequutor datus non censeatur institutus,quia commodum hæreditarium spectat ad pauperes Christi, vos addatis, ꝙ verbum relinquo iunctũ vniuersitati bonorum,vel quotæ hæreditatis, alio vniuersaliter non instituto, trahitur ad institutionem, vt per Alex. in l. his verbis ff. de hæred. instit. & alibi sæpe, tamen hoc non procedit in filijs, qui debent formaliter institui, vt alibi diximus, & probat Benedictus in cap. Raynutius ver. in eodem test. reliquit extra de testam. & propterea dicatis in quæst. Bar. ꝙ pauperes, ad quos dirigitur intentio testatoris, censentur instituti, & ille Titius dicetur tunc exequutor, quamuis sit honoratus tit. institutionis,quia inspicitur potius mens, quam verba l.fideicomm. §. interdum cũ vulg. ff. de leg.3. sed in casu nostro, vt de re nostra loquamur est dare casum, vt aliquis sit hæres etiam si non instituatur,nam in feudo relicto filio per verbum relinquo absque tit. instit, filius habebit illud feudum vt hæres,licet honoratus non sit titulo institutionis & hoc totum facit præordinata voluntas,& lex inuestituræ quæ vniuerũt rem feudi patrimonio defuncti & ad contemplationẽ dantis iura respiciunt l. sed & si quid. ff. de vsufr. videmus quasi simile in Allodijs nam si in testamento aderit clausula codicillaris, censetur filius rogatus de restituendo bona hæredibus scriptis, iuxta theoricam Bar. in l. 1. ff. de iur. codicill. reprobata opinione gl. in auth. ex causa C. de lib. præter, postquam clausula illa impertat vim fideicommissi quod causatur a volũtate sola testatoris quæ attẽditur & proinde, si impugnabit testamentum habebit legitimam, & in legitima computabitur feudum, sed an institutus temporaliter sit loco hęredis, an etiam institutus in vsufructu dicatur hæres, quærite apud ciuilistas, quia quæstiones istæ vulgares sunt, & nos non intẽdimus commiscere feuda cum allodialibus, nisi quando conclusiones Ciuilistarum deseruiunt, & ancillantur conclusionibus nostris.

Maritus qui recipit aliquod Castrum in dotem ab vxore cũ assensu an censeatur vniuersalis successor propter duplex vniuersale, scilicet feudi, & dotis.

Pro decisione autem vigesimęseptimæ quæstionis debetis præponere duas regulas,de quibus superius loquuti sumus videlicet ꝙ Castra seu feudá

autem

dicuntur res seu bona, & non ius, quia feuda dicuntur vniuersale facti, non autem continent vniuersitatem iuris, vt docet Andr. in c. 1. quid sit inuestitura & in c. Imperialem, & nos superius tetigimus, & quando Camer. dixit quòd feuda dicuntur continere etiam vniuersitatem iuris, dixi vobis, quòd illud potest procedere in iure conseruatiuo, nō autem in iure acquisitiuo, quia quādo feudum quæritur dicitur acquiri res, & nō ius, conseruatur tamen ipsa acquisitio à sua forma quādo feudum legitime est erectum, seu constitutum. Dos similiter dicitur multotiens continere quantitatem seu speciem, cum plerumque consistat in quantitate numerali, aut in corporibus. Et ideo mulier, siue maritet semet ipsam, siue marite-tur ab alio, aut dotetur, dicitur dare quantitatem, aut speciem, seu corpora: & ideo Iureconsultus dixit in alleg. l. mulier ff. de iur. dot. mulier bona sua omnia in dotem dedit, Quæro, an maritus quasi hæres oneribus respōdere cogatur & Paulus respondit eum quidem, qui tota ex repromissione dotis bona mulieris retenuit à creditoribus eius conueniri non posse, & ratio est, quia titulus dotis differt à titulo pro hærede, non enim differt si maritus in vniuersale ius vxoris succederet, succedere etiam non potest, quia viuentis nulla est hæreditas, nec successor appellari potest is, qui dotem habuit titulo oneroso, nam pœnes virum dos dicitur consistere & peruenire titulo oneroso, & ideo emptor appellari potest l. ex promissione ff. de actio. & obl. licet pœnes mulierem dos ipsa dicatur titulus lucratiuus, vt in vulg. & siue loquamur de feudo seu Castro, siue loquamur de dote, in qua non continetur vniuersum, vt diximus superius, seu vniuersale iuris, maritus, qui Castra recepit, aut alia bona, non dicetur successor iuris, si tamen defuncta vxore, ad eum peruenirent bona vxoris, tunc titulus dotis particularis mutaretur. & transfunderetur in titulum vniuersalem defuncta vxore, probat Napod. in consuet. si qui moriens in ver. relinqueret. Et hoc contingeret ex causa extrinsecus superueniente: nam licet nemo possit mutare sibi titulum possessionis, vt legitur in l. nemo potest C. de acquir. poss. alias incipit l. cum nemo, hoc procedit, nisi causa extrinseca superueniat, vt illa lege notatur, & docet Andr. in cap. si vasallus de feu l. propè finem si de feud. d fun. milit & iterum in cap. an agnatus num. 6. ver. & licet in vers. quæritur glo. sed quam diu durat prima causa maritus dicitur habere bona seu dotes, Castra, aut corpora, & in eo ex hoc nulla poterit considerari successio, neque ius, & hoc exemplificando doceri potest, nam fingamus mulierem dedisse Castra in dotem extimata cum assensu, censebitur illa vendidisse, vt practicauimus in causa domini Comitis Calatię, & sic feuda ipsa habebit maritus titulo singulari, & non vniuersali. Fingamus similiter mulierem dedisse bona allodialia etiam estimata, illa possidebit maritus titulo singulari ex empto, & si non dedit estimata, habebit illa maritus titulo pro dote, quæ dos cum non contineat vniuersum, dicitur continere certa bona, & non ius, & sic in omnem casum maritus non dicetur successor, prout legitur

legitur in d l. mulier bona, quam l. sic declarauit Rom. conf. 44. & conf. 314. Bal. conf. 102. vol. 4. Curt. iun. conf. 168. Ang. conf. 335. & Alex. conf. 144. vol. 5. vbi examinat Bar. in disputatione sua, quæ incipit quędam mulier habens magnum patrimonium, est bene verum, ꝙ respectu creditorum non interest relinqui partem hæreditatis, vel bonorum per specierum enumerationem, secundum Paulum in l. si quis seruum in fine ff. de leg. 2. quem declarabitis, vt per Ias. conf. 64. vol. 1.

28 Remedium c. reintegranda an competat ei, qui habuit fictam possessionem per constitutū hanc quæstionem tangit Affl. in cap. sciendum de feudi cognit vnde.

28 Circa vigesimum octauum articulum, an scilicet remedium cap. reintegranda competat ei, qui habuit fictam possessionem per constitutum, licet Doct. vario modo loquantur, vt nótauit Bal. in auth. defuncto C. ad Tertull. circa medium, vbi dixit, ꝙ ficta possessio continuata non parit remedium recuperandæ, sed tantum remedium adipiscendæ iuxta l. primam C. quorum bonorum, quæ decis. poterit iuuari alia ratione, quia is qui habet fictam possessionem, non dicitur perfectè acquisiuisse, nam adhuc si est emptor competit actio cōtra venditorē vt tradat non obstante ficta traditione iā facta per constitutum vt not. Doct. in l. 1. in fin. ff. de actio. empt. & si sit hæres, in eum continuatur dominium, non possessio, quæ cum sit facti indiget actuali apprehensione l. cum hæredes ff. de acq. poss. & in hanc sententiā videtur venisse Alex. conf. 37. vol. 5. Sed vos domini tenete contrarium, vt hæres, seu emptor possit agere remedio possessorio recuperandæ, quando certum sit defunctū, aut venditorem stetisse in possessione, & hoc totū facit vis tituli vniuersalis, in hærede, & vis constituti in emptore, vt not Doct. in l. quod meo ff. de acq. poss. & in d. l. 1. C. quorum bonorum, & ego latius scripsi vtrobique in meis additionibus, quas videbitis (Deo adiuuante) sed pro nunc videbitis decis. Io. Fabri. in §. 1. inst. de hæred. qualit. & diff. & ita seruamus, nam quando causa de sui natura est transitoria ad hæredes, ita etiam debet transire virtus ipsius causę, vt alibi notauimus, vtraque enim possessio, tàm ciuilis, quàm naturalis acquiescit cum suo tit. & sua causa, scilicet pœnes hæredem cū titulo vniuersali, & pænes emptorem cum tit. particulari apto ad translationem, & habili ad acquisitionem, & per hæc respondebitis ad contraria, & maximè d. l. cū hæredes. Sed videbitis Affl. alios cumulantem in cap. primo de controuersia inuest. nu. 31. & seq.

29 Debitor si possit non acquirere, etiam in pręiudiciū creditorum an hoc facere possit hæres cum beneficio l. scilicet non agnoscere lucrum, aut iura delata defuncto.

29 Superest modo vt descendamus ad vigesimamnonam quæstionem, & simul discutiemus terminos legis qui autem ff. quæ in fraud. cred. quam plene examinauit Rota nostri Sacri Consilij Neapolitani, vt per dominum de Franchis decis. 101. quæ decisio an procedat in hærede cū beneficio legis, quia articulus iste est nouus, & non adhuc occurrit temporibus meis, videbatur posse determinari per easdem rationes,

nes, vt hæres cum beneficio legis non teneatur acquirere, & facere hæreditatem locupletiorem, licet dictæ regulę d. legis qui autem obstet altera regula legis liberto ottoginta de bon. libert. vbi si libertus habebat in bonis octuaginta, & vltra hoc legatus sibi fuerat fundus valoris quadraginta, & cedente die legati, antequam legatum cognosceret decessit libertus extraneo instituto hærede, qui repudiauit dictum legatum ex persona liberti, quærebatur an patronus, cui debetur legitima in bonis liberti iux. §. sed nostra inst. de succ. liber. possit petere legitimam contra prædictũ extraneum hæredem liberti, dubium faciebat, quia facta repudiatione legati per hæredem, perinde videbatur ac si nihil legatum fuisset l. seruum filij §. 1. & lege si tibi homo §. cum seruus de leg. 1. & si nihil legatum fuisset, dictus libertus non habuisset in bonis centum, sed octuaginta tantũ: & sic nulla videbatur relinqui legitima patrono, nihilhominus contrariũ deciditur in d. l. liberto, & est decis. singularis secundũ Bal. in l. fin. §. tali C. de de curat. fur. vbi dicit, ꝙ illa decisio est ibi ratione fraudis hæredis legatarij, alias esset aperta via fraudibus, quod ferendũ non est. In contrarium, tamen dicunt alij per l. si mihi, & tibi ff. de leg. 1. vbi hoc not. Bar. & alij, ꝙ si legatum vnius fundi sit factum mihi, & Titio, & Titius ante agnitionẽ decesserit, relicto hærede, in potestate sit hæredis Titij repudiare legatũ ex persona Titij, facit etiam pro hac ratione, quia is, qui est hæres, siue simpliciter, siue cum beneficio legis potest non acquirere, vt singulariter not. Dec. in l. 1. C. de secund. nupt. & cum sit minister iuris in acquirendo, sicut non potest cogi pro se quærere, ita videtur ꝙ cogi non possit ad beneficium aliorum. Sed iudicio meo prima opinio est verior, scilicet vt lex qui autem non procedat in hærede, cum beneficio legis, quia hæres istæ per beneficium inuentarij tenetur describere, & annotare fideliter omnia iura hæreditaria, & ex hoc tenetur de dolo, lata culpa, & leui, & si ommictat describere hæc iura in inuentario, non dicetur non quærere, sed remictere, quod facere non potest in præiudicium creditorum hæreditatis, & hæc notetis, quia euenire possent, & sunt singularia ad limitationem d. l. qui autem, & cito videbitis in additionibus meis in d. l. qui autem (adiuuante Domino) vbi posui regulam cum fallentijs, & limitationibus suis, & additiones istæ dabuntur in lucẽ post singulas repetitiones aliorum iurium, & capitulorum, quæ indigebunt auxilio, & vestimentis, vt libera pertranseat in hyeme à timore frigoris, & hymbrium, & ab odiosa censura.

30 Ius primogenituræ an producat effectum suũ ad bona sita extra locum, vbi viget lex primogenituræ, ita ꝙ primogenitus succcedat in omnibus bonis, etiam sitis extra Regnum.

30 Trigesima & vltima quæstio, quæ se offert modicam habet difficultatẽ, postquàm virtus legis producit effectum suum, etiam ad bona sita in alieno territorio, non sic in consuetudine, quæ habet effectum limitatum ex limitata causa productiua seu effectiua, aut efficiente: & proinde qui Neap. est hæres, recuperabit bona defuncti, etiã in Francia, aut in Hispania, & vbique sita

sita, nec possunt dicere mulieres, aut sorores hæredis, ꝙ volunt in illis bonis succedere de iure communi, postquã in eo loco non viget vigor nostrarum constitutum, quæ eas expellunt: nam morientes ab intestato censentur se conformare legi consuetudinariæ, aut legi, quæ viget in loco, in quo ipsi moriuntur, aut testantur, nisi aliud disponant vt optimè notauit Socc. cons. 36. post nu. 10. vol. 1. & rationem assignaui superius in explicatione §. huius autem generis, vbi dixi, ꝙ bona ipsa nõ possunt habere mulieres, nisi vti hæredes, & cum ab hæreditate repellantur per dotationem, quæ aduersatur formæ successionis, & titulo vniuersali, debent esse contentæ paragijs suis & dotationibus iuxta ordinationem legis, quæ vbique produ it effectum suum, vt not. Doct. in l. 1. C. de summa Trin. quam conclusionem etiam procedere dicunt aliqui in statuto disponente de rebus, non de personis, quando personæ sunt exteræ, licet alij contradicant, sed in dispositis à lege nullus scribentium dubitauit vt per Bar. & Salic. in d. l. cunctos populos, & per alios passim, quos referre, & cumulare laboriosum esset: nam differt aliquid deferri à lege, vel à consuetudine siue statuto, & cũ istis terminis concordabis opiniones Doctorum diuersas, ex sparsim tractatas super hoc articulo.

SVMMARIVM.

1 *Vendito Castro, an veniant subfeuda.*
2 *Fictio translatiua an habeat locum in feudalibus.*
3 *Venditor Castri alieni, quod putabatur esse suum, si postea efficitur dominus eiusdem Castri, an teneatur illud tradere emptori, vt tenetur maritus, qui rem vxoris alienauit.*


EXPEDITIS quæstionibus cum termino successionis, expedit vt descendamus cum auriga nostro Andrea ad declarationem aliorum terminorum, quos ipse posuit in c. Imperialem §. illud quoq; ante nu. 71. vbi loquens, ꝙ feuda non sint de perpetuo prohibitis alienari determinat, ꝙ illa quæri possunt, nedum inuestitura, & successione, sed etiam emptione, præscriptione, & donatione vera, vel præsumpta, & cum super us tractauerimus de duobus primis terminis, expedit vt descendamus ad tertium terminum emptionis scilicet: & ꝙ feuda possint emi, nullus scribentium dubitauit, & rationem assignant: nam quamuis pretio quærantur, quia dũ emuntur illi qui emunt consequuntur simul paradegium, seu nobilitatem, & participant magis de gratia, non desinunt esse feuda, & regula est, vt semper attendatur illud, quod præponderat, vt per Bar. in l. Aristo ff. de don. & licet terminus iste ducat secum comitiuam non minorem quam terminus præcedens, postquam super eo dubitari posset, an vẽdito Castro cum omnimoda iurisdictione, seu, vt dicunt, cum mero, & mixto imperio veniat simul potestas, seu facultas confiscandi de quo per Andr. in §. hæreditatem de pace tenend. & in c. 1. nu. 3. qualiter vaxallus iurar. deb. fidel. & alibi sæpe, quia quæstionem istam nostri regnicolæ non bene examinauerunt, & Luc. de Penn. sicco pede pertransiuit

uit non bene ponderando, neq; verba Andr. neq; terminos confiscationis, & similiter noster Paris de Puteo in suo tract. sindicatus nimis frigide loquutus est, consulto nolui hic illam examinare, neq; disputare, postquam venit examinanda in c. 1. de Capit. qui Cur. vēd. vbi late loquuti sumus, & firmauimus opinionem nostram per authoritates, & rationes, ideò ibi illam videbitis. Venit etiam sub hoc termino examināda
1 quæstio, an vēdito Castro, veniant sub feuda, & materia l. rutilia polla ff. de contrah. empt. an etiam augmentum focularium cædat emptori, de quibus nos etiam loquuti fuimus, an assensus suppleat decretum iudicis in venditione Castri, seu rei minoris; & an similiter decretum iudicis suppleat, & excludat remedium l. 2. C. rescind. vend. iuxta theor. Bar. in l. 1. C. de præd. Curialium lib. 10. Sed ne transplantemus materias, & relinquamus d. cap. indotatū, ibi videbitis, & cito (Deo adiuuante) volui tamen huic capiti, seu Duci dare aliquos Comites, ne solus pertranseat per vias inuias, & periculosas. Et primo quætam, an l. cum vir ff. de vsucap. procedat in feudis, de qua quæst. sępius interrogatus respondi, ꝙ etiam
2 n feudalibus habet locū fictio translatiua, & pro resolutione, aduertatis, ꝙ d. l. cum vir etiam in allodialibus tunc demum procedit, quando scilicet interest authoris ius sibi superuenisse, nam tunc ius istud prodest successori, postquam ipse author teneretur de euictione, si ius istud non superuenisset ità nor. Aret. in l. omnia ff. si cert. pet. & Doct. omnes in d. l. cum vir, secus autem si authoris non interest, sed in contrariū allegari potest, ꝙ quando actus est ipso iure nullus, nec ex iure superuenienti conualidatur secundum glo. in l. seruum filij ff. de leg. 1. And. autem in c. si quis fecerit inuestituram post principium quo tempore miles dicit ista verba. alias qui vendit rem alienam eo effecto domino confirmatur venditio, allegat d. l. cum vir, & idem firmauit idem Andr. in const. grādis vtilitas circa finem, vbi dicit ista verba, nam multo magis si fuisset res aliena confirmaretur ex quo effectus est dominus allegat. d. l. cum vir & l. filiam fratribus ad trebell. & vos poteritis allegare tex. consimilem in l. pæn. ff. de fund. dot. hanc quæst. tangunt omnes feudistæ & Camer. noster in c. Imperialem nu. 56. col. 3 vbi non aperit intentionem suam, & confusè loquitur. Sed vt nos conclusiue loquamur secundum morem apertè firmamus, ꝙ d. l. cum vir procedat etiam in feudis, nam nihil impedit, quin fiat dicta fictio trāslatiua dominij, quia ab initio certę sūt personæ, quæ contrahunt, certa est etiā res, de qua contrahitur, & prætium interuenit, quod vocatur forma materialis in hoc contractu, & cum res aliena etiam vendi possit, nō potest dici contractus iste nullus, si super eo interuenit assensus, & tempore quo peruenit dominium ad venditorem nihil etiam obstabat, quod potuisset impedire dictam fictionem translatiuam, non video, quare cōtractus iste infirmari possit, cum peruenerit ad casum, de quo contrahentes cogitauerunt, & à quo incipere potest, & ratio rationis est, quia ius superueniēs prodest etiam ad agendum, nedum ad excipiendum l à Titio ff. de rei vend. & hoc quando cōtractus fuit validus, quia nullum aderat

rat impedimentum, neq; rei, neque formæ, aut personæ, quando autem contractus est nullus, tunc ius superueniẽs prodest ad excipiendum tantum l. illicitæ ff. de reb. eorũ, & probant Imol. in d. l. cum vir, & Affl. in cap. 1. nu. 33. qui succ. teneantur, qui alios allegat firmat dominus Iacobus Beluisius in cap. si quis dominus in fine quo temp. miles. Sed opinionem meam firmare videtur Andr. in §. item sacramenta puberũ post nu. 45. de pac. iuram. firman. vbi dicit ista verba, si verò iurauit non venire contra, tunc re tradita, & re perueniente ad eundem, qui iurauit, tenetur restituere, alias si sine causa non restituit, videtur facere controuersiam, resistendo, & non reddendo: effectus enim consideratur, quia videtur non habere ratum, & de facto quasi retractare non restituendo quod vendiderat, hæc sunt verba sua, & iddem videtur firmare in cap. 1. circa finem de eo qui finẽ fecit agnat. per quæ alias consului, ꝙ venditor Castri alieni, quod putabatur esse venditoris, si postea efficiatur dominus eiusdem Castri, teneatur illud tradere emptori, prout tenetur maritus, qui rem vxoris alienauerat, quam conclusionem firmauit glo. in l. constante C. de don. & Alber. in l. 1. C. de fun. dot. & huic decisioni adaptari potest quod notabiliter scripsit dominus Loffr. in sua parafrasi de contr. inuest. ver. in hoc loco dicitur, vbi refert casum notabilem, qui fuit decisus in Regia Camera cum domino Paulo de Sangro, cuius auus obtinuerat à Rege Catholico priuilegium bonorum feudalium, & quia bona possidebantur per Illustrissimũ Consaluum Magnũ Capitaneum quo vsq; Maestas Regis daret excambium dicto Capitaneo prouidit Regia Camera, ꝙ Paulo solueretur certa pecunia, quæ ascenderet ad volorem fructuum feudorum, & ꝙ Paulus solueret adoham, volui hic illã inserere, quia est contingibilis, & notabilis.

SVMMARIVM.

1. *Lex. 2. C. de rescin. vend. an habeat locum in feudo.*
2. *Feudum cum emitur non differt ab alijs contractibus, siue ematur à Rege, siuè ematur à priuato Rege assentiente.*
3. *Omnis actio personalis tollitur spatio triginta annorum iure Romano.*



1 DVBITARI etiam potest, an dispositio l. 2. C. de rescind. vend. procedat in feudo, & discutietur simul opinio glo. Paris. quæ dixit in diuisione inter fratres sufficere modicã lesionem, super qua quæstione Andr. noster in c. 1. §. similiter in prima additione in fin. dicit ista verba, & constat legem 2. predictam habere locũ in omni contractu, siue sit stricti iuris, siue bonæ fidei, vt Loffred. dixit, quam cõclusionem sequitur Tiraq. de retract. consan. §. 22. glo. 1. nu. 16. & seq. qui alios refert, sed vos istam conclusionẽ declarabitis procedere in feudo empto, non autem in feudo donato, vel concesso à Principe, nam feudum, cũ
2 emitur, non differt ab alijs contractibus, siue feudum ematur à Rege, siue ematur à priuato assentiente Rege, nam in contractibus actenditur quod

princi-

principaliter agat, quod limitat Affl. in §. donare nu.30. qualiter olim. Sed quando gl. paris firmauit in diuisione inter fratres non esse locum facultati supplendi, vel reddendi pœcuniam, sed rem ipsam debere restitui, & ꝙ non requiritur lesio vltra dimidiam, sed sufficit modica inæqualitas, vt firmauit in §.22.nu.42. allegando l.maioribus C. com. vtriusque iudicij, vos tenebitis contrarium sequendo Andr.
3 absque aliqua limitatione, nam iure Romano omnis actio personalis tollitur spatio triginta annorum, & si sit deceptio in diuisione agitur per l. maioris prætij, si deceptio est vltra dimidiã: iure autem longobardorum potest peti adæquatio partium, quando diuiditur, vsq; ad quatraginta annos, & ideò gl. paris.in hoc videtur decepta, dum confusit terminos inter ius Romanũ, & longobardum, hanc distinctionem fecit & scripsit idem Andr. in cap. 1. §. item ead. l. de nat. feud. & in hanc sententiã videtur venisse Bal. cons. 72. in 2. dubio vol. 2. sed sufficere debet authoritas Andr. quem gl. paris. non vidit, aut saltim non meminit, est benè verum, ꝙ si in diuisione fuit erratum inter fratres, diuisio retractatur, vt per Paul. de Ca.notabiliter in l.fin.§. idem quæsijt ff. de cond. indeb.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus an restituatur aduersus venditionẽ factã sub hasta, si facta fuerit melior oblatio post licitationem.*



1 DVBITARI etiã aliquãdo vidi, an Fiscus restituatur aduersus venditionem factam sub hasta, si facta fuerit melior oblatio post licitationẽ, & quia ista quæstio determinatur per Alber.in l. & si fine §. 1.de minor. qui vult, vt neque Fiscus, neque minor restituantur, ne contrahentes decipiantur sub hasta, & ne res protrahatur in infinitum, hac sola decisione contẽtus ero, quinimò in facti contingẽtia pluries respondi, ꝙ qñ aliquis emit res indiuisas à plurib⁹ vnico prætio, si aliqua portio sit affecta onere hypotecæ, & veniant creditores exercendo hypotecã super illa portione, poterit emptor ad tollendã vexationẽ illius creditoris offerre iustam æstimationẽ rei, nõ prout valebat tẽpore contractus, sicut dixit Bar. in l.1.C.de prædijs & omn.reb.naui.lib.12.quæ opinio procedit, quando emptor fecit super re notabile augmẽtum, & inseparabile, sed prout nunc valet tẽpore exercitæ actionis, & hoc ex duplici ratione, prima, quia possessor maioris partis habet hoc ius offerẽdi, vt notatur in l. sancimus C. de don. post auth.ibi positã, 2. quia emptor vnico prætio emit singulas portiones indiuisas, iuxta terminos l.ꝙ si vno ff.de in diem adiect. & licet dñus Tiraq.in lib. suo de retract. videatur inclinare in cõtrariã opinionẽ ratione rei diuiduæ, & quæ diuidi potest, ego cõtrariũ semper tenui, quia emptor totũ voluit acquirere, & vos videbitis in meis additionibus in d.l. ꝙ si vno, sufficiat nunc tangere istas quæstiones Ciuilistarum pro ornamento principalis articuli.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus an super feudo transeat in fideicommissarium, & an remedium l.2. de rescind. vend. procedat in transactione.*

SOLET etiā quæri an ius patronatus ſuper feudo tranſeat in fideicommiſſarium, & an remedium d. l. 2. de reſcind. vend. procedat in tranſactione, quia veniunt hæc omnia examinanda in d. c. 1. de Capit. qui cur, vend. vbi late diximus, ideò ad ſcripta per me ibi remictimus, vnum tamen nolo vos ignorare, de quo pridiè dubitari vidi in Regia Camera contra dominum Galeatium Pinellum Marchionem Turſi, nunc Ducem Gelentiæ, & dominum Oppidi Iuliani inter Neap. & Anuerſam, quod oppidū dicit Franciſcus Petrarcha vir ſingularis in Epiſtolis ſuis fuiſſe ædificatum à Iulio Cæſare, prout fertur etiam de Marano, quod conſtructum, & erectū fuiſſe dicunt à Mario. Nam ſolebant Romani, & viri illi Hæroes, & Illuſtres habere loca pro ſeceſsibus, & honeſtis recreationibus, prout ſæpe faciunt docti viri, interponēdo aliquas horulas recreationis inter negotia grauia, & ponderoſa, & opinio illa Petrarchæ videtur ſumpta à Tito Liuio in deſcriptione Vrbis, & ſitus Ciuitatis Neap. vbi dixit Iuliū Cæſarem ædificaſſe quoddā oppidum propè Neap. per ſex miliaria, & nomē indicat iſtam veritatem, & declarat illam incertitudinem relati loci per Titum Liuium, & in antiquis ſufficiunt traditiones & fama, vt vos ſcitis, iſte ergo dominus dum poſsideret dictū oppidum Iuliani titulo emptionis à domino Iacobo Carbono, petijt Fiſcus, vt ſolueret releuium duplicatum, ratione Banci iuſtitię, ſeu magiſtriactatus, aut actuariatus officij, ex quo dictus dominus Galeatius tempore, quo denunciauit mortē patris domini Coſmi Pinelli iu liſta introituū non poſuerat dictum membrum, ſeu officium actuariatus. Dicbeam ego pro dicto domino Duce, ꝙ dictum membrum actuariatus cenſebatur affrancatum à Rege, prout affranchatum fuerat dictum ſeudūm abſq; alia ſpeciali denominatione, quia membrum iſtud comprehenditur, & venit ſub illo genere, & ſub illa affranchatione feudi, & iuriſdictionis, nolui olim inter collegas allegare deciſionem: ſed nunc, vt ſatisfaciam dicto domino Duci, cui plurimū debeo, & vt pariter ſatisfaciam votis veſtris, allego vobis deciſ. Andr. in conſt. magiſtri Camerarij, quam videatis: nam eſt deciſio notabilis, & menti tenenda, alia hanc materiam concernentia videbitis in d. c. 1. de alie. feud. pat. ad vnū etiam volo vt aduertatis, de quo multoties dubitari vidi, ſcilicet an ementes ſub haſta pro perſona nominanda, ſi non nominent, videantur ſibi ipſis quęrere, & pro ſe emere, & ꝙ ſic, videbitis Dec. conſ. 143. quicquid contra ſcripſerit Bertrandus conſ. 90. vol. 1. ſed pro Decio facit l. ſecundum reſpōſum, C. de contrah. emptio.

SVMMARIVM.

1 *Res prohibita alienari, prohibetur pariter, & præſcribi.*



1 SEquitur modo terminus præſcriptionis, qua mediante ēt feuda quærūtur, ſed quia res prohibita alienari, prohibetur pariter & pręſcribi, cum patiens præſcribi alienare videatur, & Doctores noſtri multa ſcripſerūt ſuper intellectu c. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. mil. & pari-

pariter super intellectu constitutionis quatrigennalem, & const. consuetudinem prauam, ideo ne transplantemus materias remicto ad ea, quæ latè scripsimus, & quæ latè etiam vos audistis per me viua voce in d. c. si quis per triginta, cuius capituli repetitionem cito videbitis (Deo adiuuante) vbi etiam habebitis, quãdo simul concurrant priuilegium, & præscripto, & quãdo prę scriptio possit aliquid operari vltra verba inuestituræ, & quid si verba inuestituræ repugnent, aut sint ambigua, & an præscriptio cadat super his, quę possideri non possunt, & an priuilegium operetur contra aliud priuilegium, & quando similiter præscriptio, aut priuilegium extendantur, & an similiter iurisdictio præscribi possit, & quis gradus iurisdictionis sit impræscriptibilis, & quando similiter iurisdictio cohæreat personæ vel territorio, vbi declarabimus, & ibi similiter diximus, an fiscus vtatur, & vti possit bonis omniũ in Regno pro defensione Regni, & an possit capere lignamina de nemoribus Baronum, aut aliorum pro construendis, aut muniendis triremibus, & an cum prætio, vel sine prætio, & an præscriptio interrupta iterum renouetur ex pristino, & antiquo titulo, & alia nimis vtilia ad practicam, ibi consulto posui, ne nimium dilatemus ista præparatoria, sed quare per dictã const. consuetudinem prauam permictatur præscriptio feudi, vel ipsius quotæ minori tempore, quam in rebus singularibus feudi intellexistis hoc anno viua voce in repetitione capituli Imperialẽ, vbi Andreas loquens de totalitate & rebus singularibus feudi ęquiparat feudum ipsum statuæ, seu imagini per leges quas allegat, & hanc repetitionem cito etiam habebitis (Deo adiuuante) vnum tamen nolo, vos ignorare, quod posuit Bal. in c. cum tanto de consuetudine extra vbi quærit & assignat rationem, quare per præscriptionem non quæritur directum dominiũ, sed vtile nu. 42. & addit, ꝗ dispositio l. cum de in rem verso non est propria præscriptio, sed quædam præsumptio iuris firmata tempore, & ibi loquitur de pręscriptione pedagij, nam plerũq; cõsideratur effectus seperatus ab actu, vt per Bal. per illum tex. in l. 1. §. interdum ff. de legit. tutor. & ibi etiam declaramus an dispositio legis si quis emptionis C. de præscr. 30. vel 40. ann. procedat contra dominum, & quãdo, ibi videntibus Deo dante.

SVMMARIVM.

1 *Possessio præsens præsumitur ex titulo præcedenti.*



LII duo termini, qui sequuntur clari sunt, nam si donatio præcedit titulum acquisitionis feudi, nihil est, de quo dubitetur, & illa semper præsumitur realis, vt supra nos docuimus per Andr. in §. quin etiam post nu. 3. Epis. vel Abb. vbi in dubio verba non repugnant, & de mente non constat, præsumimus non personalẽ fuisse tenorem, sed realem, vbi allegat bona iura; quibus addatis Bar. in l. fin. ff. de seru. legat. & Bal. in §. si quis alicui l. apud Iulianum de leg. 1. Imol. & Moderniores in l. quia tale ff. solu. matr. Et hęc de vera donatione, quę semper prę

sumitur in Rege, nisi sint verba denotantia concessionem in feudum, aut verba æquipollentia, quæ importarent eundem effectum, vt diximus in præmissis, donatio etiam præsumpta cognoscetur ex modo possidendi, nam si possessor Castri, aut feudi nullū ex eo præstet seruitium, aut adoham, nec releuium vnquam soluerit, & casus euenerint, vtique feudum censebitur franchum, & liberum ab istis præstationibus, licet habeat intrinsecam seruitutē, tanquam feudum, & ex hoc subsit etiā legi priuationis, & felloniæ, tam ex lege feudi propter delictum, quam ex lege contractus propter culpam in feudum, vt nos etiam superius docuimus, vbi diximus, ꝙ feuda ista quamuis frācha & libera à seruitijs possunt amitti, sicut & alia feuda, modus ergo possessionis indicabit titulum qui ignoratur, simile est quod dicimus, ꝙ possessio præsens præsumitur ex titulo pręcedēti l. quædam mulier ff. de reiuen. & l. 2. C. de acq. poss. probat Bar. in l. cum solus, & in l. Celsus ff. de vsucap. & hoc est quod dicunt passim aduocati nostri temporis, vt allegetur titulus, & probetur possessio, de quo loquitur Andr. in §. nec dominus nu. 5c. in final. verb. de proh. feud. alie. per Feder. vbi dicit ista verba, quia præsumitur inuestitura, & donatio ex tempore, simile est, quod dixit Andr. in §. præterea ducatus in finalibus verbis ante additio. de prohib. feu. alie. per Feder. vbi loquens de modo inducendi consuetudinem, & titulum præsumptum, dicit ista verba, in his patientia habetur pro titulo, dumtamē vsus sit iure suo, quod quomodo intelligatur, declarauimus in d. c. si quis per triginta, nam quando lex resistit principio acquisitionis non potest dici quem iure suo possidere, secus quando lex non assistit, ibi videbimus clarius, & diffusius, ad vnum tamen volo vos animaduertere, ꝙ si possessor feudi habeat titulum institutionis à defuncto, & titulum inuestituræ in personam antiquorum, tūc titulus inuestituræ solus actenditur, & non institutionis, & hoc totum facit ius illud inuestituræ, quod præpōderat in feudis, & sic secundus titulus institutionis non actenditur propter illam regulam, ꝙ in feudis nulla ordinatio, neque dispositio valet, neq; tenet, probat Alex. cons. 44. nu. 3. vol. 1. per dispositionem cap. primi de success. feudi,

SVMMARIVM.

1 Lex si vnquam C. de reuocand. donat. an habeat locum in feudis.
2 Veritas disputando lucidior resurgit.
3 Mortis tempus actenditur, vt sciatur quis sit primogenitus.
4 Filij habent querelā inofficiosi aduersus patrium elogium.



OLVI tamen indiscussum relinquere articulū, de quo sæpe fui interrogatus, scilicet an dispositio
1 l. si vnquam C. de reuoc. donat. procedat in feudo, & licet hanc quæst. reassumat Camer. in c. Imperialem nu. 50. & idem tractat, & examinat dominus de Anna in sua repet. c. 1. de vax. decrep. ætat. nu. 188. & seq. placuit illam ad partes, examinare, vt sciatur veritas
2 articuli, & vt venientes post me, occasionem habeant inuestigandi, nam veritas,

ritas diſputando lucidior reſurgit, & pulchior, dicit dominus Camer. quòd in actu refutationis actenditur ſtatus contractus, nam ſi frater primogenitus refutet fratri ſecundogenito, & ſic refutatio habeat formã ſuam, ſi poſtea contingat refutantem ſuſcipere filios iuxta terminos d. l. ſi vnquam refutatio non retractatur, quaſi ꝙ momento impleta impleatur incommutabiliter, & irreſolubiliter, & ſuſceptio filiorum ſi poſtea ſequetur in nihilo poſſet obeſſe actui iam perfecto, & conſumato vt videmus in purgatione moræ, quæ non admictitur effectu iam conſumato, & facta exequutione à lege, vel ab ab homine ſecundum Bar. in l. 2. ff. de don. probat glo. Pariſ. §. 3. glo. 2. nu. 16. & ſeq. vbi alios allegat, quod etiã adiuuat intentionem Cameraij. Sed Camerarius nõn aſsignat rationem quare feuda non ſunt ſub lege ſuſcipiẽdæ prolis, cuius fauore fuit promulgata d. l. ſi vnquam, pro qua facit l. ſi vir ff. de cond. & dem. textus notabilis, nam vt dicunt omnes, neque pater poteſt renunciare beneficio d. l. ſi vnquam, quia d. l. tangit beneficium alterius, dominus de Anna multa ſcripſit, & cumulauit ad dignoſcendum, quando in contractu perficiendo, aut ſollemnizando actendatur tempus actus gexti, vel cõditionis euentus, & in proximitate dixit actendi tempus mortis, vt ſciatur quis ſit primogenitus, & in dotata, vt excludatur ꝙ debet actendi tempus mortis illius de cuius ſucceſsione agitur, & alia ſuo more congeſsit ingenio sè, & doctè, & fideliter retulit opinionem Camer. reaſſumendo etiam quòd quando tractatur de inhabilitate perſonæ, actenditur dies actus gexti, ſed quando tractatur de impedimento rei inſpicitur euentus, ſeu dies effectus, ſuper quo ego multa ſcripſi in l. interci dit ff. de cond. & dem. & Bal. etiam notabiliter cumulauit aliqua in l. 1. C. qui non poſſ. ad lib. peruen. & in l. 1. §. ſin autem nu. 6. C. de caduc. toll. ſcripſit etiam aliqua Ang. conſ. 92. & idẽ Bal. in c. 1. hic finitur lex poſt nu. 15. ibi ad l. intercidit reſpondeo, vbi optimè illam legem declarat, & notabiliter loquitur. In contrarium tamen videtur, ꝙ ad ſuſtinendum actum ſufficiat filios non extare, quibus poteſt ſuccurri alia via, quando donatio fuerit forſan inofficioſa, nam quando res alienantur in fraudem creditorum, competit pauliana, vel in factum ad reuocãdum alienata, vt nos ſuperius firmauimus, & ſimiliter, ſi in fraudem Fiſci alienantur, reuocantur l. ſi in fraudem ff. de iure fiſc. & not. Bart. in l. poſt contractũ ff. de don. & filij ſimiliter habent remedia iuris communis ad reuocandum alienationes interim factas, per quas ſuis portionibus fraudentur, prout videmus, ꝙ aduerſus donationes, & & tes inofficioſas habent filij querelam de inofficio-
4 ſitate, vt notatur C. de inoff. don. per totum, & in l. 2. quæ etiam videtur determinare, vt actio iſta competat, etiã parentibus, vt in l. ſi filius C. eod. titulo, & notãt doct. in l. omnes §. Lutius quæ in frau. cred. in eo, qui donauit omnia, & quando filius poteſt ſubueuiri alia via, non debet admicti ad reuocandũ neque ad impugnandum legitimè geſta per patres, & hoc totum facit incertitudo. Vnde etiam cauſatur, vt cõtractus gexti per minorem valeant, etiam ſi aliquid remictendo, aut donando contraxerint, vt notatur in l. de fideicõ miſſo

missō C.de transact.& in l.si pater puellæ C. de inoff. test. vbi doctores. Videmus etiam hoc, ꝙ quando tractatur de succedendo ex dispositione hominis, consideratur affectio testatoris, & non proximitas gradus, vt not. Bal. in l. cum ita §.in fideicommisso, ff.de leg. 2.& in l. si mulieri de vsufru. accresc. quem sequitur Imol. in l. quod dicitur de verb. oblig. & in l.Gallus §.quidam rectè de lib. & posth. Ias. in l. fin. C.de success. ædicto, & Dec.cons. 1.& propterea dominus Tiraq. in d. l. si vnquā verb. omnia vel partem aliquam nu. 36. dixit, ꝙ primus rei status inspicitur qui in exordio fuit, licet ex post facto mutetur,& licet loquatur de rei, iddem tamen, & magis iudicari potest de statu personæ, quod probat idem Tiraq. de retract. consang. §. 11.glo.2.vbi loquēs de dicto §. in fideicommissō vult, ꝙ in reuocatione feudi alienati ille agnatus admictatur ad reuocandū, qui proximior erit tempore actus gexti, de quo nos loquuti sumus in c.Titius si de feu. fuerit controuer. sed in discursu illius articuli, si tempore contractus venditionis factæ à tuo consanguineo tu illi proximior eris, sed interim infra annum retractus nascatur alius te proximior, quis præferatur, ꝙ prius examinauerat in eodem libro rertact. cōsan. §.1. glo. 9.nu. 80.Sed quicquid in contrarium argui possit, placet mihi opinio Camerarij, vt actendatur tempus factæ refutationis, & hanc conclusionē firmo authoritate Andr. nostri in c.naturales, si de feud. fuerit controu.nu. 5. vbi dicit ista verba, quid ergo, si quando legitimatur ad successionem naturalis non habet filium legitimum, sed postea generatur ex vxore, an naturalis legitimatus succedat cum legitimis, videtur ꝙ sic, dicit ipse, quia si legitimatus esset per matrimonium, hoc esset, ergo iddem videtur per Principē, nam quæ præcesserunt natiuitatem legitimorum non debent ex superueniēti natiuitate irrita fieri, non obstat l. si vnquam, quia ibi erant prorsus extranei, quibus donabat. Vndè si donasset filio, non reuocaretur in totum, & alia subiicit digna notatu, & hæc theorica, iudicio meo, sufficit ad decisionem articuli, & quæstionis, vt inspiciatur tempus actus gexti, cui decisioni addi potest ratio, quia qui refutat feudum dicitur refutare rem, vt sepæ diximus. Et propterea si feudum illud erit valoris notabilis, ita ꝙ commensurari possit valori quotæ hæreditariæ, stabit contractus istæ sub illa lege inofficiositatis, prout stant cæteræ donationes immensæ factæ per parentes prodigos, cū illa tamen distinctione, quam faciunt Doct. in l. si totas C. de reuoc. don. & per hoc dignoscitur non obstare motiua in contrarium adducta, quia actus refutationis est omninò purus, & nullam recipere potest conditionem, neq; respicit ad vllum euentum, vt dicemus in tex. cum Andr. & licet natiuitas filiorū faciat, vt possit reuocari sub illa distinctione, de qua in l. si totas, hoc causatur ex nouo euentu, etiam sub illa distinctione, si fuerit præcogitatus, aut non, & in omnem casum effectus iste actenditur quando veniet, prout nunc, & non respicit ad actum gextum, prout tunc, quod prosequitur Tiraq. in l. si vnquam ver. suscepit liberos. Sed ꝙ actendatur tempus contractus, firmauit Bal. in quamuis C.de fideicom. in l. quamquam ad l. falcid. & in l. 2. C.de

reuoc.

reuoc. his quæ in frau. cred. licet Alex. cōtradicat in l. ratione la 11. ad l. falcid. videmus hoc in legitimato à patre nō habente filios legitimos & naturales: nam legitimatio tunc facta non infringitur, licet postea filij nascantur, vt per Tiraq. in l. si vnquam vers. donatione largitus nu. 219. firmat Oldr. cons. 246. quem Tiraq. non meminit, & aduertatis ꝙ 12. quæstio procedit in refutatione feudi, nō tamen in infeudatione, quæ non dicitur donatio simplex, sed ob causam, vt superius firmauimus. Licet aliqui minus bene de vtraque loquantur confundentes terminos.

Facit etiam iste terminus donationis ad quæst. diù ventilatam in Sacro Consilio inter dominum D. Carolum de Auolos, & Illustrissimam Dominā Marchionissam Vasti matrem. Donauerat enim Dña Marchionissa quosdam introitus summæ notabilis dicto eius filio contemplatione matrimonij tunc contrahendi inter dictum dominum D. Carolum, & dominā D. Sueuam Gesualdam: quos introitus idem dominus D. Carolus postea retrocesserat matri durante illius vita tantum. Super quo fuit mota lis, tam per dominam D. Sueuam, quam per alios, quorum intererat dominium cōseruari penes donatarium, & instructo processu, Aduocati dicti domini D. Caroli cæperunt dubitare, quia pars allegabat, ꝙ retrocessio cantabat de fructibus tātum, qui erant viri, & dominium ipsorum non abscesserat à donatario. Ego vnus de Aduocatis assumptis ꝓ dicto domino D. Carolo allegaui decisionē glo. Paris. §. 25. nu. 12. vbi in indiuiduo dicit ista verba, nec obstat, ꝙ fructus sunt viri, & non mulieris, quia isti fructus sunt destinati pro oneribus matrimonij, allegat bona iura. Et hæc decisio fuit laudata nimis inter Collegas, & secundum istam decisionem fuit iudicatum in fauorem dominæ D. Sueuæ: cui possunt addi cumulata per dominum de Franch. decis. 205. & per Arer. cons. 114. sed ante glo. hoc dixit Alex. cons. 109. nu. 8. in fin. vol. 4. quem postea vidi.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quatuplex sit, quomodo nascatur, viuat, & moriatur.*


SVPEREST pro cōplemento generalium vt sciatis, quotuplex sit feudum, 1 quomodo nascatur, viuat, & moriatur. Et in his tangentur aliqua pertinentia ad §. deniq; quæ sit prima causa benef. amitt. Et his peractis, veniemus (Deo duce, à quo omne bonū procedit) ad rubr. & declarabimus rubricam, tex. & Andr. iuxta morem.

SVMMARIVM.

1 *Feudum vnicum est, & illud dicitur rectum, quod vocant ex pacto & prouidentia.*

2 *Pacta quæcunq; ponantur, etiam in contractu feudi seruanda sunt, tanquam pacta conuenta, dummodo nō contradicant substantiæ feudi.*


FEVDVM ergo vnicum est, & illud quidem dicitur rectum, quod vocant ex pacto & prouidentia, vt notatur in c. 1. de consuetudine

tudine recti feudi, & licet Andr. passim, vt nos quoque supra notauimus, dicat, ꝙ feudi natura est duplex. Alia scilicet, ex qua originatur, & fit feudum rectum, & ex pacto & prouidentia, de qua infra in textu, §. & quia vidimus ver. sed cum hoc iure, Et altera, ex qua causatur feudum hæreditarium: hoc verissimum est, sed totum procedit ex diuersa forma inuestituræ, & sic à Principe, à quo feuda tanquam ex publico processerunt, & procedunt, & à cuius manu, & ore tãquam à flumine nascũtur omnes riuuli dignitatum, & ad quem dignitates ipsæ, & feuda redeunt: & per eũm iterum renascuntur: & ex hoc fit, ꝙ feuda redditiria, quæ vocant censualia, dicuntur etiam feudalia seu de feudo propter originem, & naturam ipsorum bonorum, quæ procedũt, & deriuantur à feudo, vt superius nos notauimus, quicquid scripserint Bal. de pace constan. in verb. persoluere fictum, & sequaces eius. Nam in constitutione feudi fuerunt membra, & subfeuda vnita suo capiti, & totalitati, & licet habeant diuersos effectus, vnum tantum diiudicabuntur actenta origine, & quando Doct. nostri, & Regnicolæ laborauerunt in demonstrando 1
differentias feudorum, nam aliqui dixerunt de feudo conditionato, aliqui de feudo fœmineo, aliqui etiam de feudo francho, & de similibus, vos dicatis, ꝙ differentiæ istæ nascuntur ex diuersitate concessionum, & inuestiturarum, ad quas semper recurrendum est, & supra notauimus, & quia naturalia feudi possunt immutari, dũtamen mutatio ipsa fiat ab eo, qui potestatem habet feuda ipsa de nouo fa- 2
ciendi, & erigendi, ideò ex diuersitate concessionum feuda recipiunt diuersitatem nominum, sed in effectu vnicum est feudum si simpliciter concedatur, vt supra notauimus, videmus hoc in emptione, & in alijs contractibus rerum dependentium à voluntate contrahentium, in quibus contrahentes possunt remictere naturalia l. emptorem in fin. ff. de actio. empr. cũ concord. nam pacta quæcunq; ponantur, etiam in contractu feudi, illa seruanda sunt, tanquam pacta conuenta, dummodò non cõtradicant substantiæ feudi, vt notatur à simili in l. 1. C. de iure emph. & de his superius aliqua nos scripsimus dum declarauimus formas inuestiturarum.

SVMMARIVM.

1 Feudum, & feudorum differentia nascitur ex lege inuestituræ.

2 Subfeuda quando dantur sub aliqua præstatione censûs, tunc non transfertur dominium.



NASCITVR ergo feudum, & feudorum differentia ex lege inuestituræ, vt in cap. 1. de duobus fratribus, viuit in obseruantia contractus, dum præstantur fides, & seruitia, & seruantur simul pacta conuenta, moritur, posteà ex fide non seruata per fęlloniã, quæ dupliciter consideratur: vno modo per delictum in dominum, quod in feudũ appellare solemus, & alio modo per delictum contractus, scilicet, quando pacta non seruantur, & in hoc aduertatis, quod quando subfeuda dantur sub aliqua præstatione censûs,

tunc

non transfertur dominium, vt aliqui putauerunt, quia esset inducere separationē feudi, & facere diuersam naturam à feudo, quod facere prohibetur Baro, sed cessantes ab istis solutionibus, non incident in commissum, vt de emphiteosi notatur, & in hoc non benè scripsit socc. cons. 15. vol. 2. alias legitur 167. omnibus numeris computatis, & alibi nos scripsimus, & præcipuè in §. denique quæ sit pr. causa benef. amitt. vbi retulimus opiniones concordantes quia multum interest, subfeuda vel excadētias considerari tanquam solita concedi, & tūc vti vnita feudo, vel tanquā extincta, & resoluta & tūc vti redita men se ibi videbitis, & remictimus.

SVMMARIVM.

1 *Vaxallus, dum est infidelis, facit contractum resolui ex lege data inuest.*



ET mors ista feudi procedit in omni feudo, etiā in feudo ex pacto, & prouidentia, vt notauimus in §. deniq; sæpius allegato, quę sit prima causa benef. amitt. & hoc totum facit resolutio contractus, nàm dū Vaxallus est
1 infidelis, facit contractum resolui ex l. data in inuestitura, & quādo alius proximior, seu agnatus vult venire ad feudum, reperit illud extinctum, & resolutum, vndè solitus sum dicere, quod dispositio §. Cornelio fęlici, l. Stati⁹ Florus, ff. de iure fisc. non procedit in feudo extincto, vt videmus de riuulis redeuntibus ad propriū fontem, qui amplius non reperiuntur, nàm, & dominiū quoque occiditur, vt notat gl. in vers. possidet, quæ est fin. l. si ædes in fin. de seruitutibus vrbanorum prędiorum, & licet Andr. videatur inclinare in aliam partem, tanquam in æquiorem, tamen rationes suæ adductæ in c. 1. si vassa. feu. priu. sunt ità fortes, & efficaces prò Fisco, vt responderi non posit, & idem Andr. in §. è contrario propè finem de inuest. de re alien. fact. dicit ista verba, item si pacto reuertātur ad dominum, iste res, definunt obligationes, & probatur apertius in c. 1. an illæ qui interficitur fratrem nascitur enim vitium infidelitatis, ex vna radice, idest ex lege inuestituræ, & pro inde, cùm euacuetur feudum, & nullum remaneat vestigiū, in quo sustineri posit, quia statim, & euestigio illud vtile dominiū redit ad suum directum, & illi reunitur, & Camer. num. 57. in cap. imperialem col. 5. dixit ꝙ differentia, ista iunguntur, sed rectius loquutus fuit Bal. in l. placuit, C. de lib. causa, & nos latius diximus in d. §. denique, vbi diffusius iudebitis per argumenta ad partes, vbi etiam firmauimus ꝙ sententia lata cum possessore, præiudicat alijs agnatis in feudo ex pacto, & prouidentia, quando discussum fuit idem ius quicquid scripserit Andr. in cap. si vaxallus, si de feud. fuerit controuer. & hoc si collitigantes non colludendo, processerunt, alias sequeretur, ꝙ cùm vnoquoq; esset litigandum, & res in infinitum protraheretur, & hoc totum facit virtus rei iudicatę, secundū Bal. in lege receptitia, C. de const. pec. Non sic in actibus volūtarijs, & in pręscriptione, vt ibi latius diximus post Andr. declarando Andr. in c. 1. num. 7. de inuest. de re alie. facta, vbi de præscriptione loquitur, & nos ibi declaramus quādo actus præscriptionis sonat in agere in agere, & qn̄ in pati, & aliqua dicimus post eundē Andr. in §. quid ergo nu. 17. de inuest. de re aliena facta.

SVMMARIVM.

1 *Dicere contractum imperfectum, quod*

procedit, antequam originetur, & antequam feudum constituatur inter se valdè differunt.

2 *Feudum non constituitur, sine illis verbis inuestio te.*

3 *Feudum non reperiri, & esse extinctũ, seu vacuum, an differat.*

4 *Vaxallus facilius conseruat ius, quod habet, quã recuperat, quod ammisit.*

1 IFFERVNT enim valdè inter se dicere cõtractũ imperfectum, quod procedit, antequam originetur, & antequam feudum constituatur. Nã in natiuitate feudi de iure comuni feu-
2 dorum requiruntur illa verba Inuestio te, sinè quibus verbis, feudum non cõstituitur, & in Regno sufficit habere priuilegium Regis, vt suprà docuimus, & hæc in feudo dato à Rege, in feudo etiã empto antequam Rex assentiat, dicitur contractus imperfectus, tanquam non habẽs formam suam, Nàm ab assensu contractus feudalis recipit perfectionem, & formam; & quando contingit contractum, & assensum, differre ista duo, tanquam imperfecta non faciunt vnum perfectum, quia non conueniunt in eundem finem, vt nostri feudistæ notant, & vera dicunt, & dicere contractum nullum, quia nullitas põt procedere, quando uitium est inreparabile, puta si post contractum partes reuocauerunt uigore const. Regni; nàm assensus posteà superueniens non perficit actũ, quia non habet in quo figat pedes, & ut Bal. notauit, dicens, ꝙ forme caret sua materia, & dixit Bal. in l. si cũ inter, C. quando pro no, non est nec: iterũ ex nullitatibus altera dũ reparabilis, & altera irreparabilis, vt alibi diximus declarando Decis. Affl. 253. sed ab his
3 omnib⁹ multũ differt feudũ nõ reperiri, & esse extinctũ, seu euacuatũ, & hoc totũ facit coniũctio maioris dominij, & vis pacti, quæ habẽt vim actractiuã, & resolutiuã, nascitur ẽt hæc priuatiò ex grauedine culpæ ingratitudinis, quã cõsiderauit Andr. in c. sancim⁹ l. 2. nu. 11 quo tẽpore miles, & nascitnr, quia delictũ factũ ẽ, & cõmissũ in dñm, ad quẽ p hoc debet feudũ reuerti, ut notat idẽ Andr. de vass. decrep. ætat. antè nu. 2. & extincto principali, cõtractu nõ habẽt successores neq; agnati quid petant, sicut sublato origine nõ remanet imago vt idẽ Andr. notat in eodẽ loco in additione ꝓpè finẽ. Vbi dicit notabile verbũ; quia ipso iure feuda erãt deperdita,
4 quia sic cõuenerat, nam facilius cõseruat Vaxallus ius, quod habet quã recuperat quod amisit, & hæc dicta sint disputandi causa, & ad præparandos animos studiosorũ, vt conclusionẽ istã rectius intelligatis, dũ illã ad partes disputabo in d. §. denique, dũ loquar de intellectu eiusdẽ Andr. in c. 1. post n 16. quæ sit pr. causa benef. amitt. dũ vult, ꝙ ista feuda antiqua subiacẽt restitutioni, & delictũ vnius nõ nocebit alij, expectate responsionẽ ibi, nè dilatemus, & trãsplãtemus materias, nam ista verba Andr. intelliguntur de alijs delictis, & non de delictis in dominum: ad vnum tamen aduertatis, ꝙ licet feudum reperientũ ad Regem, non dicatur amplius feudũ dicitur tamen res feudalis, nam si Rex illud alteri cõcedat simpliciter, censetur dedisse sub eodem seruitio, pro ut alijs dederat prius, & sic stabit hoc feudum sub lege taxæ ueteris, & non nouæ &ità pluries respondi, nam Rex iterum concedendo, de nouo creat illud utile dominium extinctum per regressionem ad directum, vt dixi in d. §.

in d.§.denique, & dando absq; noua expressione seruitij, censetur dedisse sub illa prima taxa pro ut antiquitus fuerat taxatum, & ideò fiscales adinuenerunt hæc feudo dari sub expressione seruitij, seu adohæ, iuxta nouam taxam ad tollendam dispositionem legis excepto c. locati, & l. vel vniuersorũ cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Non omnis homo potest dare iurisdictionẽ, quæ in est feudo cũ vaxallis, nec omnis homo potest dare nobilitatẽ.*
2 *Nobilitas inest in feudo.*
3 *Feudatarius dicitur miles Regis, dux quid dicatur.*
4 *Nemo dat, quod non habet.*



XPLANATIS istis dubietatibus, super est modò, vt veniamus ad rubricã vestram, quæ se offert, omissis leuioribus, quæ tractari solent, nam & notabilia, & conclusiones tractabimus simul cum gl. vestra, & cum And. & pro cognitione debetis scire, q; in feudo quatuor considerantur, vt notauit Bal. in l. quoties post num. 10. C. de suis, & legit. scilicet natura, aptitudo, actus, & consuetudo; sed Bal. noster omisis dicere potentius, quod consistit in causa efficiente, & in potestate constituendi feudum, & forsan opinio sua sustineri poterit, vt procedat in feudo formato, & erecto, & non in feudo formando, de quo feudo formato, & in esse pducto loquitur rubrica vestra, quæ ideò dixit de his, qui feud. dar. poss. & nõ dixit de his, qui in feud. dare poss. nàm nõ oĩs homo põt formare feudũ, neque erigere, quia cõtractus iste feudalis, vt superius diximus habet suas singularitates, & nõ est, sicut cęteri contractus, qui ex solo cõsensu contrahentiũ cõsequũtur effectũ suũ: nam virtualiter cõtinet aliqua, quæ nõ pendẽt à facultate om-
1 niũ: nã uidemus, q; nõ omnis homo põt dare iurisdictionẽ, quæ inest feudo cum vaxallis; nec omnis homo põt dare nobilitatẽ, quã paradogiũ appellamus, &
2 in feudo inest nobilitas, quia miles Re-
3 gis dicitur, & militare tenetur, nisi seruitiũ remissum sit, vt docet Andr. in c. 1. §. cæteri verò, quis dicatur. Dux, vbi de paradogio, & de seruitio loquitur, & idem Andr. in c. 1. de nat. feudi n. 2. uers. si vero dicit, q; minimi valuasores non possunt dare feudũ, quia nõ possunt facere aliquẽ nobilẽ, neque dare paradogiũ. Et sic in hac collatione feudorũ, & erectione requiritur potestas, quæ sola dignoscitur apud Principes, & apud illos, qui nõ recognoscũt superiorẽ, secus esset in facultate nominandi. Et alias tanquã aduocatus fideliss. Ciuitatis Capuæ, defendebã corã Doctis Cõsiliarijs illos de Regimine dictis Ciuitatis qui de quadraginta nominãtur, qui ex consuetudine præscripta habebant facultatẽ nominãdi aliquos Ciues, qui uidebãtur digni aggregari in cætu nobiliũ, & post nominationẽ istã sequebatur prouisio & aggregatio per Illustriss. Proreges Regni, fundabã hãc consuetudinẽ
3 nominãdi p gl. l. 1. ubi Doct. oẽs C. quæ sit lõga cõsuet. probat Andr. in c. 1. nu. 2. de feu. cogn. Ang. cons. 63. & 320. vbi optimè loquitur, & rationẽ assignabã, quia consiliũ ciuitatis repręsentat totũ populũ, ut notauit Alex. cons. 17. uol. 6. ex aduerso aũt pretendebãt nobiles dictis Ciuitatis, q; nominatio nobiliũ aggregandorũ de iure, spectat ad nobiles Ciuit.
4 ex regula quia nemo dat, quod non habet, de qua per Andr. in c. 1. §. si uno

contingerit nu 50. de pac. iur. firm. dicebam ego, ꝙ idem Andr. in eodem loco resoluit quæstionem: nam dum diceret, ꝙ burgensis non potest in feudare, quia non potest dare nobilitaté. Respondet ipse, ꝙ hoc fecerat cum voluntate, permissione, & confirmatione Principis. Et sic illi de Regimine non dabant ipsi nobilitatem, sed postulabant pro nobilitando, & aggregando, aliquem, & ideo, Princeps conferebat: ex hoc discursu volo, vt non ignoretis terminum aggregationis, de quo pluries sermoné feci cum illo Peritissimo, & insigni Iurisconsulto. Et singulari viro dudum Aduocato maximo, domino Ioanne Francisco de Ponte Regię Cameræ Præsidente, & feudorum Magistro, & lectore dignissimo. Et nuper ad Regentium dignitatem assumpto. In Hyspania profecturo ad latus Principis, & est ꝙ data facultate aggregandi platheis, & sedilibus, non possent ipsi aggregare, nisi aliunde nobiles. Nam nó possent aggregare, neq; Ciues, neq; ignobiles, quia per hoc inducerentur duo specialia, scilicet, vt nobilitarent, quod facere non potest, nisi Princeps. Et vt adderent, seu aggregarent eorum cætui illum hominem; volui hic tangere pro aliquali degustatione. Nam in tractatu meo nobilitatis, diffusius habebitis (adiuuante Domino) & addite, ꝙ defectus in causa efficiente non operatur, vt actus valeat, pro vt valere potest, secundum Bart. in l. 1. §. si quis ità ff. de verb. oblig. Quod Fœly. ampliat etiam in causa formali in c. cùm ex officij nu. 25. de præscription.

SVMMARIVM.

1 Vtile dominium quale sit.



SVPER eadem rubrica in uerbo dare noteris, quò ad vtile dominium tantum, quia per hanc concessioné in feudum, non transfertur nisi vtile dominium, vt notatur in cap. 1. de controuer. inter vass. & alium de benef. in c. 1. §. Rei de inuest. de re alie. facta, & in c. 1. de Capit. Cort. & nos supra loquuti sumus, & Andr. notat in c. 1. n. 10. in fin. quo tépore miles, vbi dixit, ꝙ hoc vtile dominiú est, sicut chimera, & idé dixit in c. 1. post n. 5. de feu. sine culpa nó amict. sed alibi dixit, de inuest. de re alien. fa-
1 cti, ꝙ hoc vtile dominú est, sicut fructus qui sapit, sed flos nitet. Et hãc trãslationé vtilis in tex. vestro intelligatis fieri nó totaliter, quia rubrica debet intelligi, iux. permissioné legis, quæ pmictebat olim fieri sub in feudationem vsq; ad medietatem, sed quomodo sit dare vtile vtilis, nos superius loquuti sumus, declarando obscura verba Andr. de Capit. Cort. in secunda additione in principio, & inferius dicemus aliqua cum Andr. pro complemento ad declarationem aliquarum difficultatum, quæ occurrere possent, respectu aliquorum textuum, qui uidentur contradicere.

SVMMARIVM.

1 *Barones, an possint res excadentiales deuolutas feudo, iterum concedere sub eodem seruitio.*
2 *Verbum debet quam naturã habeat.*
3 *Excadentialia, an cogatur Baro alijs concedere.*
4 *Baro si asserat rem solitam concedi, & excadentialem, an eius nude assertioni*

tioni sit standum.

5 *Pars, quae suo non congruit universo, turpis est.*

6 *Baro, an possit rem sibi latam sub alia lege concedere.*

7 *Contractus cum uno celebratus, alteri nocere non debet.*

8 *Baro est minister legis, & ideò pupillo comparatur.*

9 *Actus particularium, non constituunt ius, quia à voluntate procedunt.*



N eadē rubrica super verbo possunt, notetis, ꝙ Barones possunt, si uelint res
1 excadētiales deuolutas feudo, iterum concedere sub eodem seruitio, ut notatur per Andr. in cap. imperialem post nu.8. & in constitutione, ut de successionibus in uerbo in omnibus autem, & hoc importat illud verbum potest, quod facultatis est, & nō necessitatis, ut notatur in l. sæpè, & ibi per gl. & Doct. cum l. seq. ff. de off. præsid. probat Andr. in cap. 2. apud quē, vel quos, sed si iungatur & præcedat dictio negatiua, tūc sine dubio importabit necessitatem præcisam, quia abnegat facultatem, & remouet potentiam ab actu, vt uoluit gl. notab. in cap. 1. in ver. non potest de reg. iur. in 6. sequitur Bar. in l. fin. col. 2. ff. de ferijs, & idem Bar. in l. gallus, col. etiam 2. & ibi etiam Bal. & alij de lib. & posth. & in l. de his, ff. de transact. vbi dicūt, ꝙ per ista uerba resistitur actui notauit aliqua. Glo. Paris §. 1. glo. 3. de ver. poten. potest ergo Baro, si vult dare ista excadentialia alij, tan-
2 quam res solitas concedi. Nam aliquando verbum debet, quod necessitatē importat de per se, si dirigatur ad personam, cuius fauore profertur, mutabit naturam suam, ut per Salyc. in l. creditores col. 2. C. de pignor. Sed hāc conclusionem dicatis procedere, nisi durarent vestigia prioris contractus, & ille non esset in totum resolutus. Nam si uenirent agnati, & proximiores illius defuncti, qui essent in gradu successibili, teneretur. Baro illis concedere sub eadē lege, & sub eodē censu, seu seruitio pro quo tenebat defunctus, quia adhuc durat de contractu, & ità debet intelligi doctrina Bar. ab omnibus approbata in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiua, nam licet dicta decisio Bar. non procedat in feudis, ut dicunt Docto. nostri per prædictā const. vt de successoribus debet intelligi in feudis, aut subfeudis alij de nouo dandis, & ad mensem reditis vt supra declarauimus. Sed in subfeudis semel concessis certo generi personarū non potest Baro alijs illa dare, quia esset auferre, & perimere iura aliorum, ut notatur in c. 1. circa medium per quos fiat inuestitura, & quando Paris in multis locis in suo laborioso tractatu de re integr feu. & ma-
3 ximè in cap. 7. num. 4. uoluit, ꝙ Baro teneatur ista excadentialia alijs concedere, & non possit pro se retinere, dicatis vos, ꝙ non benè loquitur, quia potest in sua mensa, & in suo demanio tenere, si vult, nec cogitur alij dare, præterquā in casu præmisso pro obseruantia prioris conuentionis, tangit Capyc. in sua inuest. in verbo feudum dare col. 7. cōclusione 12. & clarius hoc firmauit Ruynus cons. 152. vol. 1. vbi declaratur opinio Bar. in l. 1. ff. de priuileg. cred. & ità debet intelligi gl. in d. constitut. vt de successoribus verbo, & si paratus sit tantū dare Fisco, & ità etiam firmauit affl. in cap. 1. num. 7. qualiter olim,

& in

& in hanc sen sum sunt intelligēda verbi Rom.cons. 2.& 202. Alex.cons. 9. vol. 2. Dec.cōs. 78.& 131. Curt.sen. cōs. 48.& eiusdem Alex. cons. 10. vol. 3. & cons 83. & ibi vol. 7. & ita teneatis quic quid causa scripsit glo.Paris.§.30.n.120. & quia dixi vobis, ꝙ tenentur Barones, si volunt in mensa tenere uel dare alijs sub eadem lege, & sub eodem seruitio,
4 aduertatis ad duo, primum, ꝙ si Baro in hac secunda cōcessione asserat rem solitam concedi, & excadentialem, nō statur suæ nudæ assertioni, quia hoc esse sui hoc facere pendet à facultate legis, sed quando sua asseitio esset vestita & haberet fomentum ab alijs adminiculis, vtique per ista uerba probaretur illa qualitas rei, & non obstaret tunc regula l. si forte, ff. de castren. pecul. simile est quod notant Doct. in lōgeua cohabitatione cum copula, ex quibus nō infertur ad matrimonium, cap. illud, & ibi ponderant Doct. & maxime Ant. de Buttio de præsump. sed quando factum istud haberet instrumentum dotis, vel tractatum de matrimonio, vtique tunc præsumptio illa haberet effectum probationis, & faciet filios habe ri pro legitimis, ità notauit Abb. in d. cap. illud, & Dec. cons. 153. & hoc est primum notandum, secundum notabile est, quòd Barones si eligant ista subfeuda, alijs dare tenentur sub eadem lege, & sub eodem seruitio, nec potuerunt mutare formam concessionum: nam si res erat consueta, dari in masculos, & in fœminas, debet ista consuetudo seruari, nec potest in aliquo alterari, & hoc propter vim illius clausulæ, quæ de feudo in feudum, quæ de seru. in seruitium, de qua superius loquuti sumus, hoc notauit Capyc. in d. inuest. super eodem uerbo feudum dant con-
clus. 15. & ibidem limit. 6. plus dico, ꝙ si de tenore, aut de consuetudine primę infeudationis, nō appareret, debent ista subfeuda, tanquam membra regulari à capite, nam si Feudum Baro teneat pro masculis, & fœminis, debent etiam ista subfeuda ità cōcedi, quia turpis est pars,
5 quæ suo non congruit vniuerso, & quia
6 non potest Baro rem sibi datam, sub alia lege dare, & licet Dominus Marinus in fine sui operis velit dare limitationē, nisi Baro præscripserit consuetudine, sic dandi, alterando naturam feudi proprij in subfeudis, hęc limitatio mihi non satisfacit, quia ex cōtractibus gestis cum particularibus non inducitur consuetudo quia actus singulares non inferunt ad vniuersum, & contractus cum vno
7 celebratus non nocet, neq; prodest alij, potest enim Baro præscribere consuetudinem dandi, quæ prohibita est per leges Regni nostri, & permittitur quando præscripta est, sed pręscribere consuetudinem sic dandi, aut alia lege dandi, hoc prohibitum sibi est, & leges vetant, quia tenetur alij dare sub lege, qua habet, & sub consueto seruitio, sed breuiare uitā, aut mutare naturam in istis subfeudis, hoc facere non potest. Et hęc dū uiuit qualitas, & aptitudo infeudādi, secus tamē erit postquā redierunt ad mensam, vt alibi diximus, & ista occurrunt pro declaratione, uerbi potest, nā
8 Baro minister legis est, & ideò comparatur pupillo, vt per gl. in constitutione fratribus in ver. sorori, aliquando etiam hoc verbum potest, designat actum sepetandi, & non actum habendi, & sic nō semper est extinctiuum in futurum, vt per Bar. in l. n. ita, ff. de aur. & arg. leg. in notab. quæst. quam videbitis per vos,

quia

quia eleganter loquitur, & ut dicit Innoc. in c. 1. de caus. poss. & propiet. aliud est, quē esse in possessione iuris, & aliud esse in possessione actuum; actus enim particulariū, non constituunt ius, quia à voluntate procedunt, declarat Dec. cons. 215. optimè.

SVMMARIVM.

1 *Potestas cōcedendi feudum, duplex est, scilicet iuris, & facti.*

2 *In dependentibus à voluntate vnius, abstinentia, aut obseruantia certi modi non inducit, neque vsum, neq; consuetudinem.*

3 *Actiones possideri dicuntur.*


ÆC rubrica, vt diximus, loquitur de potestate concedendi, seu dādi feudum quæ potestas duplex est, 1 scilicet iuris, & facti, c. sciscitatus ext. de rescript. docet Andr. in c. 1. §. licebit quid sit inuest. ibi potentia est duplex, & ex hoc alias inferebam ad decisionē quęstionis intrà Baronem, & vniuersitatem, inter quos facta fuit conuentio; quam capitulationem vocant, vt pro molitura grani soluantur Baroni domino aquarum, & molendini grana decem; vel quædam mensura grani per molentes pro quolibet tumino grani, & euenit, ꝙ erarius, seù odministrator Baronis per centum annos, & plus exegerit illa grana decem à quolibet molente, nunc autem Baro vult exigere mensurā farinę, dubitabatur apud aliquos, an hoc possit facere Baro, postquam per longissimum tempus fuerat vniformiter soluta pecunia. Respondi ꝙ sic, quia in dependentibus à facultate vnius, abstinentia, aut obseruantia certi modi non inducit, neque vsum, neq; consuetudinem, secundum Rocchum de Curte in repet. cap. fin. de cōsuet. col. 66. ver. redeundo ad primum & alias tanquam aduocatus Ciuitatis Bari, obtinui, vt forentes introducentes victualia in illam Ciuitatem, vt venderent, tenerentur soluere collectam impositam inter ciues per doctr. lucæ de Pen. in l. hac prouidentissima, C. de quibus num. vel præsta. nem. lic. se excur. quæst. 25. lib. 10, & hoc propter uim cōsuetudinis, quæ facit illam exactionem permissam, ut per eundem luc. in l. cum neque C. de in col. & vbi quis domicilium hab. vid. eodem lib. 10 ibi, & ideò Ciuitates facit enim consuetudo, vt etiā actiones inde surgant, nam, & actionēs possideri dicuntur, l. quod si in diem in fin. ff. de petit. hæred. & ista sufficiāt pro declaratione rubricæ vestræ sed si præscripta exactio fieret per ministros minor esset difficultas per ea, quam notauit bar. in l. licitatio §. earum ff. de public. & Andr. de capit Corradi §. similiter in ostenditijs in pr. Add. in fine posset ēt prædictis adaptari regula l. apud Auphidium ff. de opt. legat. vbi notatur Doct. ꝙ in cōtractibus dū variatio licet secus in ultimis voluntatibus.

SVMMARIVM.

1 *Ordo est semper attendendus.*

2 *Feuda, an sint de regalibus.*

3 *Cumes, cui cōcessa sūt regalia in suo comitatu, an possit ibidē leges cōdere.*

4 *Regis proprium est creare nouas dignitates, & officia.*

5 *Feudatarij, an possint facere, & exercere regalia, habere fiscum monetā cudere, notarios creare, legitimare bastar-*

bastardos, & alia facere, quæ soli reali coronæ sunt seruat.

6 *Feudatarij, an, & quam iurisdictionē habeant.*

7 *Potestas faciendi, & constituendi officia, & feuda, an sit deregalibus.*

8 *Consuetudo multum operatur in iurisdictione.*

9 *Habentes terr. & vaxallos, possunt, ne dum habere iurisdictionem cohe rentem solo, sed etiam præscribere alium gradum iurisdictionis.*

10 *Qui innititur obligationi personali, non dicitur possidere, neque quasi possidere.*

11 *Iurisdictio, an possit cohærere personæ.*

12 *Feudum, neq; in totum, neq; in partē alienari potest.*

13 *Noua uoluntas consistit, aut in volun tate expressa, aut in voluntate tacita.*



XPEDIT modo, vt procedamus ad apparatū glossarum in illis terminis, qui seperari possunt à conclusionib9 firmatis per Andr.nā vbi Andr. illas declarauit, simul nos pertractabimus, & glossas, & Andream, ne idem sępius repetamus. Et in primis occurrit pr.gl.in ver. quia, quæ remissiuè loquitur, & à qua nos edocti sumus, dūm superius processimus ad diffinitionem, & declarationem feudi, nam ipsa nihil aliud facit nisi, quod inuestigādo, quærit: quid sit feudū, vnde dicatur, & qualiter distingui, aut constitui possit, & cū hæc oīa nos superius declarauerimus, sufficiat vobis, nos præuenisse glossā, &
1 ab illa sumpsisse ordinem, qui semper ostendendus est occurrit modo gl. in verbo dare, quæ dicit supplendo, quòd de regalibus est intelligēdum, per quæ verba uidetur gl. uestra fateri, ꝙ feuda
2 sint de regalibus: hoc idē videtur voluisse Andr.in cap. 1. de Cleric. qui inuest.fecer.circa fin. vbi dicit ista verba, ꝙ Episcopus potest dare in feudū, ꝙ si de regalibus est intelligendū, & quæ sequūtur, & idē Andr.in c.1. § prætereà si inter duos de proh.p fed.post n.83.dicit ista verbo. Vndè creat magistratus: qđ est proprium Regum, & de regalibus est, ipsæ iudex iudicum, & quæ sequūtur, & propterea Luc.de penn.in l.contra publicam de re milit. lib. 12. declarando, quæ sola conueniant Principi, tā seculari, quàm spirituali, & quæ sola
3 Principi sint reseruata, dubitauit, an Comes, cui concessa sunt regalia in suo comitatu possit ibidem leges condere, & dominus Loffred. cons. 4. loquens de off. credenzerij, voluit, quod proprium
4 Regis sit erigere, & creare nouas dignitates, & officia, quod omnes fatentur, quia ab ore Principis profluunt omnes dignitates, tam reales, quam personales, tanquam flumina à mari, seu riuuli à fonte, & ad eum redeunt naturaliter, & accidentaliter, vt alias diximus, sed dicere, ꝙ feuda sint de regalibus, vt annuit gl. vestra, hoc defendi nō potest, quia esset aperire viam, vt feudatarij
5 possint facere, & exercere regalia, habere fiscum monetam cudere, Notarios creare, legitimare bastardos, & alia facere, quæ soli coronæ regali reseruatæ sunt, quod dicere vanum est, cum feu-
6 datarij, etiam habentes iurisdictionem omnimodam, non habeant, nisi illa, quæ consuetudine, aut ex lege inuest. seu ex præscriptione quæsita, aut concessa sunt, ut per Innoc.in c. cùm ad sedem de restitut. spol. & per Andr. in c.

1. de

1. de Capit. qui Cur. vend. vbi nos per conclusiones loquuti sumus, & uos viua voce audistis, & propterea vos declarando gl. vestram, dicatis, ꝙ officia, & feuda non sunt de regalibus, sed
7 potestas illa constituendi, & faciendi est de regalibus, vt docet idem Andr. in cap. 1. quæ sint regalia in verbo potestas constituendorum, & hæc est veritas sequitur modo gl. super ver. si antiquitus, quæ subdit, non stet memoria, rem aliter processisse, vel per triginta annos retro, hoc consueuerat fa-
8 cere, nam consuetudo dici glos. multum operatur in iurisdictione præscripta, vt in cap. cumana de elect. & intelligatis pariter de consuetudine inducta ab eo, qui credidit iure suo vti, scilicet à Barone, vel Episcopo, aut ab alio, qui habet iuris dicendi potestatem, nam si priuatus ista faceret, aut exerceret, utique contemneretur, quia nõ haberet iurisdictionem, & territoriũ cui cohæreret dispositiuè. Vnde haben-
9 tes terr. cũ vaxallis, possunt, ne dũ habere iurisdictionem cohærentem solo, sed etiam præscribere alium iurisdictionis vt aliqñdo practicaui pro Baronibus qui allegabant habere secundas causas, seu cognitionem secundarum causarum, quas præscripserant præscriptione immemorabili. Nam dicebam ego, quòd ista cognitio secundarum causarum habebat, plantam, vnde poterat oriri, quia inerat ab initio illa ordinaria Iurisdictio, quæ competit Baronibus, & feudatarijs habentibus Castra. & sic, si illi habent etiam iurisdictionem omnimodam, seu merum, & mixtum Imperium, vt dicunt. Tunc secundæ causæ habent in vtroque fomentum, à quo oriri possunt, & depriuari, & hoc est, quod dicunt Ciuilistæ, quòd ex actione, seu obligatione personali, nullum datur remedium possessorium, quia is, qui innititur obligationi personali, non dicitur possidere, neque quasi possidere, l. fin. ff. quorum bonorum, vbi Bar. quæ conclusio limitatur, nisi vltra ius personale habeatur aliquod ius reale, ut quia is, tenetur esse vaxallus, nam tunc contra eum dabitur remedium possessorium, & ità loquitur tex. in cap. quærelam de elect. Cyn. & Bal. in l. si certis annis, C. de pactis. & in l. 2. Cod. de ser. & idem Bal. in l. iubemus in principio de sacro sanctę Ecclesiæ, & in l. 1. Cod. per quas personas uobis acq. Angel. in l. regulariter de petit. hæred. Paul. de Castr. in l. 1. Cod. de fideicom. & Fęly. in cap. con quæstus in fin. de foro competenti debet ergo is, qui præscribit iurisdictionem habere titulum, vel causam, vnde proficiscatur iurisdictio, & solum, seu territorium, vbi cohęrere possit, non tamen negamus, quin iurisdictio
11 possit cohærere personæ, vt per Bar. in suo cons. quod incipit quæritur vtrũ iurisdictin, & imperium, & notatur per gl. & Doct. in cap. cum venissent. de instit. nec etiam negamus posse aliquem habere iurisdictionem in certum genus personarum, & tunc in illas personas posset exercere iurisdictionem in omni loco, vt alibi declarauimus, sed illud regulare est, vt cũ territorio detur, sed hoc totum inuestigare, pertinet ad ius dicentem, quia tunc iurisdictio non dicitur nata, sed data, vt nos latius pertractauimus post Andr. in d. cap. de Capit. qui Cur. vend. & ad illud, quod dicit gl. de præscript. immemorabili,

vel triginta annorum, dicatis vos, quòd cum tractetur de immutanda natura rei, & de præscribendo certo statu, requiritur tempus immemorabile, nam
12 secundum nouissimas leges feudorum feuda neque in totum, neque in partem alienari possunt; in totum non, quia resistit vinculum obligationis, quę inhabilitat personam, & rem, in partem non, quia esset de vno feudo, facere plura contrà voluntatem domini, & propterea quando Baro vult præscribere ius infeudandi contra legem nouissimam feudorum, & legem inuest. debet illud acquirere ex priuilegio, aut
13 ex noua voluntate domini concedentis, quæ noua voluntas, consistit, aut in voluntate expressa, & hoc erit clarum, aut in voluntate tacita ex consuetudine præscripta, & illa non potest induci, nisi per solemnem dismembrationem cum assensu, de qua superius loquuti sumus, aut per tacitam, & à iure subintellectam, quæ etiam solemnitatem præsumit, & ista in feudalibus non potest esse minus centenaria; est bene verum, quòd si cum assertione Baronis asserentis rem esse excadentialem, aut solitam concedi, concurrant aliqua adminicula; tunc discretus iudex arbitrabitur pro validitate concessionis, & nos aliquando practicauimus in causa Principis Bisignani, vt superius locuti sumus, & hæc sufficient pro aliquali declaratione præsentis glos. quæ etiam limitatur non procedere inter priuatos, vt in constit. quadriginalem.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, vel laici, an possint bona propria in feudum dare.*
2 *Clericus nihil facere potest de re propria, nisi, prout potest quilibet laycus, qui suæ rei moderator est.*
3 *Dignitatem, & nobilitatem dare, Regis proprium est.*
4 *Priuati non possunt erigere feuda.*
5 *Feudum Ecclesiasticum, & feudum temporale, an, & in quo in se differant.*
6 *Qui habet vsumfructum, an dicatur habere rem, & qui habet vtile dominiū, an dicatur esse dominus rei.*
7 *Coloni dicunt agrum quē colunt suum.*



SVCCEDIT modò, secundum ordinem alia glo. in ver. feudum dare, quæ supplet ista verba, quod hic dicitur de clericis, intelligas, secundum id, quod dicitur infra de clerico, qui inuestituram fecit, iste tex. fecit vacillare multos peritos, qui intelligebāt,
1 ꝙ clerici poterant bona, etiam propria dare in feudum, vt tangit Andr. in hoc tit. vestro post principium, & post nu. 13. vbi dicit ista verba: item prædicti omnes dant feuda de rebus proprij, & de alienis non, contra domini voluntatem, ex quibus sumebant conclusionem, ꝙ tam layci, quàm clerici poterāt infeudare res proprias, & incidebant in errorem maximū per ea, quę superius diximus, quia potestas erigēdi feudum, est de regalibus propter annexam iurisdictionem, & nobilitatem, & feuda de publico ꝓcesserūt, & ne simus prolixiores, declaretis illū tex. procedere in clerico, qui ē in Abbatia, aut in Archiepiscopo, cū exequata sit potestas oīum feuda tenentium, qui velint cōcedere res proprias, de mensa; nam tunc res propria

Baro-

Baronis dicitur, aut clerici contemplata perſona feudatarij, & non contemplata perſona clerici, qui nihil facere poteſt
2 de re propria, niſi pro vt poteſt quilibet Laicus, qui ſuæ rei moderator eſt, l. in re mandata, Cod. mandati cum concord. ſed immutare naturam, dare di-
3 gnitatem, & nobilitatem, hoc propriũ eſt Regis, & nemo hoc facere poteſt, niſi Princeps, & de iure communi, quicquid dubitanter ſcribant periti Regni per verba Andr. in cap. 1. de controu. feud. apud par. termin. & præcipue capicius in inueſt. verbo feudum, Dant verſi infeudat etiam quilibet qui alios refert quorum opinio ſaluari poteſt vt talis infeudatio ſit ad ſimilitudinem contracti feudi, ſed non iure feudi vt docet Andr. in cap. 1. ſi pro feudo vaſſ. ab alioqui interpell. fuerit, & hoc nos probamus etiam de iure communi feudorum vt videbitis poſt Andr. de controu. feudi apud Paris termin. vbi hoc tractatur, & in ſpecie hoc probat Andr. ad quem nemo reſpexit in cap. 1. in fine, in finalibus verbis quemadmodum feu. ad fil. pert. vbi textus aperte hoc probat, & ſic dicatis ꝙ illud capitulum allegatum per gl. & illa verba Andr. in hoc titulo veſtro debent intelligi de bonis proprij, ſcilicet, feudi, contemplata adminiſtratione feudatarij, per l. fin. ff. de inſtir. actio vbi hoc notatur, & non perſona ipſius,
4 alias eſſet deſtruere regulas, quæ dicũt, quòd priuati non poſſunt erigere feuda, ut not. Andr. in cap. 1. ver. cæteri vero, quis dicatur Dux. & in §. rurſus de contr. inueſt. vbi dicit iſta verba, intelligendum eſt ſemper, quòd erat talis, qui poteram infeudare, uel antiquitus ſic fuit; alias non eſſet ius feudi apud te, & ſic etiam intel-
4 ligetis capitulum primum Epiſcopum vel Abb. allegatum per glo. veſtram. Pro cuius vero intellectu, videbitis Andr. in hoc tex. veſtro num. 4. ubi vult, quòd ſi tempore introytus ſui, prælatus inuenerat feudum apertum, quia non dum erat à prædeceſſore conceſſum alij, dummodò alias ſit datum in feudum: dabit in feudum, allegar. cap. 2. de feudo ſufficit, dicit ipſe, præclaro inuenire, quòd res fuit data in feudum, & quod eſt ſibi apertum, nam dabit, & ipſe licet de nouo non poſſit, & in hoc habetis diffe-
5 rentiam inter feudum Eccleſiaſticum, & feudum temporale, quia Eccleſiaſticum ſecundum aliquos, ſi reperiatur conceſſum, poteſt prælatus illud reconcedere ex permiſsione legis canonicæ, quæ contentatur, vt dicatur res ſolita concedi, ſi ſemel ſeparata ſit de menſa per d. cap. 2. de feudo. Sed hunc articulum nos clarius declarauimus in d. cap. 1. Epiſcopum, vel Abb. Nam lex contentatur reſolutione, quæ naſcitur, vel ex diuturna poſſeſsione, aut ex tollerantia prælati, de quo confidit Pontifex, vt per Curr. ſen. conſ. 77. per Decium conſ. 36. & conſ. 409. ſed quando ſolemnitas præſumenda, renderet principaliter in præiudicium eius, contra quem agitur, aut præſumeretur de his, quæ ſunt de ſubſtantia actus, & ageretur contra Eccleſiã tunc ſecus vt ibi & ſimiliter declarauimus, vt vos viua voce audiſtis, ne bis idem repe ramus, & ſic ex hac gloſ. habetis unum notabile, ꝙ res propriæ Baronis, dicũtur feuda, & ſubfeuda. & etiam res ſolitæ concedi, & hoc quidem rationabiliter, quia is, qui habet uſumfructum rei,

Ff 2 dici-

dicitur habere rem, & is, qui habet vti le dominium, dicitur esse dominus rei, & in tantùm dicitur dominus, ꝙ in concursu præfertur directo, vt alibi videbitis, & notant Doct. in l. procurator in rem suam, ff. de procur. Cyn. etiam, Bar. Ang. Salyc. & alij in l. 3. Cod. de nouat. reprobata gl. in ver. denuntiauerit, & firmauit Andr. passim, ut suo locò dicemus, faciunt notata per Bar. in l. cui vsusfructus, ff. de vsufru. leg.
7 & vt dicit Andr. in cap. 1. de Capit. Corr. post. num. 29. & alibi rustici coloni dicunt agrum, quem colunt suum.

SVMMARIVM.

1 *Marchiones vndè dicantur.*
2 *Duces, qui sint, & vndè originem sumant.*
3 *Comites qui dicantur.*



CCVRRIT modò glo. in ver. Marchio, quæ nihil aliud dicit, nisi quod quærit, interpretando qui dicantur Marchiones, Comites, Duces, &
1 alij. Vos autem dicatis, exponendo gl. ꝙ Marchiones sumpserunt nomen, & titulum, ac dignitatem à Rege, sumpta occasione à fundis, & prædijs, quæ custodiebant, tanquam milites ad fronteria, seu ad limina hostium, & inimicorum, vndè appellati sunt fundi limitrophi, & cùm bene posteà se gessissent, meruerũt vt pro mercede haberẽt eosdem fundos limitrophos in feudum, & in memoriam seruitij militaris, Marchiones appellati sunt, & hoc totum facit initium acquisitionis, & ex hoc dicit iure consultus alibi fundum, qui insula fuit, insulam appellasti; Duces
2 etiam appellati sunt, & appellabantur olim qui præerant exercitui, tanquam Imperatores, & usque nunc Duces Belli appellantur, & isti post consequutam victoriam contra hostes, præmeruerũt habere feuda in remunerationem præstiti seruitij, & cum feudis simul præmeruerunt retinere pristinam dignitatem, & sic fuerunt appellata feuda ducatus, quasi collata, seu donata Ducibus, & sic res donatæ sumpserunt titulum, seu denominationem à persona: nam & ipsi
3 antea Duces appellabantur Comites etiam dicebantur, qui cum honore, & cum præminentia quadam, Ducem comitabantur, forsan, quia erant illius cõmensales, & illum præceteris curtizabant, vt notat Andr. in hac rubrica in ver. valuasores, quibus, si dominus dedit feuda, fuerunt feuda ipsa denominata à persona, à qua sumpserunt nomen comitatus, & hodie dicuntur feuda comitatus, origine inspectâ: & sic dicatis de Capitaneis ad guerram, & alijs notatis per gl. quæ non habet aliud.

SVMMARIVM.

1 *Feuda dignitatum cum vita finiũtur, quia hæres in illis non succedit, nisi iterum inuestiat?*
2 *Priuilegium personale, licet concedatur pro re, seu circa rem, non tamen transijt ad singularem, vel vniuersalem illius rei.*
3 *Hæres an potest præscribere, aut quærere feuda, in quibus defunctus habuit vitiosum ingressum, aut ius in eo periturum.*
4 *Lex cum hæres, ff. de diuer. & temp. præ-*

præscrip. an procedat in præscriptione longi temporis, vel in præscriptione triginta annorum.



SVMVS modo in gl. vsque ad vitam nam aliæ gloselle intermedie declarant literam tantum, quę gl. vult,
1 ꝙ feuda dignitatum cum vita finiũtur, quia hæres in illis non succedit, nisi iterum ab Imperatore inuestiatur, licet illud hodie sit vsurpatum, ex hac gl. colligitis, ꝙ feuda dignitatum, olim non transmictebantur, sed erant personalia, pro ut sunt cæteræ dignitates, quę personales sunt, & ꝙ hęres, qui habebat eadẽ feuda dignitatum à Principe habebat, vt quilibet ex noua inuestitura; & ratio est, quia feuda prædicta non erant hæreditaria, nec iure hæreditario capiuntur per hæredem, sed particulari beneficio Principis, quia Iure isto pereunt cũ vita defuncti, tanquam personalia, & in dubio priuilegium concessum personæ, semper censetur personale, vt no-
2 tatur in cap. cum venissent de iusti, & est reg. quando priuilegium est personale, licet concedatur pro re, seu circa rem, nõ tamen transit ad singularem, vel ad vniuersalem successorem illius rei, l. lici tatio §. Fiscus cũ l. seq. & ibi notat Bar. ff. de publi. & notatur in l. priuilegia, ff. de reg. iur. & idẽ nos firmauimus in officijs concessis alicui pro se, & hęredibus, ut vidistis suprà in allegationibus pro domino Alfonso Piscicello, & quãdo gl. dicit, ꝙ hodie est vsurpatum, vt feuda ista dignitatum, transeant etiam ad hæredes, intelligatis uos in bonam partem, & non in malam; nam hæres
3 non posset præscribere, neque quærere feuda, in quibus defunctus habuit vitiosum ingressum, aut ius in eo perituturum,
4 l. cum hære s, ff. de diuers. & temp. præscrip. quam legem dixerunt aliqui procedere in præscriptione longi temporis, non autem in præscriptione triginta annorum, quæ non indiget aliquo adminiculo, ut notant Doct. in auth. malefidei, C. de præscrip. XXX. vel XL. ãnno, & ideo in pręscribendis feudis non aliud consideramus, vt notauimus in cap. si quis per triginta si de feu. fuerit contr. nam si hæres habuit nouũ titulum, ille actendetur, si autem serui tium præstitit domino, & illum recognouit, tunc scientia Principis habebit vim tituli, & propterea nulla poterit cadere vsurpatio, & ideo illud verbũ vsurpare debet accipi in bonam partẽ, & vbi gl. dixit vsurpatum est intelligatis tolleratum est, nam totum facit voluntas, & tollerantia Principis quæ habet uim tituli vt per Andr. in §. præterea ducatus in fine & nos alibi declarabimus.

SVMMARIVM.

1 *Fratres an succedat fratri in feudo antiquo, & quid si frater instituat extraneum, nunquid ex hoc priuabitur frater superstes.*

3 *Quæ ex prouisione legis veniunt, tolli neque adimi possunt per actum hominis.*

3 *Ius competens beneficio legis, transmittitur etiam, antequam fuerit delatum.*

4 *Arrogatus, qui habet ex beneficio legis quartam in bonis arrogati, illã ad heredem transmittit etiam, non dã delatam.*

5 *Arro-*

5 *Arrogatus fingitur duplex homo, & tanquam duos patres habeat.*

6 *Pupillus arrogatus potest in vno decedere intestatus, & in altero testatus, & idem in milite.*

7 *Filius arrogatus, qui non succedit patri arrogatori, an debeat habere legitimam in bonis ipsius.*

8 *Qui succedit in legitima, non dicitur successor vniuersalis, quia non participat de ære alieno.*

9 *Dispositio defuncti non valet in feudis, quæ à lege proueniunt.*

1 EQVITVR gl. super ver. frater, quæ declarando, ꝙ frater succedit fratri in feudo antiquo; quęrit quid si frater instituat extraneum, nunquid ex hoc priuabitur frater superstes, & respondet, ꝙ non, quia potius principali prouidentia. quam iud. testatoris hoc feudum ad fratrem peruenire debet, & ideo in extraneum peruenire nō potest, allegat l. si arrogator, ff. de adopt. pro cuius legis intelligentia, debetis scire, ꝙ feuda sunt res, quę per se alienari possunt, cum forma, tamen data in traditione per dominum, & ideo dicit, ꝙ ideo non a ienantur, ne detrahatur aliquid dominis inuitis, ut notauit Io, Fab. in §. non solū in fine, inst. de leg. & ideò si in alienatione, seu in institutione, non sit seruata forma, & non sit adhibita voluntas domini, nulla erit dispositio, & feuda ipsa ex principali prouidētia transeunt ad personas cōpræhensas in l. inuestituræ, & ratio est, quia quæ ex pro-
2 uisione legis veniunt neque tolli, neque adimi possunt per dispositionem, aut factum hominis, ut dicit dicta lex si arrogator, cui concordat lex diui fratres, ff. de iur. patro nam quod lex transfer, homo non aufert, ut dicimus in cap. an agnati, & alibi notauimus, & ideo per dictas leges dici solet, quod ius compe-
3 tens benef. legis, transmictitur etiā, an-
4 tequam fuerit delatum, nam arrogatus qui habet ex benef. legis quartam in bonis arrogantis illam, ad hęredem transmictit, etiam non dum delatam, vt in d. l. si arrogator, & probatur in l. si impuberi, ff. de coll. bon. & hoc totum fa-
5 cit prouidentia legis arrogatus nāq; fingitur duplex homo, & tanquam duos patres habeat, & ideò in bonis, quæ ab vno proueniunt, succedit substitutus ab eo, & in alijs alius, & ideo dicitur, ꝙ respectu diuersorum patrimoniorum,
6 pupillus arrogatus potest in vno decedere intestatus, & in alio testatus, & idem de milite dicitur in l. 1. & 2. ff. de test.
7 mil. & ex hac ratione dicitur, quòd filius arrogatus, qui non succedit patri arrogati, debet nihilominus habere legitimam in bonis ipsius, nec erit admitatione dignum, quia successor ille, dicitur, qui iuris vniuersalis, vel quotæ successor est: sed qui succedit in legitima,
8 non dicitur succedere in iure vniuersali quia non participat de ęre alieno, l. papinianus, §. quarta, ff. de inoff. testam. Nec etiam succedit in quota hęr. sed bonorum, vt nos alibi diximus, & notatur in l. amplius in fin. Et ibi Bal. ff. de leg. 1. & in l. cum à matre, C. de rei vend. cum simil. Facit, quod in simili dicimus, quod si aliquod ius competat alicui, duplici iure, si renunciat, vel aliter excludatur ab vno. Non propterea intelligitur exclusus ab alio iure, l. si seruo meo, ff. de leg. 1. Notat Bald. in l. generaliter, §. in his, C. de secund. nupt. Et notat Andr. in cap. 1. qui succ. ten.

ten.col. 2. & sine gl. remanet defensata, vt in feudis, quæ à lege prouenîunt, seu
9 ex legis prouidentia, nulla valeat dispositio, neque ordinatio defuncti, & nos hoc idem conclusimus, dum superius declarauimus regulam l.fin. de ædicto diui Andr. toll. & clarius explicamus in cap. an agnatus.

SVMMARIVM.

1 *Frater in feudo tunc fratri succedit, si hoc nominatim conuentum sit in l. inuestituræ in feudo antiquo, & quid in nouo.*

2 *Frater in feudo succedit fratri de iure nouissimo.*

3 *Versus de priuilegijs bonorum pupilli militis, mulieris, & Eccl.*

4 *Bona empta ex pecunia priuilegiatorum sunt obligata in subsidium.*

5 *In feudis ostenditur persona, quæ contrahit, non autem persona subintellecta, alias feuda possent obligari, & vendi absque Regis licentia.*

6 *Alienationes feudorum dicuntur prohibitæ mixta consideratione rei, & personæ.*

7 *Ementes feuda subhasta, si post perfectam venditionem declarabunt alieno nomine emisse in hac declaratione, tãquam noui iuris translatiua, requiritur assensus Regis, alias nihil proficiat.*

CCVRRIT modo gl. in ver. nominatim, quæ declarando tex. vult, ꝙ tunc frater succedat fratri, si hoc nominatim conuentum sit in lege inuestituræ, nam dicit gl. hoc totum faciet pactum, & præordinatio inuestientis, nam alias etiam, si feudum de cõmuni pecunia emptum sit, vel de cõmunibus bonis frater fratri non succedit hoc idẽ firmauit Andr. in cap. 1. de benef. fratris & in cap. 1. de duobus fratribus à Cap. inuestitis, & in cap. 1. de duobus fratribus de nouo benef. inuestitis, & hoc in feudo est expeditum, vt frater non succedat fratri in feudo nouo, nisi per legẽ inuestituræ aliud dignoscatur, nam tunc non attenditur natura rei, sed lex inuestituræ, & conuentionis, vt per Alex. in cons. 44. vol. 1. num. 3. sed hodie, vt superius diximus ex noua gratia, frater succedit fratri, etiam in feudo nouo, quæ gratia reduxit formam succedendi ad fi-
2 nes const. Regni, sed quia gl. per sapidũ modum loquendi quærit de priuilegijs emptorum ex pecunia pupillari, militis, Eccl. & mulieris, & per tria carmina se expediuit, quę sunt videlicet. Fit res dotalis nummis dotalibus empta. Fitque pupillaris nummis res empta pupilli, & ne conuertas, idem de milite credas, vos addite etiã pecuniam Eccl. expensam per administratores, vt per gl. solemnem in l. si vt proponis. C. de rei vend. & pro intelligentia, debetis
3 scire, quòd bona empta ex pecunijs priuilegiatorũ, sunt ipsis obligata, in subsidium, cum distinctione tamen gl. prædictæ, vt notat opt. Bar. in l. vxor marito per illum tex. ff. de don. inter vir. & vxorem, & hoc est, quod longo apparatu, & repetito sermone dixit dominus Nigosantius in suo tract. de pign. quę regula procedit, etiam in pupillo & in bonis emptis de pecunia pupillari ab alio, præterquam à tutore, vt notatur in d. l. si vt proponis, iuncta gl. Cod. de rei vend. & tangit glo. Paris §. 1. glo. 5. num.

num. 81. & alibi,& dominus couer. capite primo,libri primi, notat aliqua na pod. de iure dotium ver.si uero extant, & ne fallamini, aduertatis semper ad vnum, ꝙ ista regula limitatur, & non procedit in pecunia pupillari expensa per tutorem etiam suo nomine, vt notatur in l. 2. ff. quando ex facto tut. nam tunc erit in electione pupilli,vel uendicare rem emptam vtili rei vendicatione, aut agere super re ad repetitionem pretij, & hoc totum facit necessitas officij, quia tutor tenebatur pecuniam pupilli conuertere in emptionem, quæ regula non procedit in feudis, vbi attenditur persona, quæ contrahit, non autē persona subintellecta, alias feuda possint obligari, & vendi sine licentia Regis, quod dicere vanū est,vt per Andr. & Affl.in c 1. de benef.fratris principalē autem conclusionem intelligatis,vt per aliam gl. solemnem in l. idemque est, ff qui pot.in pign. habean. Vnde sumpta occasione, pulchrum erit videre, an assensus Regis impetratus super obligatione feudi, sufficiat, vt possit deueniri ad venditionem, & ad adiudicationem, citra alium assensum Regis, itaq; assensus ille, tanquam præparatorius, faciat iter ad venditionem,vrgente creditore, hanc quæstionem reassumit, & examinat Camer. in cap. imperialem fol.49. & post longam disputationem determinat, ꝙ ille assensus sufficiat per l. si pupillorum,§.prætor,ff.de reb.eorū sed vos Domini tenete contrariū, quia vtrunque prohibetur: & si Rex permisit in vno, non permisit in alio, & non semper obligatio est præparatoria ad venditionem, vt videmus passim, quia hypotheca nō mutat manū, neque dominium,& ideo, si debitore non soluēte, procedatur ad venditionem feudi, debet iudex in licitatione, seu in liberatione reseruare assensum Regis, nā persona, quæ emit,& in quam transit, & mutatur dominium feudi,debet esse nota Regi, & ex hoc dicimus, ꝙ assensus Regis gratia est,& ita passim seruamus & seruare vidi in pluribus vēditionibus feudorum factis, vrgentibus creditoribus, nam alienationes feudorum dicuntur prohibitæ mixta consideratione rei, & personę, quod declarauit tex.gl.& cęteri Doct. in l. labeo, ff.de vlucap. vbi gl.notabiliter loquitur, & docet hanc theoricam, & ideo Andr. noster passim solitus est dicere, quòd natio debet esse nota Regi,ne dum persona, quia illa est, quæ prouocat, & deterret. vnde notabitis ex hac gl. ꝙ conclusiones super us firmatæ in emptionibus factis de pecunijs personarum priuilegiatarum, non procedant in feudis, sed procedit tex. in l. qui aliena pecunia,Cod,si quis alteri, vel sibi,nam,& hoc regulare est, vt per Doct.in l.si patruus, Cod. com. vtri. iud. & in l. cum proponas,vbi Bal. Cod.pro soc & alibi passim, reassumit, & cumulat Ias.in l.1.c.qui testam. facere poss.& ego latius examinaui post Andr. in cap.1. de benef. fratri sed pro dicto communi,& pro limit. l.pupillorum,ff. de reb. cor. videbitis Bar. in l. papinianus,§.sed nec impubeis nu.3. ff.de inoff. testam. & guid. pap.quæst. 31. & vt rectius pateat videmus hoc in ementibus feuda subhasta, vel alibi, nam si post perfecta venditionem declarabant alieno nomine emisse in hac declaratione, tanquam noui iuris translatiua requiritur assensus Regis, alias nihil proficiet. & pro hac opinione adduco vobis tex. in l. 2.Cod.de his,qui ven. ætatis impetra.vbi

tra: vbi licet quis reputetur maior in contrahendo, tamen non poterit alienare immobilia videmus etiam hoc, ꝙ obtempta generali licentia à Rege de alienando feudum non expressa persona futuri emptoris ad hunc post perfectam venditionem teneatur emptor notificare se Regi, & assensus iste non requiritur ad sollemnitatem actus, sed ad notificationem actus gesti, & ideo appellari solet assensus notificationis, de quo nos alibi diximus, & cum istis sint expeditæ glosæ vestræ, nam aliæ sequentes declarabuntur cum Andr.

SVMMARIVM.

1 Varia fuerunt tempora circa alienationem feudorum, & variæ prohibitiones atq; dispensationes.



OCCVRRIT nunc nobis notabile, & ex optatũ commentarium Andreæ nostri quod etiam vti Glossam reputamus super rubrica vestra, quod cõmentarium in tantum instar Glossę nos prosequi, & declarare parati sumus, ꝙ protestamur, etiam mentem doctoris declarare, & aperire in aliquibus verbis obscuris, & priusquam ad verba
1 doct. nostri veniamus, debetis scire, ꝙ circa alienationem feudorum, varia fuerunt tempora, & variæ prohibitiones, atque dispensationes, nam non omni tempore prohibitio fuit vniformis, sed instabilis, & uaria diuersis locis, & tẽporibus diuersificata, nũc una, nunc altera consuetudine diuersimode instituta, in tm̃, ꝙ multæ ll. feudorũ in hoc paruo volumine inueniũtur, ad inuicẽ dissentire, & propterea in c. imperialẽ dixi vobis, quor tẽpora considerari possint in alienatione feudorũ, super quo, Iacobus de Beluisio in c. 1. de alie. feu. considerauit tria tẽpora, inspecto comuni iure feudorũ. s. tempus antiquũ, quo tẽpore in partem alienari poterant sine assensu Dñi, secundũ tẽpus, in quo poterant alienari vsque, ad medietatem, & tertiũ fuit nouissimũ per legẽ lotharij, per quã omnis potesta alienandi sinè licentia interdicitur, & prohibetur, Aluarotus, verò non facit differentiã in tẽpore, sed tantu in consuetudine, seu in loco, nam dicit ipse in aliquo loco permissa erat alienatio, etiã, in totũ, & in alio, quo ad medietatẽ, sed cũ necessitate, & sic cũ aliquali cognitione propter causam, quę præcedere debet actũ, & in alio loco dicit ipse poterat dari ad libellum, & in ista varietate superuenit lex Lotharij, & sic duo tantũ tẽpora considerauit, Curt. aũt Iun. in suo tract. feu. in 4. quæst. tria etiã tempora considerauit, sed in primo tẽpore, triplicẽ dicit fuisse loci consuetudinẽ, vna erat, ꝙ in totũ poterat alienari, secunda erat, quo ad medietatẽ alia, & tertia, quo ad libellum, Affl. uero in cap. 1. de alie. feu. ponit etiam triplicem consuetudinem circa feudorum alienationem, & Capyc. in sua inuest. in ver. feudorum alienationes sequitur Aluar. Camer. autem in cap. Imperialem ponit octo, aut nouem tempora, cum quo ego non conuenio, vt vos viua uoce intellexistis super repetitione mea in dicto cap. Imperialem, quam cito (Deo adiuuante) videbitis, ne bis idem repetamus, & ne decipiamini, debetis scire, quòd nunquam in hoc volumine feudorum reperietur aliqua cõstitutio generalis, aut in aliqua prouintia vniuersalis, quæ permiserit totum

feudum alienari: quinnimò tex. in d. c. 1. de alie. feu. dicit contrarium, dicit tamen, ꝙ secundum iustum, & verum vsum, potest vaxallus medietatem tantum, sine licentia alienare, & subdit, quamuis Mediolanenses irrationabiliter permiserint, vt totum possit alienari. Nec obstat cap. primum, apud quẽ, vel quos, nam ibi non legitur de lege vniuersali, & pro inde intelligi debet de lege particulari Ciuitatis, & in quantum postea, Camer dicat, quòd in primo tempore, totum poterat alienari, quod in proxime successurum, prohibebatur alienari, & allegat gl. in d. c. 1. apud quẽ vel quos, certè iud. meo gl. ibi decidit totum contrarium, dum dicit, declarando tex. siue totam, quod debet intelligi, idest partem, & sic determinat in partem tantum, posse fieri alienationem, secundum tempus dicit Camer. fuit qñ permittebatur alienatio, & hoc tempus non potest distingui, neq; separari à primo, cùm vnicam habeat radicem, & vnicam causam per missionis, tertiũ autem tempus dicit Camer. erat, quãdo sola permittebatur subinfeudatio, alienatione prohibita; sed certe etiam in hoc tempore nõ bene loquitur, nam eodem tempore, quo poterat feudum pro mediate alienari, poterat etiam dari in subfeudum, vt in cap. 1. §. 1. qualiter olim feu. alien. pot. & cum his sufficiat pro nunc tetigisse opiniones Doct. & Camer. circa tempora, quæ prohibebant alienationem feudorum, nam in cap. Imperialem diffusius ista tractauimus, superueta igitur lege Lotharij, quę prohibuit omnem alienationẽ sinè permissu Principis factum fuit capitulum istud, quod loquitur permissiue, & per quod declarãtur personæ, quę dare, seu concedere possunt feudum, & ex hac etiam ratione, rubrica vestra loquitur de feudo erigendo, & licet Obertus de Orto, qui hunc librum composuit variè videatur loquutus, nam in §. sed & res, per quos fiat inuest. dixit dare per beneficium, & idem dixit in cap. 1. de lege Corr. & in §. profectò eodem tit. dixit dare in feudum, & in §. beneficium, si de feu. de funct. milit. dixit dare per feudum, & in hac rubrica, & in cap. 1. de feu. non hab. prop. nat. feud. dixit feudum dare possunt, & feudum dederit, non autem dixit in feudum ad istas cõtrarietates respondebitis, quod in illis titulis, seu rubricis, vbi Obertus loquitur & vtitur verbo dandi in feudum, debet intelligi de illis personis, quæ possunt feudum erigere, & mutare naturam rerum, faciendo res allodiales, seu burgẽsaticas feudales, & reducendo res liberas ad seruitutem, pro vt nos alibi tractauimus, & in §. si libellum de alien. feu. paterni vbi late scripsimus.

SVMMARIVM.

1 *Vrbanus in cap. 1. Episcopum, vel Abb. mentionatus quis fuerit, ex quo plures huiusmodi nominis Pontifices fuere.*

2 *Textus in cap. 1. Episcopum, vel Abb. dum de sinodo mentionem facit, de quo sinodo sentiat.*

3 *Textus in d. c. 1. Episcopum, vel Abb. dum de rebus mentionem facit, de quibus rebus sentiat.*

4 *Cap. 1. Episcopũ, vel Abb. intellectus.*

5 *Ecclesia illa sacerdoti est conferenda, cuius reditus ad ipsius victum sint sufficientes.*

6 *Cleri-*

8 *Clerius non potest ad aliquem sacrum ordinem promoueri, absque titulo, sed solum ad titulum patrimonij.*

9 *Prælati res infeudari solitas, infeudare quoque possunt.*



N D R. ergo dicit, ꝙ obertus more boni inceptoris proponit, de quo debet agere, & tractare, & post diuisionem incipit declarare tex. Ibi dicit ergo primum, quòd feudum dare possunt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, & propositus alicuius Ecclesiæ, Rector, scilicet Plebatus, qui vocatus dominus Plebis, cap. 1. Episcopum, vel Abb. qui tex. duo dicit, primũ ꝙ prælati non possunt res Ecclesiæ, quæ tituli vocantur, secundum constitutionem Papæ Vrbani in feudum dare, secundo dicit, quòd possunt dare in feudum rem solitam infeudari, & dum dicit, quòd secundum decretum Papæ Vrbani datio in feudum, nullum habet vigorem necesse est dicere, quòd intelligatur etiam si adsit consuetudo, quia dicit, quòd antea datum est, firmũ manet. Vnde oportet dicere, ꝙ etiam, stãte contra consuetudine, non possint prçlati infeudare, & sic videtur contra textum istum Doctores omnes variantur
1 circa intellectum illius tex. ut uidere poteritis in eorum scriptis, vos autẽ omnium dicta perstringendo dicatis, ꝙ dũ dubitant, quis fuerat ille Papa Vrbanus, de quo fit mentio in illlo textu, ex quo fuerunt plure Pontifices illius nominis, nã quidã dicunt fuisse Vrbanũ secundũ, alij dicũt Vrbanũ tertiũ, itẽ vbi dubitãt, vbi sit ille Canon, quem refert ibi tex. & nõnulli dicũt, haberi in c. dudũ, & alij in c. nulli de reb. Eccl. alien. vel nõ, alij vero dicũt haberi in c. alienationes 12. q. 2. Itẽ dubitãt, dũ tex. ibi facit mentionẽ de
2 synodo, an fuerit in synodo generali, & an in prouinciali, de quo in c. sanctorũ 12. q. 2. deinde est cõtrouersia inter eos,
3 de quibus rebus loquatur ille tex. dũ dicit de reb⁹ Ecclesiarũ quæ eis subreptæ sunt, & quidã volũt intelligi de rebus nõ solitis infeudari, alij, ꝙ intelligatur de rebus Ecclesiæ parocchialis, quæ subdita sit Episcopo .f. ꝙ nõ possit infeudari res Ecclesiæ parocchialis, itẽ dubitant in illis verbis tex. dũ dicit, & tit. vocãtur, nã
4 nonnulli dicũt, ꝙ loquitur de rebus Ecclesiæ titulatis, alij, ꝙ loquitur de rebus de mensa Ecclesiæ, alij, ꝙ sunt res donatæ per Regẽ Ecclesiæ ꝓ decimis, vnde videtis, quomodo Doctores variant, & vacillant super intellectu tex præscripti vos aũt dñi ꝓ veritate, & pro resolutione aduertatis, ꝙ olim fuit inductũ p Canones, ꝙ qñ erat aliqua Ecclesia, quę nõ habebat redditus sufficientes pro victu sacerdotis, qd nõ auferetur sacerdoti, nã volũt Canones, ꝙ Sacerdoti debeat cõferri Ecclesia. Cuius redditus sint suf-
5 ficientes ad eius uictum. Et ideò fuit inductum, quòd illa Ecclesia, cuius redditus non sufficiunt ad victum sacerdotis, non debet conferri. Sed ea vacante, Episcopus, vel propositus accipiat illius protectionem, & sibi applicet fructus illius, ut habetur in toto tit. de præbendis, & præcipue in cap. tuis quæstionibus eod. tit. sed quia prælati consueuerunt res dictarum Ecclesiarum dare in feudum. Videns hoc Papa Vrbanus, quòd augebantur fructus earum, & magis expediens erat, ut conferantur in præbendam sacerdotibus, pro cultu diuino, voluit, & constituit,

ꝙ quando deuoluuntur res istæ prædictarum Ecclesiarum, & sunt penes curatum, & in manibus Episcopi, vel præpositi, ꝙ tales res non possent amplius concedi in feudum, licet antiquitus consueuerint Episcopi, vel prælati illas infeudare, ad hoc, vt prædictæ res cum redditibus alijs Ecclesiasticis vniantur, & sic efficiatur vna præbenda, sufficiẽs ad victum, & alimoniam sacerdotis, & in antea conferantur in feudum, & sic illa prouisio Papæ Vrbani est temporanea, scilicet dum redditus Ecclesiæ sunt sufficientes, vt dentur in præbendam, & sic modò cognoscetis, quid denotẽt illa verba, & tituli vocantur, nam illud quod per Canones antiquos erat prouisum vocabatur illa Ecclesia titulus, & propterea in Consilio Tridentino dicitur, ꝙ Clericus non possit ordinari ad
6 aliquem ordinem sacrum sine titulo. Vnde hac similitudine, illæ Ecclesiæ vocantur tituli, & in tex. dum loquitur de rebus Ecclesiæ, debet intelligi de prædictis rebus prędictarum Ecclesiarum, vt superius declarauimus; Et propterea remanet dispositio tex. vestri, scilicet ꝙ prælati possunt infeudare res solitas infeudari.

SVMMARIVM.

1 *Quod tempus requiritur ad præscribendum consuetudinem infeudandi.*

2 *In rebus Ecclesiæ sufficiũt triginta anni ad præsumendum solemnitatem super re alienata.*

3 *An præscribendum qualitatem infeudandi, sufficit prælato successori inuenire rem extra mensam, vt dicatur res solita concedi.*

4 *Quolibet pactum appositum cõtractui, dicitur pars contractus.*

5 *Præscriptio centum annorum requiritur cõtra Ecclesiam Romanam, & alias Ecclesias quæ per Pontificem immediatè rogantur.*

6 *Membra non gaudent priuilegio capitis.*

7 *Differentia inter bona de mensa, vel de demanio, & bona titulata.*

8 *Centum anni requirũtur hodie ad præscribendum contra Fiscum.*

9 *Ius quæsitum differt à iure quærendo.*

SED quia Andr. hic discurrit circa tempus, quod requiritur ad præscribẽdam
1 consuetudinem infeudandi debetis scire, ꝙ in rebus Ecclesiarum procedit dispositio d. tex. c. 1. Episcopũ, vel Abb. quem supra declarauimus, & Andr. vnico verbo se expediuit, dum vult, ꝙ sufficit prælato inuenire rem extra mensam, vt dicatur res solita concedi, allegat cap. 1. de feudis, & c. 1. de Cleri. qui inuen. fecit. Nam dicit ipse Iure canonico non seruantur in alienationibus rerum Ecclesiæ leges Imperatorum, hoc dictum domini debet intelligi cum grano salis, scilicet vt non intelligatis, ꝙ per ista verba censeatur remissa sollemnitas, quæ requiritur in alienationibus rerum Ecclesiæ sed intelligatis, quia sicut reperitur distracta, & extra mensam Ecclesiæ posita, præsumitur legitimè alienata, nam sollemnitas in rebus Ecclesiæ præsumitur post lapsum triginta annorum, vt notauit Petrus de Anchar. cons. 136. Gemin. cons. 87. Dec. cons. 329. in fine, & 638. Aret. cons. 36. Socc. cons. 15. vol. 1. & glo. quã sequuntur ibi Doct. & Butr. in c. peruenit

nit de empt. & vendit. & hoc regulare est, vt probato facto, præsumatur solemnitas, vt notant Doct. in l. sciendū, ff. de verb. oblig. & notat Ant. de Butr. in c. sicut per illum tex. de re iud. & per l. 1. C. de contrah. & comm. stipu. & notat Affl. decis. 120. Et alias pro vniuersitate pesculanarum cum domino Iacobo Spinello, obtinui coram peritissimo viro Domino Francisco Antonio de Dauir tunc Regiæ Cameræ Præsidēte, & postea Regente Regiam Cancellariam dignissimo, & ad latus Regis in Hispania, & Locumtenente eiusdē Cameræ, vt vniuersitas non molestaretur occasione cuiusdam territorij, olim cōcessi eidem vniuersitati ad certū vsum per Ecclesiam montis Casini Priorem Dñm prędicti Castri pesculanarū: Et per hæc habentis declaratā mentem Andr. hic, vt in alienationibus rerū Ecclesię requiratur eadē solēnitas, quæ requiritur per Canones: sed probato facto, solemnitas pręsumitur, sed nō remictitur, quia prælati nō possunt remictere iura Ecclesiarū, cū dicātur administratores, & ex his alias in ardua causa dicebā, ꝙ licet prælati possint non quęrere iura Ecclesiæ deuoluta, ob census non solutos in tempore, recipiendo solutionem illorū oblatam, etiam post tempus l. post diē cum concord. ff. de l. commiss. Tamē, si semel declarauerint commissum, nō possunt amplius illud remictere, neque exigendo, neque declarando, quia tunc ius illud caducitatis per declarationem prælati semel factam, est quæsitum Ecclesiæ, & tunc non tractatur de nō quærendo, sed de remictendo, quod facere non potest prælatus, nec quilibet administrator rei alienæ l. si procurator ff. de cond. iud. l. fin. C. de neg. gest. cum cō-
cord. docet Andr. in const. si quis in posterum ver. sed an procurator per l. præ
2 ses C. de transf. & sic habetis, ꝙ in rebus Ecclesiæ sufficiunt triginta anni ad præsumendum solemnitatem super re alie-
3 nata, & ad pręscribendam qualitatem infeudādi, sufficit pręlato successori inuenire rem extra mensam, vt dicatur res solita concedi, secundum aliquos, & hoc nos superius tractauimus in causa cum Illustrissimo Cardinali Columna super territorio Sāctę Sophię de Beneuento, vbi firmauimus, ꝙ etiam pactū de retrouendendo, dicitur reale, & perpetuum, reprobata opinione Ang. & Affl. quia quodlibet pactum positum
4 in contractu, dicitur pars contractus l. qui fundum la vltima ff. de contrah. emp. & l. si sterilis §. si tibi ff. de actio. empt. superest modo, sequendo Andr. videre de personis laicorum, & sic de Baronibus, Comitibus, & Ducibus, qui per const. Regni diuæ memoriæ non possunt dare, nisi excadentialia solita concedi sine assensu Regis, scilicet an idem dicendū sit in Baronibus, & quantum tempus requiratur ad præscribendam istam qualitatē infeudandi in præiudicium Regis, super quo sunt opiniones, scilicet, vt sufficiant quadraginta anni cum bina concessione, secundum communem opinionem, alij tamen dixerunt, ꝙ requiritur tempus, cuius initij memoria non existit, Affl. tamen in d. constitutione tangit hanc quæstionē in specie, & illam determinat sola authoritate Andr. hic dicens, ꝙ sufficiant triginta anni cum bina concessione, vt Baro rem demanialem faciat excadentialem, sed nos contrarium firmauimus in superiori, & nunc idem tenemus, nā dum communiter Doct. volunt, ꝙ in rebus

rebus Ecclesiæ sufficiant quatraginta anni cum bina, aut saltim vnica solemni concessione, cũ illis concordat, quod dicit hic Andr. per viam tamen præscriptionis, quia contra Ecclesiam præscribitur, spatio quatraginta annorũ, quod intelligatis contra Ecclesias, non immediate rectas per summum Pontificem, sed contra alias Ecclesias, quæ per alios
5 gubernantur, nam contra Ecclesiã Romanam, & alias Ecclesias, quæ per Põtificem immediatè reguntur, requiritur præscriptio centum annorum, licet omnes Ecclesię subsint Pontifici, sed hoc
6 totum prouenit, quia membra nõ gaudẽt priuilegio capitis, c. cum cappella, & cap. ex ore extra de priuil. & contra Rom. Ecclesiã quæ caput dicitur aliarum Ecclesiarum, non currit præscriptio, nisi centum annorum, cap. ad audientiam extra de præscript. vbi notant Doct. & in auth. vt Ecclesia Rom. propter quod aliqui Doct. voluerunt, quòd etiam contra Ecclesiam Lateranensem requiratur præscriptio centũ annorum, vt voluerunt, Archidiaconus 16. quæst. 4. in fin. Card. in cap. si diligenti de præscript. Abb. in d. c. ad Audientiam, & Bal. in auth. quas actiones, C. de Sacrosan. Eccl. non sic in alijs mẽbris, & Ecclesijs, vt in cap. de quarta extra de præscrip. vbi sufficiunt quatraginta anni per rationem præscriptam, quam rationem solitus sum adducere ad differentiam feudi, in quo consistit totalitas seruitij, & rerum particulariũ feudi, quæ subfeuda dicuntur, & hoc per contr. quæ incipit consuetudinem prauam, vnde non obstat l. eum qui ędes ff. de ser. Vrb. prędio scilicet, vt vnica res diuerso iure censeatur, quia hoc prouenit respectu diuersorum effectuum, & diuersarum operationum, & prouenit etiam respectu maioris dignitatis, & fauoris, qui debetur Capiti, & hoc est, quod Andr. noster dicit inferius, dum loquitur de boni titulatis per ista verba, item bona titulata, non de mensa, de nouo nõ confert alias sic. Differũt enim ista bona titulata ab alijs feudis, ut declarat idem Andr. in d. cap. Episcopum, vel Abb. post princ. vbi facit differentiam inter bona de mensa, seu de demanio, & bona titulata, nam dicit ipse
7 illa dicuntur titulata, quæ dant nomen Castro, vel Baronis: cætera autem dicuntur de demanio, vel de mensa Baronis, quæ deseruiunt ad victum Baronis, & feudatarij, vt nobiliter viuat, & decenter Regi deseruiat, & per hoc, vt arbitror facta fuit pragmatica Regni, quę de nouem capitibus nuncupatur, per quam prohibentur Proreges præstare assensum super istis bonis, & feudis titulatis, & alias per S. C. fuit annulata quędam venditio facta per Illustrissimum Marchionẽ Vasti de feudo Montis herculis propè Beneuentũ, à quo feudo, & Castro Dominus Marchio habebat dignitatem Principatus, probet Loffredus in sua parafrasi in 3. cap. Episcopum, vel Abb. in præscribenda igitur qualitate ista, quia pręscribitur contra Regẽ, requiritur spatium centum annorum, quod firmabitis cum illo tamen temperamẽto de quo superius loquuti sumus, scilicet, vt concessa aliqua re per Baronem, quam ipse asseruit esse solitã concedi, si cum sua assertione concurrant alia adminicula, tunc non requiritur tẽpus immemorabile, & ratio est, quia tractatur de præscribenda consuetudine iuris, quæ facit ius, non autẽ de præscribenda consuetudine facti, de quibus

per

per Dec. conf. 48. post princ. & hoc dicatis in quęsitis, nam in quęrendis sufficiunt viginti anni l. in omnibus, ff. de diuer. & temp. præscrip. In Regno autem habemus cōstitutionem quatrigenalē, quæ disponit, quòd sicut antea sufficiebant quatraginta anni ad præscribendū
8 contra fiscum in quæsitis, quòd hodie requirantur centum anni, & ita quotidie seruam', & hoc iure vtimur in quęsitis, & aduertite ad vnum, quod dixit notabiliter affl. in cap. 1. de contr. feu. apud par. term. videlicet, ꝙ eiusdem naturæ est vis conferendi feudum, sicut & ipsum feudum, & pro inde hoc ius cōferendi debet habere priuilegium, vt nō præscribatur minori spatio, quam centum annorum, & ideo minus bene loquutus fuit in d. constitutione non bene intelligendo verba, & mentem Andreæ hic, & hæc, quo ad Iura Fisci quæsita. In quærendis autem, non sunt correcta iura antiqua, quæ volunt, ꝙ sufficiant viginti anni contra fiscum, vt in d. l. in omnibus per gl. & not. per Doct. in l. querelam, C. de falsis, & hodie hoc est expressum in cap. Regni, quod incipit
9 bona proditorum, vbi fit differentia inter ius quæsitum, & quærendum.

SVMMARIVM.

1 *Barones, vbi tractant de præscribenda facultate infeudandi, an dicantur tractare de præscribendo iure quęsito, vel quærendo.*

2 *Baro dicitur habere vtile dominium, non solum capitis ipsius Baroniæ, sed etiam omnium rerum particularium, & demanialium Baroniæ.*

3 *Ius assentiendi dicitur inesse rei, & penes Regem.*

4 *Baro est minister Regis.*

5 *Centum anni requiruntur in præscriptione contra Regem.*

6 *Feudi appellatione, quæ feuda veniāt.*

7 *Feudum iustum quid sit.*



T ex hoc alias vidi dubitari,
1 si Barones dum tractāt de præscribenda hac facultate infeudandi dicantur tractare de præscribendo iure quæsito, vel quærendo, super quo aliquando consultus respondi, quòd tractant de iure
2 quæsito Regis quia Baro dicitur habere vtile dominium, non solum capitis ipsius Baroniæ sed etiam omnium rerum particularium, & demanialium Baronię. Vnde etiam demanialia Baroniæ in Regno sunt Regis, quo ad directum dominium, & sic Rex habens in illis directum dominium, vt superius docuimus, habet pariter, & ius de præsenti,
3 & facultatem assentiendi, quod ius assentiendi dicitur inesse rei, & penes Regem, nam in Baronem solum vtile trāsfertur, & propterea dum Baro tractat de præscribenda hac facultate infeudādi sine assensu Regis, dicitur præscribere iura Regis, & propterea requiruntur centum anni, nam siue faciat, & infeudet Baro ex permissu legis, siue ex iure præscripto, semper actus istę tribuitur Regi cum Baro minister Regis sit, cap.
4 literis, vbi gl. notab. de rescript. & est mirandum, ꝙ Affl. tenuerit, ꝙ sufficiāt triginta anni immemor eorum quæ scri pserat reliqua uidebitis in repetitione mea super cap. si quis per triginta, de quo superius mentionem fecimus: sed ad vnū aduertite, quod notauit Camer. in cap. Imperialem, scilicet, ꝙ ideo in

præ-

5 præscriptione contra Regem requiruntur aentum anni, quia Rex est abscens à Regno, vos dicatis, quòd ista ratio non est efficax, vt notat Bal. de pac. constan. in prima gl. in fin. & in gl. seq. vers. sicut ab. antiquo, & in l. si quis ad declinandam in 13. col. C. de Epis. & Cler. sed ratio est, quia centum anni requiruntur in Regno ad præscribendo ius quæsitum Regi, vel Fisco, & contra Principem regulare est, etiam iure communi, vt requirantur centum anni, vt diximus in c. si quis, per triginta, nam non est par ratio lucra non capere & iam quæsita perdere l. si sponsus, §. si maritus. ff. de don. inst. vir. & vxo. insuper aduertatis, ꝙ dum Andr. hic dicit, ꝙ de iure canonico sufficit res Ecclesię fuisse concessas in feudum, licet inualida sit concesio, vt dicatur solita infeudari, allegando d. cap. 2. de feud vos, dictum istud intelligatis de feudo iusto, & legitimè erecto, & infeudato, nam appellatione feudi,
6 debet intelligi de feudo iusto, & legitimè erecto, & concesso, sicut dicimus in sententia, l. 4. §. condemnatum, ff. de re ind. & ut dicit Curr. in 2. par. in 4. quæst. princ. iustum dicitur ibi feudum, quod vel est in eo præscripta consuetudo infeudandi, vel quando, cum authoritate Pontificis conceditur, & sic debet intelligi ille tex. in cap. 2. alias daretur materia prelatis citò morituris, & à Senibus fraudandi Ecclesias, quia possent concedere res Ecclesiæ & alienare feuda, quæ postea successores non reuocarent, tanquam iniustè alienata, aut alteri concederent, in consulto Pontifice, quod ferendum non est quia membra semel erecta ad ornatum, & dignitatem Ecclesiæ debent esse perpetuo mansura, vel si contingat illa concedi, aut alienari, hoc fiat cum causæ cognitione, sicut iuris, & moris est, & sic intelligans tex. illum, & verba Andr. hic, qui etiã potest saluari, vt illud tempus triginta annorum sufficiat, non ad præsumendum actum, sed ad præsumendum sollemnitatem actus, vt superius exemplicauimus, alias Andr. male loqueretur, quia vbi agitur de inducendo nouo statu beneficij, requiritur præscriptio quatraginta annorum, cap. cum beneficio, vbi gl. in ver. legitimam de præben. in 6. Cumulat aliqua Giudo Papa quæst. 161.

SVMMARIVM.

1 *Actus inualidus non tribuit titulum.*
2 *In reacquisitione rei, an requiratur illa solemnitas, quæ requiritur in dismembratione.*
3 *Actus in esse producitur, sicut resoluitur.*
4 *Ad finem arguendi tutorem, debet probari, quòd corpora rerum erat venalia, & facilè fuißet reperire venditorem.*
5 *Data licentia alienandi, censetur etiã permißa alienatio in vltima voluntate, instituendo heredem.*



EQVITVR modò Andr. declarando eandẽ quæstiones, quòd sufficit de iure canonico semel fuisse concessum ibi, vnde statim hostiensis dicit feudum datum antiquitus, idest alias datum, licet inualida fuerit concesio, ad hoc vt dicatur res solita concedi, seu infeudari, dicatis vos, supplendo, quod si cõcesio ab initio fuerit sollemni-

lemniter facta, illa sola sufficit: nam tūc quod fecisset tempus, facit voluntas Principis in dismembrando, & separando rem de mensa, & in sigillando rem, vt dicatur solita concedi, & tunc etiam in feudis, vt alias diximus assensus iste, imò magis dispensatio non quaternabit feudum, neque illud separabit ab vniuerso, sed illi dabit hanc qualitatem, vt dicatur res solita concedi: nam assensus operatur effectum suum diuersum ex natura actus, qui geritur, & hoc cognosci poterit per verba cōcesionis, vel assensus, si in illis, aut altera ipsarum ponantur verba, & clausulæ, vt feudum recognoscatur à Barone: nam vna scriptura declarabit alteram, l. qui filiabus cū vulgr. ff. de leg. 1. & hoc optime notauit Camer. in cap. Imperialem, & ita debent intelligi verba Afflicti, & aliorum decis. 305. quam alias meminimus, & tunc vnus actus sufficit, vt dicit Andr. sufficit ēt vnus, actus, quādo de facto, seu de concessione constat, & tractatur de præsumenda sollemnitate, vt superius diximus. Sed cauetæ, ne dicatis, vt dicit Host. q actus sufficiat, etiā si sit inualidus, quia hoc dicere vanum est, quia actus inualidus non tribuit titulū, maxime in his, quæ requirunt titulum, & titulum aduersantem voluntati Regis, aut Principis, qui rem propriam concessit, vt non alienetur sine voluntate sua, & nos superius declarauimus, vnicus etiā actus sufficit in possessorio, non autem in petitorio, vt notant DD. in cap. cū Ecclesia sutrina de caus. poss. & prop. & hoc totū facit cōmodū possessionis, & natura iudicij, quæ nō patitur lōgiorem disceptationē, l. 1. C. si de momen. poss. nā omnis error, & omne damnū posūt emendari in iudicio petitorij, alias citta possessorium consuetudo dandi, debet esse præscripta, ea præscriptione, de qua superius loquuti sumus, & quam notant Doctor. in c. cumana de elect. & in hanc sententiam videtur inclinare Andr. hic, ibi hoc ius, satis æquius, & utilius pro Ecclesijs statuit, & quæ sequuntur, subdit postea Andr. & si vnus prædecessor suus non dedisset, posset successor eius dare, nisi à prędecessore immediatè fuisset illud feudum retentum in demanio per triginta annos: quia tunc (dicit ipse) inducta erit consuetudo non dandi, & per tantum tempus immutatur, etiam conditio rei: super qua conclusione, est uidendus Capyc. in sua inuest. feudali in ver. feudum dant vers. sexta conclusio; si res consueta infeudari aperta sit, vbi alios cumulat, sed uos Domini aduerta-
2 tis ad rationem, quare in reacquisitione rei nō requiratur illa sollemnitas, quę requiritur in dismembratione, nam vide-
3 mus, q regulariter sicut actus in esse producitur sic etiam & resoluitur c. 1. de re iud. Bar. in l. ab emptione, ff. de pactis, & nunc si prælatus, aut Baro volūt rem de mensa facere concesibilem, & illi acquirere qualitatē infeudandi, oportet, vt interueniat altera de sollemnitatibus, scilicet uera, aut præsumpta, & in retinendo eandem rem in mensa non requiritur tanta sollemnitas; imò sola declaratio sufficit Baronis, aut Episcopi ad inducendam nouam qualitatem & consuetudinem non dandi, ut dicit Andr. rationem non ponunt Doct. hic, neque Capyc. in loco citato, sed ratio sumitur ex uerbo possunt, posito in rubrica ubi nos diximus, quòd possint, si velint, reprobata opinione Paridis in suo tractatu Reintegrationis feudorū quęst. 7. quia hoc factum est ad commodum

Prælati, seu feudatarij, cui renunciare possunt. Alia ratio est, quia resoluto iure contractus cum illis, quibus concessa erat res, vel culpa, vel generatione, statim præuia declaratione res reunitur mensæ feudi, seu Ecclesię, & recipit pristinam naturam, ad quam reuertitur l. si unus, §. pactus, ne peteret in uerbo, qđ in spetie, ff. de pact. cum vulg. alias posset argui in contrarium per rationem, quam ponit Bar. in l. tutor, qui reperto-rium, ff. de administ. tut. scilicet, ꝙ actus dandi non est omnino pendens à uoluntate unius, quia requiritur, etiam voluntas alterius contrahentis, qui velit quęrere, aut recipere, etiam Bar. ibi exemplificat in tutore, qui tenetur conuertere pecuniā pupillarē in emptionē prę-
4 diorum; nam ad finem arguendi tutorem, dicit ibi Bar. ꝙ debet probari, ꝙ corpora rerum erant venalia, & facile fuisset reperire uenditorem, vnde solitus sum dicere, sequendo comunem conclusionem Doctorum, quòd consuetudo non dandi, inducatur per contrariū actum ad quod, Domini respondebitis, quòd satis declarat Baro, aut Episcopus, profitendo, & declarando verbo, àut facto, si tenuit rem ipsam in demanio, ut dicit Andr. quia etiam facto declaratur voluntas, vt in vulgaribus, & hoc secūdo casu, quem exemplificat Andr. scilicet in declaratione per actum facti, & non per actum verbi requiruntur triginta anni, & addatis, ꝙ etiam, si hoc tempore fuisset facta mutatio Prælatorum, successores in prælatura posent uti accessione prioris temporis, l. cum hæres, ff. de diuer. & temp. præscrip. quę lex procedit in hac tricenali præscriptione, vt notant ibi DD. & tenendo hanc opinionem, respondebitis ad decis. Bar. ꝙ ibi tractabatur de faciendo, & de adimplendo mandatum legis ad commodum pupilli, propter quod, tutor argui non potest, si non fuit in culpa, saltim in perquirendo, in casu autem nostro sumus in actu permissiuo, & volūtario, qui actus declaratus per alterum ex modis prædictis & cū sit actus negatiuus, dicitur pendere à voluntate vnius, & de hoc actu permissiuo, & prohibitiuo loquitur Bar. in l. peto, §. fratrē de leg. 2.
5 ubi per illum rex. infert, quòd data licentia alienandi, censetur, etiam permissa alienatio in vltima voluntate, instituendo hæredem, non sic in actu prohibitiuo, uidete eum, & notetis illam decisionem, quia alias allegaui in ardua causa pro Dominis de Sancta Fè in Regia Camera, cuius decisio ad huc pendet.

SVMMARIVM.

1 *Confessio vassalli debet habere adminiculum legis, & debet fieri in fauorem domini, qui alias habebat iurisdictionem.*

2 *Priuatorum consensus non tribuit iurisdictionem.*

3 *Consensus non potest plus, quam lex.*

4 *Prorogatio, aut consensus vassalli debet habere fomentum causæ, in qua substineatur confessio, aut declaratio sua.*


5 *Vassalli sunt pars feudi.*

6 *Obedientia, an, et quando præscribi possit, & an in hac præscriptione attendatur ius canonicum.*

7 *Diuturnitas temporis non sufficit ad inducendam præsumptionē substantiæ tituli.*

8 *Con-*

8 *Consensus vbi deficit, lex præsumere non potest, tanquam deficiente subiecto.*
9 *Inuentarium, an sufficiat ad finem probandi, res de mensa.*
10 *Data consuetudine infeudandi, an extendatur ad alias res feudi.*
11 *Priuilegium, & præscriptio an simul competant, & in quo differat consuetudo à præscriptione, & an consuetudo semper insit actui, & quid in possessione passiua.*



EQVITVR modo idē Andr. prosequendo ordinē sui docti glossematis, ꝙ & tanto tempore acquiritur ius vassallagij, hoc idem firmauit in c. 1. post n. 2. ibi nec est hic conditio seruitutis, si pro feudo vassallus ab aliquo interpellatus fuerit, & in c. 1. §. præterea si in-
1 ter duos in prima additione post nu. 89. de proh. feu. alie. per Feder. vbi melius loquitur: nam dicit, ꝙ confessio vassalli debet habere adminiculum legis. & debet fieri in fauorem domini, qui alias habebat iurisdictionem, alias esset inci-
2 dere in regulam, vt priuatorum consensus tribueret iurisdictionē contra l. priuatorum, C. de iurisd. om. iud. tangit opt. Bar. in l. litibus, C. de agric. & cens. lib.
3 11. nam non potest plus consensus, quā lex maxime, quòd consensus iste sonat in pati respectu vassallorum, licet sonet in agere respectu domini, sed quid in Regno vide in const. quę incipit probationū defectū sub titulo de probat. homagij vbi declarat Andr. & aliquid notauit Capicius Decis. 118. & idem Andr. in const. comite vnde habetis. ꝙ proroga-
4 gatio, aut consensus vassalli debet habere fomentum causæ, in qua sustineatur confessio, aut declaratio alias alienare dicitur qui sine causa declarat vel cōfitetur: nā si dominus, in quem fit prorogatio, careat iurisdictione, & gleba territorij, cōfessio vassallagij nihil sibi proderit, sed hoc dictum Andr. declaretis procedere in hominibus exteris venientibus ad Regnum, non autem in hominibus, aut vassallis aliorum Baronum, seu Dominorum, à quibus non possunt vassalli subtrahere semetipsos, & seruitia debita, nam quocunque isti accesserint, possunt reuocari per Dominos, ut
5 redeāt præstituri seruitia debita, quia vassalli dicuntur, & sunt pars feudi vt p Andr. in d. cōst. probationū, & alibi, hoc tñ declaratur non procedere, si accesserint ad loca demanialia Regis, vt declaratur in cōst. personas & in cōst. quisquis de Burgēsibus, sed de his alibi pertractauim*, interim tñ videbitis Luc. de penn. in l. cū scimus, C. de agric. & censi. lib. 11. vbi optime loquitur, Andr. in cōst. dignū Oldr. cons. 254. vbi qñ obedientia possit præscribi passiue, & elegāter, loquitur, Andr. ēt in dicta const. quisquis & Capic. dec. 118. cętera aūt ad hunc articulū pertinentia & qñ vassallus possideri possit & alienari cū gleba territorij, & quando sub honore solius iurisdictionis diximus in c. 1. de c. qui cur. vendidit vbi videbitis & post Andr. in c. 1.
7 qualiter vassall. iurare debeat fidel. sed an in hac præscriptione attendatur ius canonicum, videbitis eundem Andr. in cap. domino guerram num. 13. in fin. hic finitur lex. sed ad vnum semper aduertatis, quòd diuturnitas temporis nō sufficit ad inducendam præsumptionē substantiæ tituli, vt per Alex. notabili-
8 ter cons. 179. num. 5. vol. 6. nam vbi de-

ficit cõsensus, lex præsumere non potest tanquam deficiente subiecto, & alias in ardua causa, dum tractaretur de assensu dato fauore dotium ad beneficium mulierum huius ciuitatis, quia deficiebat substantia obligationis, & contrahentes non obligauerant bona feudalia, obtinui, vt assensus ille non opitularetur, quia non habebat obligatio consensum vbi figeret pedes. quod optimè explicauit Camer. in cap. Imperialem, tam in assensu Regis, quam legis, seu statuti, & similiter in alia causa, in qua, aduocati partis incaute produxerãt priuilegium, vnde apparebat de defectu intentionis, & tituli, quem pars allegabat, Obtinui, vt probationes, in quibus pars se fundabat, non prodessent, quia in spectio titu li demonstrabat veritatem, à qua sumebat initium omnis possesio docet hanc theoricam Bal. in l. liberti libertæque prope finem C. de oper. liber. vbi vult q; quãdo præscriptio non cõtinet quid diffinitum abhomine continet quod est diffinitum à iur. vel. consuetudine aduertatis etiam ad aliud, quod ad finẽ pro-
9 bandi res de mensa, aliquando, sufficit inuentarium, quod facere solent Barones. vel reintegrando res feudi, vel declarando, sed hoc totum residet in arbitrio Iudicis, si causa cognita, illud factũ fuerit, citatis, quorũ interest ne sit in facultate Baronis diminuere feudũ, aut remictere inta feudi, super quo videbitis notata in l. prædijs, §. Titio. ff de leg. 3. & in l. caius in fin. de leg. 2. & Alex. in cons. 169. vol. 5. & cum istis suppletionibus, remanet declaratus Andr. vsque ad ve-
10 siculum Regis, Aduertatis etiam ad aliud, q; data consuetudine infeudandi, de qua in tex. vestro, consuetudo ista nõ extendatur ad alias res feudi, sed habebit locum in illa re particulari legitimè concessa, aut præscripta, & non in alijs rebus feudi, quæ remanserunt in mẽsa, quod latius prosequemur in cap. si quis per triginta si de feu. fuerit contro. vbi multas quæstiones tractauimus, & ibi
11 etiam videbitis, an priuilegium, & præscriptio simul competant, & in quo differat consuetudo à præscriptione, & an semper consuedo in sit actui, & quid in possessione passiua, quæ exẽplificatur in vasallis, qui non possident, sed possidentur, & alia digna notatu, quæ ibi remictimus ad ornatum illius tex. qui breuiorem habet materiam.

SVMMARIVM.

1 *Rex, an ex sola electione habeat administrationem sinè consecratione remissiue.*
2 *Regna debentur, & transferuntur ex successione.*
3 *Rex Siciliæ eligitur in Imperatorem, ut fuit in Imperatore Carolo Quinto felicis recordationis.*
4 *Rex si fecit gratiam, & subscripsit se, vt Imperator, an gratia ista sortiatur effectum suum, quasi, quòd duplex dignitas sit vnita in persona vnius, & attendatur illa potestas, quæ substinet actum.*
5 *Gratia à petitione declaratur.*
6 *Feudi quaternati collatio ad Regem spectat.*
7 *Baro non potest, nisi excadentias locare.*
8 *Baro, an possit bona burg. infeudum dare.*
9 *Conferri, aut aliquid dari iure suo, aut iure*


iure deuoluto.

10 *Feudi in concessione, tria semper considerantur persona dantis, persona recipientis, & res, quæ datur in feudum.*

11 *Imperator concedit etiam, non concedenda, & etiam nouas dignitates.*

12 *Inuasores Castrorum, aut aliorum bonorum, si postulauerint à Principe priuilegium, illis non proderit proderit propter vitiosum ingressum.*

13 *Cuius rei prohibetur petitio, eiusdem facta, concessio non valet.*



SVMVS modo super verbo Regis, vbi Andr. vult,
1 ꝙ Rex ex sola electione habet administrationem sine consecratione, intelligatis vos, secundū antiqua tempora, quando Reges eligebantur, non sic hodie, quia Regna de-
2 bentur, & transferuntur per successionem, sed retentis terminis, Andreas dicit, quòd statim quòd Imperator electus erit, habebit administrationem, licet non ad huc fuerit coronatus, neque vnctus, secundum eundē Andr. in prohemio const. col. 13. firmat Socc. cons. 63. vol. 3. vbi alios refert, firmant, Dec. cons. 194. & Fęly. in cap. eam te de rescrip. Hostiensis tamen dicit, ꝙ non habet administrationem per solā electionem, sed oportet, quòd sit etiam coronatus, & vnctus notant Bar, & alij in l. bene a Zenone C. de quadr. præscr. & in l. quamuis C. de inoff. testam. sed Bal. de pac. constan. & Doct in l. bene a Zenone, C. de quadrien. præscrip. communiter concludunt contrarium, sed opinio Hostiēsis posset procedere, quādo esset controuersiā in electione, ꝙ tūc non nisi facta coronatione, & vnctione, habeat administrationem, sed quando electio est facta ab omnibus conformiter, & nulla est disceptatio in eligendo, tunc secus & itā hanc esse comunē opinionem, tradit Dec. d. cons. 194. vbi late examinat hunc articulum, sed vbi dicit Andr. de Rege Sicilię, & alijs, qui cum Imperio nihil habent facere, quia quilibet est Monarca in Regno suo, ta-
3 cit ad quæst. sæpè occurrentem, quando Rex Sicilię eligitur in Imperatorem, vt fuit in Imperatore Carolo Quinto fęlicis recordationis, nam si ab eo obtinētur gratiæ per homines Regni, & Rex sobscripserit se, uti Imperator, an gratia ista sortiatur effectum suum quasi,
4 ꝙ duplex dignitas sit vnita in persona vnius, & attendatur illa potestas, quæ sustinet actum, & facit gratiam valere, vel gratia infirmetur ex regula, quod potui, nolui, de qua per DD. in l. multū interest, C. si quis alteri, vel sibi, ita ꝙ in exercitio censeatur Rex esse duplex homo, videbitis Andr. in cap. 1. de consuetu. recti feudi super verbo in quibusdā in fine, vbi ēt loquitur de Imperatore, nō dū cōsecrato, qui licet ibi nō determinet quæstionē illā tñ determinat Innoc. in c. cū ex officij n. 3. de præscrip. quē vi-
5 debitis, & ratio decisionis esse potest, quia regulariter signatura, seu gratia à petitione declaratur subdit postea And. ꝙ constitutio Regni Sicilię, prohibet Baronem, vel feudatarium dare in feudū, nisi excadētias. i. feuda consueta dari alijs in feudum (sic legatis) quia minus correctè scribitur, & dantur dicit ipse cum eodem seruitio, vt per eundem in cap. Imperialem, & in cap. 1. in fine de feudo non hab. propter nar. feu. sed ad illud de pactis adiectis vt curtizētur,

Domi-

Domini in ver. valuasores aduertite ꝙ pacta turpia etiam si essent conuenta non seruabuntur per possessorē feudi vt in sonatore violę, exemplificat Andr. quid sit inuest. in fine vbi etiam tangit quādo pactum vitiet, vel vitietur, quod prodest ad intellectum refutationis cū pactis de quo in cap. 1. §. etsi libellum de alien. feu. paterni, addite tamen, ꝙ dispositio §. illud quē superius allegat Andr. corrigitur per const. diuę memoriæ, vt statim hic subiecit Andr. ad Illud tamē de curtizando Domino, & de iuramentis vassallorum videbitis Andr. in cap. 1. per totum qualiter vass. iurare deb. fidel. & in §. huius autem generis ex quibus cau. feu. am. quaternata autem, & Castra, etiam quæ tenentur ab alio subdit Andr. in hoc vers. Regis in fine solus Rex concedit, vt in const. post mortem, sed quæ sint ista superius declarauimus ad intellectum tamen huius cōstitutionis, vltrà ea, quæ superius notauimus, videbitis Andr. in cap. 1. de contro. feu. apud par. term. post num. 10. vbi dicit ista verba. Item in terra Baronis

6 potest esse feudum quaternatum, nō Castrum, cuius collatio ad Regem pertinet, vt in l. post mortem, vnde licet, alij, præter Principem possint infeudare, vt in prima rubrica hodie de nouo nō pōt in Regno Siciliæ alius, quam princeps,

7 nam Baro non potest, quia non nisi excadentias potest locare, demania nō tāget, non quaternata feuda, quæ sunt in Baronia sua, quando excidēt, dabit alij, cui volet, sicut de prælato dictū est supra in prima rubrica, & in tit. Episcopū, vel Abb. & in eodem loco à n. 9 vsque in fin. declarat, quę sint feuda quaternata, quomodo sit inductum ius adohæ,

8 seu adohamenti, & an Baro possit bona burg. dare in feudum, eandem constitutionem declarat idem Andr. in cap. si vero violator post num. 4. de pac. tenen. & in cap. 1. in secunda additione in fin. de capit. Corr. videbitis etiam affl. in cap. sancimus lo primo, quo tempore miles, & per paridē in tract. reintegr. post princ. sed quia hæc omnia superius explicauimus in quæstionibus contenti sumus sola remissione, ne bis idem re-

9 petamus, nam differt aliquid conferri, aut dari iure suo, aut iure deuoluto, vt alibi diximus declarando quid faciat, & operetur natura rei cum differat dari castrum simpliciter quod quaternatum præsumitur in Regno, & hoc est, quod dicit hic Andr. quaternatum quod ab alio tenetur & dari territorium inhabitatum dicimus etiam quid operatur virtus clausulæ vt res teneatur à Rege, vel à Barone de qua per Andr. in §. huius autem generis n. 14. in prima add. & quid interest aliquid dari per priuilegium, vel per contractum ad vnum tamen aduer

10 tatis, ꝙ in concessione feudi, tria semper considerantur, scilicet persona dantis, persona recipientis, & res, quæ datur in feudum, & ex istis tribus cognoscetis naturam feudorum, scilicet quando feuda sunt nobilia, quando dant paradogium, quando sunt subfeuda, ita ꝙ de illis sit soluenda collecta, deducto onere censu, seu seruitij, quod præstatur Baroni, & an sint accatastanda, & an possidentes ista bona censualia, teneantur ad cūtributiones fiscales, pro ut in alijs, quæ oīa singulariter tractauimus post Andr. in ver. & plaustrorum, quæ sint regalia, subdit Andr. num. 10. de Imperatore, & Rege, quod possunt feuda donare, tanquam indubitabile, non posuit, hi quidem magna feuda, etiam dant, vt Mar

chio-

chionatum, Ducatum, & Comitatum, etsi minores possunt, vt Comites, & Barones, multo magis Imperator: nam ipse est, qui concedit, & non concedenda,
11 & etiā nouas dignitates, C. de pet. bon. sub. l. 1. lib. 10. Ita lex facit ad quest. sępe
12 occurrentem contra inuasores Castrorum, aut aliorum bonorum, nam si postulauerint à Principe priuilegium, illis non proderit, propter vitiosum ingressum, concordat lex authoritatem, C. vn de vi, vbi optime Salyc. 7. & Capic. in inuest. fol. 138. & 151. Dec. cons. 185. in fine & Curt. iun. in tract. feu. in secunda par. 2. par. quæst. 3. num. 10. & seq. notat Alex. in pulcro casu cons. 3. vol. 5. nam cuius rei prohibetur petitio, eiusdē
13 facta concessio non valet, vt per Andr. in cap. 1. qui suc. ten. ante num. 14. cuius tex repetitionem cito videbitis Deo adiuuante ad intell. tamen l. 1. de Metropo. liberito quam allegat Andr. hic, & quādo vnio fiat extinctiue ad vnam ciuitatē vel terram, & quando vim habeat confederationis videbitis Andr. in cap. 1. in vltima add. de Capit. Corradi, ibi, quid si Ecclesia collegium vniuersitas, vel ciuitas Innoc. in cap. cum accessissent de contr. vbi et Felinus Alex. cons. 43. vol. 1. & cons. 151. vol. 2. Dec. cons. 174. & 233. & Aret. cons. 13.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis, an sufficiat ad tollendam obstantiam, & impedimentum legis.*
2 *Donatio facta per Imperatorem Constantinum Papæ Siluestro, an valeat.*
3 *Inuadere terram, quam infideles possident, vel quæ est sua, nunquid est licitum.*
4 *Deus est creator omnium.*
5 *Christus dominium, & possessionem rerum Ecclesiæ habet; vnde quæcunque homines afferunt Ecclesijs, Deo oblata esse dicuntur.*
6 *Donatio dicitur habere titulum, & titulum habilem ad translationem dominij, ne dicatur simulata concessio.*
7 *Refutatio potest fieri dupliciter.*
8 *Generalis prohibitio de non alienando, vel instituendo, non includit personam Regis.*
9 *Refutatio, an fieri possit filio primo genito alienando.*
10 *Alienatio non dicitur in personis coniunctis, sed potius debiti solutio, quam muneris oblatio.*

SED an in hoc casu sufficiat clausula generalis ad tollēdam obstantiam, & impedimentum legis postquam lex uidetur resistere impetrationi gratię, vel requiratur indiuidualis scientia Principis concedentis, cum indulgentia eiusdem Principis, & an sufficiat specialis, hoc nunc non discutio, videbitis tamen interim Oldr. cons. 326. & Andr. in cap. 1. prope finem quid sit inuestitura Bald. in l. res, C. de appellat. & Doct. post gl. in l. fin. C. si contra ius, vel vtile publicam, & in l. sicut, C. de testam. milit. nam cętera ad hunc articulum pertinentia, tractabimus simul cum Andr. in c. 1. de vass. decrep. etat. vbi videbitis similiter, (Deo adiuuante) & alias quæstiones similes, & practicabiles quarum aliquæ fuerunt terminatæ sub illo insigni Illustri & peritissimo viro Domino Vin-

no Vincentio Mastrillo candido Consiliario, optimo, & integerrimo, & nos suis locis pertractabim⁹, & nominatim referimus. Dummodo subdit Andr. infeudationes suæ non diminuant honorē Regis, & coronæ, vt in cap. intellecto, cuius lectura vulgaris est, ideo non discutio, sed videbitis omnino Capicium Decis. 166. vbi notabiliter loquitur, & Andr. in cap. 1. qui succ. ten. & in cap. 1. §. nec dominus num. 44. versus fin. nu. de proh. feu. alie. per Feder. & in const. dignum vbi opt. videbitis similiter Bar. in l. prohibetur. §. plane, ff. quod ui, aut clam, & Socc. cons. 7. vol. 3. quæ diximus cum Andr. in cap. Imperialē vers. nec dominus, vbi est materia, & vbi Andr. multa bona scripsit ad intell. isti⁹ textus, & omnino Ruy. cons. 25. vol. 2. & Aym. cons. 54. vbi optime loquitur, sed an valeat pactum de tenendo terrā indemanio, & de illam non alienando videbitis Affl. in cap. si quis fecerit inuestituram post num. 5. quo temp. miles, nam nunc non discutiam quia examinaui in cap. 1. de cap. qui cur. vend. & ista lex iam habuit suam opulētam dotem subdit Andr. ꝙ hoc fallit, si donetur Ecclesię vt fecit Constantinus, qui reliquit Beato Siluestro, & Romanæ Ecclesiæ prouintias Italiæ: nam tunc immensitas est mensura, quia reliquit Deo, cuius est terra, & plenitudo eius, per quæ ver
2 ba, firmat hic Andr. donationem Constantini factam Ecclesiæ valuisse, quicquid alij imprudenter loquantur, quia domini est terra, & plenitudo eius, & clarius firmauit idem Andr. in cap. 1. circa fin. post num. 35. de Capit. Corr. vbi dicit ista verba, pone feudum antiquū datum fuisse Monasterio, certe ex parte Dei cuius Papa Vicarius est, prouenit

feudum: nam domini est terra, & plenitudo agri mecum est, dicit Deus in psalmo hoc idem ante Andr. scripserat Innoc. in c. quod super post princ. de vo-
3 to & vot. Redēpt. vbi dicit ista verba, sed nunquid est licitum inuadere terrā, quā infideles posśident, vel quæ est sua super quo scribunt ciuilistæ in l. id quod apud hostes, ff. de legatis primo, & alibi sed ad prædicta nos respondemus, ꝙ in veritate. Domini est terra, & plenitudo eius Orbis terrarum, & vniuersi, qui
4 habitant in eo: ipse enim est creator omnium, & quæ sequuntur, & in cap. cum super de cau. poss. & prop. idē In-
5 noc. num. 3. dicit ista verba, sed Christum Dominum, & possessionem rerū Ecclesia habet, vnde quæcunque homines offerunt Ecclesijs, dicuntur esse oblata Deo, & idem Andr. quæ sint regalia in uer. contrahendo incestas nuptias num. 47. dicit ista verba, Deus est monarcha vniuersalis, Domini est terra, & plenitudo eius, Bal. etiam multa bona scripsit in l. cum multa, C. de bonis que liberis: sed quid sibi uelit Andr. hic per ista verba psalmi nullus scribētium hic declarauit. Vos autem pro intelligentia debitis scire, ꝙ Andr. disputando de donatione prædicta inuestigauit, si donatio fuit simplex, an fuit datio in feudum, ita ꝙ donator fuisset vsus verbis denotantibus infeudationem, vel an fuerit vsus uerbis denotantibus, & habenti-
6 bus uim relicti, nam dicit ipse, donatio debet habere titulum, & titulum habilem ad translationem dominij, ne dicatur simulata concesśio, allegat l. traditionibus, C. de pact. & l. per diuersas, C. mandati, & post hæc subdit ista inuestigatio, nimis est curiosa, unde sciatis, ꝙ Andr. hic per unicum uerbum se expediuit,

diuit, dicens Domini est terra, vult di-
7 cere Andr. vt vos scitis, quod Refutatio potest fieri dupliciter, vno modo in immediate succesfutum, & ista dicitur præuenta, seu præoccupata succesio, secundum Camer. in cap. Imperialem, quod an verum sit, diximus in cap. 1. de alie.feu. pat. alio modo fit donando superiori domino, à quo feudum fuit concessum, & ista dicitur restitutio, vt per Bar. in Princ. ff. vet. in rubrica ante n. 15. ibi sed lex. alibi dicit & cum dominus noster Iesus Christus sit Dominus vniuersi, & quecunque habemus sua sunt, dum illi, & Ecclesiæ donamus, restituimus, & ista donatio, quæ fit superiori, non indiget assensu, quia restitutio quę fit Donatori non indiget solemnitate per ea quę notant ciuilistę & Ias. in l. cum filio familias num. 165. & seq. ff.
8 de leg. 1. & etiam quia generalis prohibitio de non alienando, vel instituendo, non includit personam Regis, & ista donatio, vel cantet per viam institutionis, & legati, vt loquitur Andr. vel per viã meræ donationis, valet, & tenet, ẽt in præiudicium filiorũ in feudo hæreditario, vt nos vidimus in Regina Apollonię, quę legauit, imò magis restituit inuictisimo, & Catholico Regi nostro quam plurima Castra, & Ciuitatem Bari, quæ ab eo tenebat, & hac ratione vtitur doctisimus Canetius Doctor siculus in cap. si aliquẽ sit ẽt Re-
9 futatio, & tertio modo, vt in c. 1. de vassal. decrep. etatis; sed quia aliquãdo vidi dubitari, an refutatio fieri posit filio primogenito, etiam vendendo, multotiens respondi, quod sic, quia in hoc actu attenditur magis persona, quam titulus, vt p Bal. in l. 1. ff. de offic. Consul. & in l. exequutorem col. 6. ver. pone, duo sunt statuta, Cod. de excep. rei iud. vnde sufficit feudum fuisse datum primogenito, siue per titulum venditionis, siue donationis siue per verbum refutationis, quia licet varietur modus contractus, non tamen variatur substantia acquisitionis, ad quã leges respiciunt, vt feudum, scilicet perueniat ad primogenitum, & hanc conclusionem firmauit Andr. à paucis consideratus in cap. 1. de alie. feu. in ver. fratri in fin. quia non est alienatio dare illi, qui sine alienatione succederet, hæc sunt verba sua, per quę alias obtinui, vt vniuersitas Molæ, quæ petierat demanium propter venditionem factam per dominũ Iuliũ Carrafam, domino Marchioni Polignani filio suo primogenito pro certo prætio, non admitteretur. & fuit decisio visa notabilis dominis Consiliarijs, nam inquit Lucas de pen. in l. vnica, Cod. de im pone lucrat. descrip. lib. 10. col. 1. in col. 1. in princ. in personis coniunctis non dicitur alienatio, sed potius debiti solutio, quã muneris oblatio, hæc sunt verba sua, & per illam so-
10 lam decisionem Andreæ fuit iudicatũ, vt dixerunt postea mihi peritisimi Cõsiliarij; ad eum addatis textum in cap. 1. per quos fiat inuest. & in §. & si libellũ cum glos. de alienat. feu. pat.

SVMMARIVM.

1 *Regula illa videlicet Refutatio tenet, cetera pacta non, quomodo intelligantur.*

2 *Pacta, & obligationes tolluntur dominia autem, nequaquam.*

3 *Vtile per inutile non vitiatur.*

4 *Accidentia cadunt, remanente substátia.*

5 *Refutatio, si sustinetur reiectis pactis, non immutatur, neque veritas, neq; voluntas, quæ non fuit limitata.*



ED post decisioné ego vidi Andr. hoc idem tenentem in cap. 1. de eo, qui fin. fec. a gn. & nouissime reperi dominum Tiraq. hoc firmantem in tract. consanguineorum, §. 32. gl. 1. & unica n. 47. vbi miratur de gl. Paris. quæ, (ut ipse dicit) incógitanter inclinabat in contrariam partem, & forsan error iste gl. Paris. duxit Camer. in eandem sententiá in cap. Imperialem, video desiderium vestrum, quia cupitis, ut examinem articulum circa regulá positá per gl. cóst. nostrarum in constit. diuę memoriæ, & per Andr. in cap. 1. §. etsi libellú de alie. feu. pat. & per Loffred. cons. 3. videlicet
1 quomodo intelligatur illa regula, Refutatio tenet, cætera pacta nó. Nolo nunc examinare, quia esset transplantare materias, & articulum ipsum late disputaui post Andr. in d. cap. 1. de alie. feu. pat. ibi videbitis, & sufficiat pro nunc intelligere, ꝙ ex prædicta conclusione videlicet, ut refutatio possit fieri per omnem modum alienationis etiá uendendo deriuature solutio dicti articuli videlicet, vt refutatio teneat per omné contractú facta, & quæcunque pacta posita in illo contractu uitiantur, quia lex illa reijcit, vt videmus in legitima, à qua tollútur omnia onera, quæcunque pacta, & modificationes, etiam si legatum fuisset acceptatum, vt per Doct. in l. si quando in fin. Cod. de inoff. testam. cui decisioni concordat etiam illa regula, quæ dicit vitiari conditionem, & non actum, & ne deficiat authoritas, pro nunc videbitis Alex. cons. 113. vol. 6. quem videbitis, & illi dabo concordantes in loco prędicto, vbi examinaui quæstionem diffusius Sed accédite ad rationé, quæ é, quia lex hunc solú actú alienandi permictit, qui debet esse simplex, & purus, & ideò respicit natiuitaté obligationis, & actionis, cui si addantur pacta, tanquá separabilia vitiantur, vt res, & actio non remaneant affectæ, quia lex illis resistit; &
2 ideo tolluntur obligationes; & pacta, sed nó tolluntur dominia, probat Bal. in l. si adulta, C. de hæred. actio alias rationes, & authoritates expectabitis in illa repetitione, cui si ista subtrahantur, te maneret indotata; facit etiam ratio notata per Andr. in §. profecto de lege
3 Corr. vbi tractans de reg. utile per inutile, quando vitietur dicit, quòd inutilis tantum adiectio vitiatur, & non vitiat, & ratio est, quia sufficit contrahétes conuenire in substátiam actus, nam tunc pacta separata, tanquam inutilia, vitiantur, nec illa faciunt contractú có-
4 ditionalem, quia accidentia cadunt, remanente substantia, licet in contrarium arguat Camer. in cap. Imperialem n. 33. super regula vtile per inutile, nam non semper pacta, & conuentiones adiectæ denotant indiuiduum voluntatis, neque causam finalem, nisi dicatur se alias non contracturos, vt notauimus post Andr. de alie. feud. pat. nam si sustinetur refutatio, reijectis pactis, non immutatur neque veritas, neque voluntas, quæ nó fuit limitata, neq; códitionaliter adiecta ꝓbat Andr. in cap. 1. in fine quid sit inuestit. vbi tractat quando pactum vitietur vel vitiet.

SVMMARIVM.

1 *Dominium cum possessione nihil commune habet.*
2 *Dominia rerum antiqua, ex sola possessione quæsita fuere.*
3 *Possessio absque titulo habili ad translationem dominij, est nulla, & imaginaria.*
4 *Possessionis traditio duplex esse potest vno modo per veram, & actualem traditionem alio modo per traditionem factam, scilicet per cōstitutum.*
5 *Venditor ad duo tenetur ad rem tradēdam, & ad liberam tradendam.*
6 *Dos habet priuilegia sua non nisi in casibus expressis.*
7 *Rex quando cum aliquo contrahit, donando, vel vendendo, tunc seruantur iura communia, nisi hoc expressim dixerit per verba designantia traditionem.*
8 *Rex tollit positiua, sicut vult.*
9 *Insinuatio non requiritur in donatione quam Rex facit alij.*
10 *Rex cum donat, non liberalitatem, sed debitum exercere videtur.*



Oritur nūc pro intellectu d. l. traditionibus vos scitis, ꝙ licet dominium cum possessione nihil comune habeat, voluerunt tamen legis periti priuilegiare possessionem, vt sine ea non quæratur dominium, vt tradunt Ciuilistæ, maximè Scc. in rubrica, ff. de acq. poss. & hoc totum processit. quia antiqua rerum dominia ex possessione sola quęsita fuerunt, propter illud verbum, Domini, quodcunque calcauerit pes tuus, tuum erit, & nos superius notauimus, hodiè tñ dominia ex illo antiquo vsu, & antiqua institutione quęri nō possunt, sine possessione intelligatis vos, p̄cedente titulo habili ad translatiōnē dominij, ad quod requirūtur titulus & causa alias esset nulla, & immaginaria possessio, & ista posset infirmari habens titulum infirmum vnde hæc traditio possessionis potest esse, & considerari dupliciter, vno modo per veram, & actualem traditionem, & aliomodo per traditionem fictam, scilicet per constitutū, vt notatur in l. quod meo, ff. de acq. poss. & hic aduertatis, quod qui fictè tradidit, non excusatur ab actuali traditione, quia licet venditor nō teneatur transferre dominium, & facere emptorem dominum, vt alibi notauimus, tenetur tamen vere tradere, & sic venditor tenetur ad duo, ad rem tradendam, & liberam tradendam, vt notant Doct. & maximè Bal. in l. ex his prædijs, C. euictio, & cumulauit Ias. in l. quotiens, C. de rei vend. aduertatis etiam ad aliud, quod d. l. traditionibus procedit etiam in dote, nam dos nō nisi in casib⁹ expressis habet priuilegia sua, vt notauit Anchar. cons. 94. quem refert Tiraq. de retract. §. 1. gl. 14. n. 99. insuper aduertatis, ꝙ dicta lex limitatur fauore Ecclesiæ & Regis, ut notatur in l. fin. C. de Sacrosancta. Eccl. & licet aliqui inaduertenter dixerint, ꝙ dicta lex fin. habeat locum etiam in Rege donāte, vos dicatis, quod illa lex procedit, quando Regi donatur; quando autem Rex cum alio contrahit, donando, uel vendēdo, tunc seruantur iura communia, nisi hoc Rex expressim dixerit per verba designantia traditionem, scilicet, vt verba cōtractus, seu inuestitu rę, habeāt vim, & effectū traditionis: nā

Rex positiua tollit, sicut vult, & non est conueniens, vt priuilegia data in eius fauorem, trahantur ad beneficium, & cōmodū priuatorum, docet Andr. in §. traditionibus quid sit inuest. & firmāt Dec. in l. traditionibus & Ias. in d. l. quoties. est
9 bene verum, quòd in donatione principis, quam ipse facit alij non requiritur insinuatio, & hoc non prouenit fauore donatarij, sed ratione personæ, & dignita
10 tis donātis, qui dū donat, nō liberalitatē, sed debitum exercere videatur, c. 1. extra de donat. not. Doct. in l. pen. C. de donat. inter virū & vxor. & scripsit Andr. in d. cap. 1. in ver. traditionibus quid sit inuestitura, vbi notanter loquitur, & Ciuilistæ aduertunt in l. Actilius regulus, alias incipit Aquilius, ff. de don.

SVMMARIVM.

1 *Actus immaginarius, quid operet in dominij translatione.*

2 *Contractus simulati, sunt tanquam corpora defecta, & mortua, vel sine anima.*

3 *Assensus Impetratus super contractu simulato, nihil proficit, neque substātiabit actum, sed detecta simulatione, vitiabitur, sicut scriptura contractus.*

4 *Assensus, & voluntas Regis sequitur voluntatem contrahentium, & plerūque impetrantur ad tollendum obstaculum.*

5 *Simulatio, an possit allegari per contrahentē, itaqs dicatur allegare turpitudinem suam.*


LLA etiam lex per diuersas, quæ loquitur de actu simulato, seu immaginario,
1 nam ad veritatem actus requiruntur titulus, & causa, & ideo dicūt Doct. quòd in tātum actus imaginarius, & simulatus impedit translationem dominij, quod propter defectum consensus, & substantiæ actus fingitur dominium nunquam abscessisse, à donatore, licet possessio tradita sit, probat Andr. in §. item sacramenta num. 46. de pac. iur. firm. & hoc propter obstantiam, quę est in initio acquisitionis, & propter legis resistentiam, quæ impedit dominia transferri, nisi per veros, & approbatos titulos, nam actio non ita faciliter transit sicut exceptio, & in tantum hoc verū est, quòd Baldus terminorum inuestiga
2 tor dixit, ꝙ contractus isti simulati, dicuntur, tanquam corpora defecta, & mortua, vel sine anima quem refert. Ias. in l. cum ea, quæ c. de transact. & hæc conclusio in tantum vera est, quòd semper præualet, quod inter contrahentes actum est, licet scriptura in contrarium loquatur, vt in regula plus valere, quod agitur, quinimò etiam, si super contractibus istis impetretur assensus, assensus ille nihil proficit, neque substantiabit
3 actum, sed detecta simulatione vitiabitur sicut vitiatur scriptura contractus, vt alibi notauimus, per authoritatem Bal. in rubrica qui admicti num. 4. C. &
4 hoc ideò quia assensus, & voluntas Regis sequitur voluntatem contrahentium, vt per Andr. in cap. Imperialem nu. 11. in fin. & plerunque impetratur ad tollēdum obstaculum, vt alibi declarauim⁹, sed intelligatis legem illam procedere quando vterque contrahens ab initio simulauit, seu destinauit facere contra-

ctum

ctum simulatum in contractu oneroso, in contractu autem lucratiuo, sufficit fraus, aut simulatio donatoris, vt not. Doct. in l. 1. & 2. C. si quid in fraudem patroni, & nos diffusius alibi declarauimus. Sed an ista simulatio possit alle-
5 gari per contrahentem, ita quòd non dicatur allegare turpitudinem suam, vide bitis Bar. & Ciuilistas in l. iusiurandum, §. procurator, de iure iur. Bald. in l. si creditoribus de seru. pign. dat. manum. & Socc. cons. 118. vol. 2. Alias est 164. omnibus numeris computatis, cetera autẽ ad istam materiam perquitite vos per Ciuilistas, quia feudalia tractamus, & sufficiat illa tangere ad declarationem Andr. quem sequimur, interpretando illius mentem quantum possumus.

SVMMARIVM.

1 *Pater an habeat vsumfructum in feudo quaternato dato filio fam. per Regem, seu quæsito, aut obuento ex successione materna remissiue.*

2 *Institutio feudi, an fieri possit in personas extraneas.*

3 *Regis dispositio est seruanda.*



VMVS modo in verbo, sed si filius fam. nu 13. vbi Andr. noster dicit, aperiendo magis, quod superius expresserat circa donationem Principũ,
1 & munificentiã Regum, ꝙ si filius fam. habet feudum quaternatum datum per Regem, seu quæsitum aut obuentũ filio fam. ex successione materna, in eo pater nullum habebit vsum fructum, & licet ab initio arguat de l. cum multa, per quam disponitur, vt quæsita filio fam. ex donatione Regia libera perueniãt ad donatarium, & quòd in illis, pater nullum habeat vsumfructum, arguit inde Andr. quòd hoc procedere debet, tantum in donis Regis, non autem in quæsitis filio familias ex successione, & sic videbatur diuersa ratio inter quærere immediate ex munificentia Principis & quærere per successionem matris, nihilominus Andreas concludendo, residet in opinione, vt nullus quæratur vsusfructus patri, quia tenetur dicit ipse ad seruitium militare, sicut tenebatur, & author suus, Domini ista ratio non est vsque quaque tuta, nam posset contingere, ꝙ feudo, vel feudatario non inesset seruitium, quia fuisset ab initio non constitutũ, vel remissum quo casu posset dubitari, an pater in isto feudo francho habeat vsumfructum, hoc contrarium aduertit Bal. post Iacobum de Beluisio in l. cum oportet num. 18. Cod. de bonisque liber. & in l. si vxorem C. de cond. insertis sed nihil conclusiue loquitur, vos aũt determinetis, & teneatis, ꝙ in omni feudo dato filio fam. ex munificentia Regis, vel ad eũ obuento per successionẽ, pater nullũ in eo habebit vsum fructum, etiam si pro feudo ipso nullũ debeatur seruitium extrinsecum, nam in acquisitione ista, quã facit filius fam. succedendo matri, attenditur origo acquisitionis, quæ origo fuit donum, seu munificentia Regis, l. qui id quod. ff. de don. & l. 3. C. ad maced. docet Andr. in præludijs quæst. 2. ibi origo enim nanciscendæ & alibi, & vt docet Bar. in l. si mihi & titio de verb. obli. Enphiteosis potest quæri duplici titulo scilicet titulo lucratiuo, & titulo oneroso quod idem de feu. dici potest cum & illud cui possit vt supra docuimus vnde in hac ori-

gine

gine acquisitionis filius, tanquam comprehensus uenit ad feudum, non quærendo, sed iam quæsitum, capiendo, & ex prçordinata voluntate Principis, dici tur etiam quærere ex dono, & largitate Principis, qui ab initio cōsiderauit certū genus personarum, & sic successores dicuntur venire ad feudum, tanquam cōpræhensi in l. inuestituræ, argumento l. quoties, C. de don. quæ sub modo, & vt notauit gl. in const. vt de successionibus in illo articulo, si licebat in testamento relinquere feudum, non disponendo de feudo, tanquam de re certa, sed sub vni uerso per institutionem hęredis, & concludit, quòd nec institutio, neque relictum fieri potest de feudo in personas extraneas, sed tantum in illas, quç sunt compræhensæ in l. inuestituræ, vnde filius, dum capit feudum, capit tanquam compræhensus ex prçordinata voluntate Principis, & omnes, qui veniunt ad feuda, dicuntur habere feuda ex dono, & liberalitate Regis, licet veniant per medium successionis, & licet Andr. videatur contrarium tenuisse in cap. 1. & si libellum de alien. feu. pat. post nu. 13. saluabitis tamen eū à contraditione, vt per Dominum Loffred. cons. 10. post nu. 19. vel & melius dicatis, quòd ibi Andr. loquitur de feud. dato filio patris contēplatione, & succesat ratio peculij castrensis hic autem filio obuenerat feu. matris successione, vel datam erat filij contemptione & sic non cessat ratio peculij castrensis & in primo casu Patri dabitur commoditas fructuum nō tamen vsufructus, qui non cadit super feudo, vt notauim⁹ superius, & sic verba Andr. in §. & si libellum intelligentur de vsufructu in proprie l. arboribus cum gl. ff. de vsufr. & l. fundi trebatiani, ff. de vsufr. legato iterum & fortius, Dato ꝙ feudum sit liberum à seruitio, non tamen erit liberū ab onere fidelitatis, quæ fidelitas importat illa sex, de quibus in cap. 1. de forma fidelitatis, & propterea Andr. dixit superius, quod tenentur ipsi feudatarij curtizare dominos suos, & eis reuerentiam facere in diebus festiuis, vt dixit supra num. 9. in vers. valuasores, & alibi idem Andr. dixit, ꝙ feudatarij debent nobiliter viuere, & comparere cum paribus suis, & proinde, cū Rex disponat, vt dona Regum vadant libera ad filios fām. illa voluntas seruanda est, vt dicit Andr. nam videmus hoc, idem fieri posse per priuatos, dum donando filijfam. prohibent vsumfructū quæri patri, vt notatur in l. fin. Cod. de vsufructu, & legis virtus, & contrahentium equiperantur, & feuda comparantur militijs, vt alibi notauimus, & feudatarij milites nuncupantur, vt legitur in hoc volumine pasśim in quam plurimis legibus, & secundum prædicta debetis intelligere verba Andr. hic quicquid scripserit Curt. iun. in suo tract. feud. in 3. par. num. 46. & quicquid similiter scripserint, Affl. de alien. feu. pat. nu. 11. & Loffr. cons. 10. num. 18. & quicquid scripserit Camer. in cap. Imperialē nu. 31. col. 3. sed an dispositio dictæ l. cum multa præcedat in omni feudo & an filius familias feudatarius dicatur habere peculium castrense alibi disfusis scripsimus examinando decisionem Domini de Franchis quartam in ordine.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio potest coherere personæ, & territorio.*

2 *Con-*

2 *Concessio quælibet in dubio realis, non autem personalis præsumitur.*

3 *Contractus reuocari nequaquam potest.*

4 *Doct. verba intellectum recipiunt à legibus, quas allegant.*

5 *Seruitij constitutio sola super aliqua reburgensatica, an faciat illam feudalem præsumi.*



1 IN illo autem verbo Andr. vbi per distinctionem dicit, quòd aut dignitas adhibetur personæ, aut rei, notetis vos, quòd iurisdictio potest cohærere personæ, & territorio, ut per gl. & Doct. in cap. cum venissent de instit. super quo exemplificabitis, vt per eundem Andr. in cap. 1. de feu. marchiæ, vbi ponit exemplum de Marchia Anconitana & de Ducatu Spoleti quornm officia per Pontificem fuerunt data in administrationem, & cũ morte extinguebantur ponit etiam exemplum de Duce Calabræ cuius Ducatus & titulus fuit verè feudum & habuit effectũ feudi quia super rebus soli constituebatur sed vltra videbitis gl. Paris. §. 1. gl. 5. num. 43. & seq. vbi optime loquitur, & examinat articulum istum per multas quæstiones: ad vnum tamen aduertatis, ꝙ quando additur iurisdictio habenti territorium, vt factum fuit tempore Reginę Ioannæ, & Regis Alfonsi Primi, qui ceperũt dare, & concedere amplam iurisdictionem, quam nos merum Imperium appellamus, tunc quia conceditur habenti iurisdictionẽ ciuilem, quæ inest feudo cũ vassallis ex natura rei, tũc dicitur superaddi gradus iurisdictionis graudui, & hoc additamentum sequitur naturam primeuæ concessionis, & sic si illa erat realis, & perpetua, ista etiam censebitur realis, & perpetua, vt alias notaui-
2 mus, in dubio aũt quælibet concessio pręsumitur realis, non personalis, vt per Andr. in §. quin etiam post n. 3. Episcopũ, vel Abb. & per Dec. cons. 262. quicquid scripserit Alex. cons. 86. vol. 1. & etiam quicquid scribant Canonistæ in d. cap. cũ venissent, & quicquid etiam scripserit Bar. in suo cons. allegato per Alex. cons. 94. n. 11. vol. 5. imò aliquando etiam cõcessiones, & priuilegia personalia dicũtur realia, si addatur verbũ imperpetuũ, vt per eũdem Alex. cõs. 71. vol. 6. & hoc notetis, nam alias in ardua causa contra Fiscũ allegaui, ꝙ officiũ concessũ per Regem, licet de sui natura sit reuocabile, & personale, nihilominus quia datũ fuerat cũ ista dictione in perpetuũ non poterat reuocari, & tempore illorũ Regũ, quando Castra, & feuda concedebantur in capitaniam perpetuam, euenerũt multæ altercationes in Regno si officia ista, sic concessa in capitaniam poterat reuocari, propter quod cauti aduocati consulũt, vt concessiones cantent in feudũ, & sic in nomen contractus ad finem, vt nõ dicãtur feuda quæsita ex priuilegio, sed ex contractu, quia priuilegiũ regulariter est reuocabile ad nutũ, maxime concessũ subdito, vt in
3 vulg. contractus aũt reuocari nõ potest, vt per Bal. in l. qui se patris, Cod. vnde lib. quem omnes sequũtur sed ex natura rei, & ex tenore priuilegij, veritas apparebit clarior propter conflictũ opinionũ. Subdit Andr. ꝙ prædicti omnes numerati in tex. vestro dant feuda de reb' proprijs, non aũt de alienis contra Domini volũtatem, allegat cap. 1. de Cler. qui inuest. fec. & l. fin. C. de pactis, Domini iste passus est valde difficilis, & fecit va-

cit vacillare multos super intellectu istius, maxime propter verba And. hic, qui videtur clare loqui, vt prædicti possint dare in feudū de rebus proprijs; quæ verba multi in caute expendunt, pro vt cantant, sed non aduertunt, quòd ver-
4 ba Doct. recipiunt intellectum à legibus, quas allegat, & quia meminimus hunc articulum superius tetigisse sola declaratione contenti erimus, & est, ꝙ ille tex. non loquitur de re propria clerici, sed de re feudali, quam ipse concedere poterat ex permissu legis, aut ex præscripta consuetudine infeudandi, vt optimè declarat Capic. in sua inuestitura ver. feudum dant, vers. limita, secundo num. 147. & ideo ad intelligentiam, & differentiam rei proprie, & aliene, Andr. allegat d. l. fin. C. de pact. & c. 1. de inuest. de re alie. fact. nam in traditione, aut concesśione rei alienæ, requiritur consensus illius, de cuius bonis, aut hæreditate tractatur vnde infertur, ꝙ licet feudatarius in omnibus bonis feudalibus habeat utile dominium, respectum tamen istorum bonorum, quæ sunt de mensa, & quæ potest libere concedere absque Domini voluntate, dicitur dominus: quia in hac concesśione dicitur habere consensum legis, & in cō: cursum, vt scitis, vtile præfertur directo & propter liberam administrationem, quam de illis habet, dicitur habere bona illa, vt propria, & vos addatis, vt propria ratione feudi, & administrationis, vt superius declarauimus, nam Andr. hic loquitur de personis habētibus feuda, & sic non loquitur de personis absolute, neque de rebus, quæ sunt libere in commertio hominum, nam sub vniuersitate feudi veniūt & sunt ista censualia, quæ aliqui burgensatica nominare solent per const. Regni quæ incipit si quādo contingerit quam sic videtur intelligere Andr. in cap. Imperialem post n. 8. vbi nos scripsimus & ita aliqui interpręt ante Dec. Capic. 103. sed pulchrum erit videre, an sola seruitij constitutio super
5 aliqua re burgensatica, faciat illam rē præsumi feudalem, maxime si concesśio rei facta sit ab eo, qui potest feudū concedere, & immutare naturam, & vsum, quia de hoc vidi aliquando dubitari, respondi, quòd non, quia nunquam res transit in feudum, nisi detur sub lege feudi, aut cum expresśione verborum, quę arguunt infeudationem, vi debitis Andr. in §. huius autem generis in additione post num. 14. ibi, sed si rem burgensaticam modici valoris, vbi optime, & eleganter loquitur, & sola illius authoritate cōtenti sumus sed quomodo in Regno erigantur feuda & an sine necessaria illa verba inuestimus diximus superius, & docet Andr. in cap. si minori, si de feu. fuer. contr.

SVMMARIVM.

1 *Feuda interdum omnino finiuntur, interdum vero non finiuntur, sed trāsferuntur, quomodo finiantur, & quando non finiantur remisśiue.*
2 *Inuestitura tribus modis fieri potest.*
3 *Priuilegium, seu concesśio, an & quando expiret morte concedentis.*



SVMVS modo in uerbo: sed quia vidimus ad cuius
1 intelligentiam debetis scire, quòd feuda interdum omnino finiuntur interdum vero non finiuntur, sed transferuntur finiuntur namq:

namque omnino, quando ad dominum reuertuntur, vel ex lege contractus, vel ob culpam, in qua culpa considratur, quòd aut quis venit priuandus ex culpa, aut est priuatus ipso iure, primo casu necessaria est sententia, quam declaratoriam appellamus, & hæc profertur ad esse pœnę l. eius, qui delatorem, ff. de iure fisci, secundo vero casu non est necessaria ad substantiam esse, sed ad exequutionem esse, secundum Bal. in cap. 1. in princ. de feu. sine culp. non amict. quæ verba sunt notanda ad capitulum Regni bona proditorũ, transferuntur autem, quando moritur feudatarius relicto legitimo successore, & sic per mortem feudatarij non desinunt esse feuda, prout desinunt, quando reuertuntur ad Regem, aut ad dominum, vt notat idem Andr. in d. §. huius autem generis in dicta additione in princ. interdum, & tertio non finiuntur, neque transferuntur, & hoc est proprie in feudo, quod tenet Eccl. nam per mortem prælati, non redit feudum ad Dominũ directũ, & sic non finitur, nec transfertur ad successorẽ in prælatura, quia successor non habet illud à prædecessore prælato, interdum etiam finiuntur, sed nõ transferuntur, & hoc est, quando est facta inuest. de feudo viuentis, de quo diximus in c. motibus, si de feu. defunct. mil. sed pro clariori intelligentia consideretis, ꝙ prædicta capita quę notauimus per mortem feudatarij, eadẽ etiã capita sunt cõsiderãda in morte dantis feuda, nam interdũ habentes feuda dominantia, sicut est Baronia, Ducatus, & Marchionatus, quæ dicuntur dominantia, quia habent sub se alia feuda, scilicet plana, quorum respectu habent dominium subalternum, si decedunt sine hærede, scilicet si Dux, aut Marchio decedat sine filijs, deuoluitur feudum, dominans, scilicet Ducatus, vel Marchionatus Regi, à quo tenebat, & tunc etiam ista excadentialia deuoluuntur ad Regem simul cum capite feudi, & tanquam membra vniuntur statim suo capiti ex regula soluto iure datoris, quam superius declarauimus, & hoc secundum hodierna tempora, quando feuda conceduntur in perpetuum. Nam quando feuda concedebantur ad beneplacitum dantis, vt dicit Andr. cessant
2 istæ considerationes, nam tunc attenderetur natura, & tenor inuestituræ, quæ tribus modis fieri post, nam quædam dicitur pura, quædam in diem, & quædam sub conditione, quod alibi pertractauimus, sed ad illud de beneplacito, & pro intellectu cap. si gratiosę de rescript. in 6. faciatis plures conclusiones prima est, ꝙ aut priuilegium, seu gratia conceditur sub clausula ad nostrum beneplacitum, aut ad beneplacitum simpliciter, aut & secundo conceditur ad libitum Regiæ Maiestatis, seu & tertio ad libitum Sedis Apostolicæ, & in eo, quod attinet ad primum caput, si dictum sit ad beneplacitum nostrum, vel simpliciter ad beneplacitum, quod idem importat, & tunc sit firma conclusio, quòd pri-
3 uilegium, seu concessio expirat morte concedentis, nam hoc priuilegium sic concessum, habet naturam, vt ad libitum concedentis reuocetur, & si in vita non fiat reuocatio, vtique per mortem facta censetur & ratio est, quia dũ concessio cõfertur in voluntatẽ, expirat morte illius, in cuius voluntate erat cõcessio l. 4. ff. locati, vbi optime notatur, videbitis tamen Andr. in const. ea quæ

ad speciale Decus Capic. Dec. 116. & Dec. cons. 204. in fine tangit Affl. in c.1. prope finem quibus modis feudum cõstitui potest ibi sed quæro quãdo autem non contemptione personæ, sed dignitatis in assentis, contemplatur voluntas, tunc hoc secundo casu sunt consideranda verba nam si dicatur concedimus ad beneplacitum Regiæ Maiestatis, vel ad beneplacitum sedis Apostolicę tunc, quia contemplatur dignitas, quæ non moritur, tale priuilegium non expirabit per mortem Pontificis, aut Regis. tertio autem casu, quando non ponuntur verba aliqua ex prædictis modis, sed dicitur concedo tibi, donec reuocauero, & videtur casus iste idem cum primo, nam vt alibi Doctores dicebant, videtur, ꝙ implicite insit illa clausula ad nostrum beneplacitum, sed tamen vos dicatis cõtrarium, scilicet vt concessio prædicta facta perdicta verba, donec reuocauero non expiret morte concedẽtis, & de hoc habetis tex. in spetie in cap. si delegatus de offic. de leg. in 6. & ratio decisionis est, quia licet mors faciat cessare voluntatem, tamen non est inductiua nouę voluntatis, quæ noua voluntas requiritur ad reuocandum priuilegium, quod in dubio præsumitur perpetuum vt in l. falso C. de diuers. rescr. allegata per Andr. hic cui concordat capitulum accedentibus de priuil. est bene verũ ꝙ aliquando perditur præscriptione vel non vsu vt in l. 1. ff. de nund. & in Regno perditur propter omissam registrationem in tempore iuxta pragmatic. Regni de qua superius diximus & hæc sunt, quæ potui colligere ex sparsis dictis DD. in l. more maiorum, ff. de iurisdomnium iud. in cap. quoniam Abbas de off. de leg. & in l. centesimis de verb. oblig. & in d. c. si de legatus de offic. de leg. in 6. quibus ad datis Affl. in constit. super incisionibus num. 26. in fin. & decis. 128. Capic. decis. 136. Boer. quæst. 149. Fęly. in cap. ex literis num. 9. & seq. de const. & omnino socc. cons. 77. vol. 3. & aduertite, ꝙ ex hoc textu recepit formam feudum ex pacto & prouidentia, & ad inuentionem receperunt Pileus, & Bulgarus per ista verba Magistralia quæ refert Andr. in cap. an Agnatus.

SVMMARIVM.

1 *Frater in feudo antiquo regulariter fratri succedit, & quid in feudo antiquo.*

2 *Ius accrescendi non habet locum in feudis.*

3 *Stante gratia, quòd frater fratri succedat in feudo, an pariter succedat nepos ex fratre remissiuè.*

4 *Feudum quando est datum sub lege, vt frater fratri succedat, au culpa vnius alteri obsit.*

5 *Alienatione prohibita fauore alterius, tunc, neque delinquendo quis alienabit in præiudicium illius.*

6 *Alienandi potestate alicui data, an intelligatur, contrahendo, vel delinquendo.*

7 *Feuda dicuntur finiri per delictum, vel per culpam, quam quando procedat remissiuè.*

8 *Frater an possit stipulari, & acquirere fratri in feudo.*

Ad


D illud etiam, quod tangit Andr. de feudo dato duobus fratribus, scilicet quando in illo feudo sic dato,
1 frater succedat fratri, recurratis semper ad tenorem inuestiturae, nam regulariter in feudo paterno, seu antiquo, frater succedit fratri, etiam in feudo dato sub illa clausula pro te, & hęredibus ex tuo corpore legitime descendētibus, de qua superius loquuti sumus in quaestionibus sed si feudum datum sit pro te & haeredibus absque illa clausula ex tuo corpore legitime descendentibus, sicut erat antiquitus forma inuestiturae in Regno vt per Affl.in cap.1.de benef. fratris & tunc etiam in feudo nouo, frater succedit fratri, & hodie per nouam gratiā obtemptam à Serenissimo Rege, etiam in feudo nouo, frater succedit fratri, alias quando conceditur duobus, si non ponatur clausula, vt vnus succedat alteri, tūc portio decedentis sine filijs reuertitur ad Regem, & ratio est, quia in feudis non procedit ius accrescendi, vt superius notauim⁹ in illa quaest. an in feudis habeat
2 locum ius accrescendi, & hoc regulare est in contractibus, probat tex. notab.in l.cui fundus.ff.de condit.& dem.sed pulchrum est videre, an stante gratia praedicta per quam frater succedit fratri succedat pariter, & nepos ex fratre, & quidem videbatur dicendum, quòd sic,
3 quia quando tractatur de succedendo auo, vel patruo, nepos succedit in locum patris, auth. post fratres, & auth. cessante, vbi hoc notant Doct. Cod. de legit. haered. & sic videbatur ꝙ nepos esset admictendus per viā subingressionis, quia subingreditur, & tenet locū patris, sed uos dñi tenete contrariū, quia gratia ista nihil aliud fecit, nisi, quòd reduxit successionem feudorum ad ius commune, idest ad formam constitutionis Regni, quae sunt ius commune in Regno, secundum quas leges, vt dicunt aliqui, solus frater admictitur ad successionem fratris, non aūt nepos, & in hāc sententiam videtur inclinare Bal. in l. si auię, Cod. de success. edicto num.3. & per totum, sed ratio est, quia constitutio Regni, vt de successionibus enumerat personas, & non gradus, vt alibi notauimus, & hęc notetis, quia frequenter accidere solet, subdit Andr.ꝙ quando feu
4 dū esset datū sub lege, vt frater fratri succedat, culpa fratris, siue sit in alienādo sine dñi cōsensu, siue sit in offendendo dominū vtroq; casu dicit ipse aequior ē opinio, vt culpa vnius nō noceat alteri, pro
5 qua opinione facit ratio, ꝙ qñ prohibita est alien. fauore alterius, tūc neq; delinquēdo quis alienabit in praeiudiciū illius l. si finita, §.si de vectig.& ibi Bar. prope fin. ff.de damn. infect. l. statius florus, §. Cornelio fęlici, ff.de iure fisc. & l.quaecū que, ff.de bon.damna. vnde notanter di-
6 xit Bal. ꝙ si data sit potestas alicui alienandi intelligitur cōtrahēdo, non delinquendo. hoc notauit ipse in c.1.§.feudū, si de feu.fuerit contro.& haec vidētur ꝓbari in l.imperator, ff.de fideicom.libert sed quicquid Andr.hic dicat, & alibi sequēdo aequiorē opinionē, vos firmabitis
7 contrarium: quia per delictum, siue culpam, feuda dicuntur finiri, vt superius docuimus, sed an quando, culpa commictitur in contrahendo, puta in alienādo sine permissione Domini scienter, aut in alienando rem feudalem pro libera, negando qualitatem rei, & an hoc casu sit locus paenitentiae, & an agnati admictantur, & reuocent alienata,

soluendo prætium, & an hoc quoque facere possit filius, qui dicitur primus agnatus, & quid si dominus preueniat, & an attendatur litis contestatio, vel sufficiat præuenisse citando, hæc omnia dixim⁹ in §. denique quæ sit prima causa benef. amitt. ubi cito videbitis (Deo adiuuãte) cætera leuiora sunt, & magis declaratiua tex. vsque ad nu. 15. ibi sed si fuerit maternum, quẽ locum prius quam aggrediamur, aduertite semper ad vnũ, ꝙ licet Bal. in cap. 1. circa finem si vassal. feud. priuetur duxerit, ꝙ est speciale
8 in feudo, vt frater possit stipulari, & acquirere alteri fratri, quem sequitur Aluar. in cap. 1. de fratrib. de nouo benef. inuest. & sequuntur etiam Iacob. de Santo Giorgio in tractat. feud. in vers. nobiles & Cur. sen. cons. 48. & 849. & alij plerique etiam ex nostris, & Loffredus cõs. 38. vos autem teneatis contrarium, quia nulla specialitas est in feudo, cum sit cõtractus onerosus, vt alias firmauimus, & fratri absenti non quæritur, nisi sequuta ratificatione, pro vt late explicauimus in d. cap. 1. de duobus fratribus de nouo benef. inuest. & hanc opinionem firmat Curtius in tract. feud. in 2. par. vers. secunda cadit necessaria dubitatio. post 7. quæst. num. 56. & in pulchro casu firmat Bal. in lege cum proponas, Cod. pro socio, vbi quærit de fratre emẽte pro se, & alio fratre, & notabiliter loquitur, ꝙ absenti nihil quæritur ante ratificationem, & solutionem prætij videte eum.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ, & clerici, an succedant in feudo remissiue.*

2 *Rex potest incapaci, & indigno feudum conferre, dummodo hoc scienter faciat.*

3 *Infeudatio rescindenda est, cum fuerit feudum datum causa strenuitatis, vel alterius causæ, quæ postea non reperiatur in feudatario.*

4 *Feudum, quod sit hereditarium, vel ex pacto, & prouidentia, quomodo cognoscetur.*



DICIT modo Andr. vt ad illũ redeamus in loco prætitato, itẽ dicitur hac eod.
1 gl. quòd fœminæ non succedunt in feudis, nisi ex pacto, sed si fuerit maternum, succedit matri in feudis, & sic filia succedit matri in feudis matris, vt inuit glo. in cap. 1. an maritus succedat vxori in benef. quod videtur, dicit ipse reprobari, vt infra de feu. fęm. cap. 1. dicatis vos & legatis de benef. fęminæ, quod capitulum non aduersatur dictis per Andr. hic, nam vt ibi Andr. declarando exponit, ꝙ tex. ille loquitur de feudo fęmineo, non autem de feudo materno, nam quod facit pactum in lege inuestituræ, vt filia fęmina succedat, facit etiam tenor priuilegij, aut voluntas Principis, vt feudum transeat ad fęminas, & in vtroque casu cẽsetur Princeps dispensare, loquitur enim ibi tex. de personis incapacibus, scilicet de fęmina, & clerico, quibus si Rex scienter concedat, censetur cum illis dispensare, Nam licet fęmina, & clericus regulariter non admittantur ad feuda, tanquam incapaces, potest Princeps cum illis dispensare, differt tamen in hoc ille tex. cum verbis Andr. hic, quia in tex. illo videtur dispensatum, vt feuda vadant ad feminas, sicut hodie prouisum ẽ in Regno, & tãgitur in c. 1. de Natura successionis feudi quod

di quod nunc interpretamur, in caſu aũt noſtro fęmina fuit habilitata per pactũ, & perſonaliter ſeu ex perſonali diſpẽſatione, non autem reali, argum l. pen. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. ſed quocunque modo fiat diſpenſatio, vos declarabitis illam procedere, maſculis non extantibus, ſuper quo videbitis tex. & ibi Andr. in cap. 1. de eo, qui ſibi, & hær. ſuis maſculis & fęm. per quem tex. diſponitur, vt facta conceſsione de feudo alicui pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & fęminis, fęminæ cenſeantur vocatę poſt maſculos, per quem tex. vt credo, fuit ædita conſtitutio Regni noſtri in aliquibus, de qua inferius loquemur ſed ꝑ aliquali deguſtatione ſciatis, ꝙ licet fęminæ ſint habilitatæ in Regno ad ſucceſsionẽ feudorum tam in linea aſcendenti quã collaterali & ſtantibus maſculis excludantur à ſucceſsione allodialium etiam in bonis paternis, & maternis, tamen in Regno ſuccedent in allodialibus ſimul cum maſculis, quando agitur de ſucceſſione collateralium puta fratrum quicquid dubitarur ſcripſerint Andr. & Affl. in illa conſtit. ſed in hac ciuitate Neap. per conſuet. excluduntur à maſculis, neque illis debetur paragium quemadmodum illis debetur quãdo excluduntur à ſucceſsione aſcendentium vt pluries obtinui, & videbitis in allegationibus & ex his habetis declarationẽ ad verba Andr. hic, quibus non contradicit tex. in d. c. 1. de benef fem. nam in feudis totum facit

2 voluntas Principis illa erigentis, nam videmus, quòd etiam indigno, aut alias incapaci, & ſeruo poteſt Rex feudum concedere cap. 1. verſ. perſona vero per quos fiat inueſtitutra dũmodo hoc ſcienter faciat, nam alias Rex ſi deciperetur feudum poſſet reuocari ab impetratore, vt idem Andr. notauit in §. porrò, quæ ſit prima cauſa benef. amitt. n. 29. vbi vult, ꝙ ſi quis doloſe impetraſſet feudum à Rege, quia iactabat ſe ſtrenuum, & ex hoc motus dominus dederit ei feudum, ſi inueniatur non ſtrenuus condicetur feudum ab eo, vel conditione ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa aut ob cauſam, quia cauſa ſtrenuitatis datum,

3 cum non ſit in eo ſtrenuitas, reſcindẽda erit infeudatio per actionẽ de dolo, quæ dedit cauſam infeudationi ſcilicet aſſertio mendoſa, hæc ſunt verba ſua, & hoc totum facit ignorantia Principis, qui nõ debet decipi, & huic deciſioni, Andr. concordat gl. notab. licet vulgaris in l. quæſitum in ver. recte. ff. quando act. de pec. Annalis ſit, vbi Doctor. notant, ꝙ quando aliquis ducitur ad aliquid faciẽdum, vel permictendum per aſſertionẽ mendoſam, reuocatur omnis actus, nã creditur illum per errorem dediſſe, vel promiſiſſe, ſed an iſta regula procedat in Principe, qui aliquid fecerit ad poſtulationem mendoſam, vt dictum eſt, & quid ſi poſuerit Rex clauſulam ex certa ſcientia, vel motu proprio alibi dicem.*, ſed pro nunc uidebitis Bal. in l. preſcriptione, C. ſi contra ius, vel vtil. publ. dicit Andr. ꝙ iure iſto verius videtur vt repellatur filia à feudis matris, ſicut, & patris, nam eadem eſt ratio in utroque, ſcilicet dicit ipſe quia pugnare non poteſt, vt in ſequenti dicetur, & ſubdit, nã ſi mater habuiſſet ex pacto, ſiquidem fuit pactum generale, & fœminæ in illo ſuccedant, dicatis vos, & legatis. vt fęminæ tunc ſuccedat filia, & quælibet deſcendens ex prouidentia primi paciſcentis, ſicut dicitur in feudo paterno, quod ex prouidẽtia defertur ex vi pacti, vt in cap. an agnatus per hunc tex. videtur

tur Andr.hic dicere,quòd pactum, seu prouidentia paciscentis, vt fœminæ in infinitum succedant, faciet feudum ipsũ ex pacto, & prouidentia, nam tex.ille in cap. an agnatus, & tex. in cap.1. de success.feudi,loquuntur de feudo ex pacto, & prouidentia, & de prouidentia legis, quæ facit transire feudum ad descendẽtes, quasi iure fideicommissi, ita ꝙ vnus videatur rogatus post mortem restituere alij, vos declarando, dicatis,ꝙ Andr. non allegat illum tex. per omnem similitudinẽ,sed vt vtatur ratione illius tex. scilicet vt pactum positum in traditione rei seruandum sit, sed an illud pactum faciat feudum ex pacto, & prouidentia
4 hæreditarium, tunc respicienda sunt verba concessionis, nam vt alias declaraui omne feudum dicitur ex pacto, & prouidentia,sed si illi adijciatur clausula pro te,& hæredibus erit hęreditarium,super quo recurretis ad ea, quæ superius diximus,declarando Andr. in d.cap.an agnatus in cap. 1. in fin. qui succ.ten. & in §. huius autem generis, ex quib. cau. feud. amict. sin autem dicit Andr. pactum sit personale,tunc nõ egredietur personam super quo videbitis Affl. in cap.1. de cõtrou. feud. apud par. term. vbi optime exemplificat, sed melius, ac clarius loquitur dominus Siluester Aldobrandinus Doctor insignis in §. sed & q̃d Principi instit. de iur. nat. gen.& ciuili nu.36. & seq.qui optime, & claro stilo illustrauit librum illum institutionum, & huic succedit dominus Hyppolitus Aldobrãdinus, dudum auditor Rotæ max. eius filius nuper Cardinalis summę Religionis & hunc Pontifex maximus Clemens Octauus, cui dici potest, quòd instillata in eum fuerit virtus,& sapiẽtia patris, & quod de Innocentio quarto scribitur, ꝙ non minus,fuerit illustris scientia, quã Papatu, sed quia in hoc articulo sunt opiniones, quas superius retulimus,iudicabitis torum ex tenore, & ex verbis priuilegij, cap. ex ore de priuil. & ex natura rei, vt per gl. notab. in l. si tibi decem millia,ff.de pactis,& Ange.cons.306,vbi de actu differenti, & indifferenti,quibus addatis tex. notab. cum gl. in l. cum essent,§.1. ff. de seruit. rusti. prædio Canonista in cap. portò & cap.accepimus de priuil.& Cynum in l.1.C.quando imper. inter pupil. & viduas sed quando fœmina admictitur, vel ex pacto, vel ex consuetudine,dicit Andr. infra ver. hoc aũt quod improbum est dicere tale pactum non valere,per quod reditur ad ius commune, l. maximum vitium, C. de lib. præter, cui addatis, ꝙ illa dispositio, quæ reducit ad ius commune antea correctum, dicitur fauorabilis, & in ea fit larga interpretatio, & extensio cap. statutum, vbi gl.reputata singularis in ver. numerandum de præben. in 6.quam sequuntur omnes, & Anchar. cons. 131. & Fęly. in cap. cum accessissent col.2. de const.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, si esset redemptum à domino per patrem, non adiecto pacto, vt filia succederet, an videtur pater redimendo cogitasse,vt in eo succedat masculus, & non fœmina, quæ regula repellitur remissiue.*

2 *Actus secundum iuris mentem,est interpretandus.*

3 *Constitutiones Regni dicuntur ius cõmune in Regno.*

4 *Filia succedit patri excluso domino feudi, &*

di, & consanguineus patris per constitutionem Regni in aliquibus.

5 *Portio filiæ fœminæ exclusæ per masculum, cui accrescat, an filio primogenito habenti feudum, & an omnibus fratribus conclusiuè.*

6 *Filia dotata à patre, an pœnitus excludatur à paragio, & an sola promissio dotis sufficiat ad excludendum, & quid in dote constituta, vel legata per patrem.*

7 *Minor si renunciauerit successioni fratris, si contingat fratrem præmori, an restituatur aduersus renunciationem,*

8 *Filia, an possit petere dotem congruam auctis facultatibus.*



TEM dicit Andr. si pater fendũ redemisset à domino, & non adiecisset pactũ vt filia succederet, videtur redimendo cogitasse, vt in eo succedat masculus, & non fœmina, quæ regulariter repellitur, & ratio est, quia is, qui contraxit, videtur recepisse feudum, sicut ius intelligit, l. si cui, ff. de seruitut. & in dubio actus debet interpetrari secundum mentẽ iuris, C. causam de rescript. l. si stipulatus in principio de ver. oblig. & Rom. cons. 320. sed melior erit ratio quia virtus tituli onerosi hoc facit nam ex hoc dominus tenebitur de euictione, vt superius docuimus, idem dicit Andr. si dominus spetialem gratiam faceret, vt in Regno Siciliæ, fœmina succedit in feudis, non existente masculo, vt in cõst. in aliquibus, per quam legem dixi, alias vobis, ꝙ in Regno fœmina dicitur succedere iure communi, quia constitutiones Regni dicũtur ius cõmune in Regno vt per Andr. in cap. 1. de eo, qui sibi, & hær. suis, sed sicut in masculis gradus, & primogenitura, præoccupat successionẽ & impedit gradũ, ita & sexus præoccupando, impedit sexum fœmineum, & illi præfertur, nam licet omnes vocentur, vocantur tamen secundum ordinẽ gradus, & sexus, vt alibi notauimus, & in hoc concordat cum media iuris prudentia vt per Napod. pulchrè in consuet. si qua mulie. in ver. absque discretione sexus & Andreas declarat inferius, & licet Constitutionem ipsam in aliquibus dilucidauerit dominus Mattadous Doctor insignis, vos cum eo videbitis eundem Andr. in d. cap. 1. de eo, qui sibi, & hęr. suis, vbi dicit ista verba post num. 2. vt per constitutiones Regni filia succedit patri, si non habet masculum, excluso, domino feudi, & consanguineis patris. sicut dicit constitutio in aliquibus: vnde si primo genitus viuens iure frãchorum decedat, filia, tamen relicta 2. genitus, frater exclusus per patrem filię excludetur per filiam, & postea num. 3. dicit ista verba, quia donec superest masculus descendens ex eo, qui primus inuestitus fuit, non est fęminæ locus, hoc esset secus in Regno per constitutionem in aliquibus semel feudo transeunte ad aliquem sibi succedit filia, exclusis agnatis, & domino feudi hęc sunt verba Andr. in loco prædicto, cui addatis Bal. in l. 1. Cod. de secund. nupt. in 5. col. verbo pone dicit statutum, licet Bar. in l. 2. §. videndum ad tertull. scripserit, ꝙ statutum disponens illud, quod disponit dicta const. habet duo capita, scilicet caput inclusiuum, & caput exclusiuũ, de quo nos alibi tractauimus, quia quod præponderat actenditur, sed pulchrum erit videre de portione filiæ exclusę per masculum, cui accrescat, scilicet an

SVMMARIVM.

1 *Filia ad hoc dicatur exclusa à paragio, dicitur esse nupta, & actu dotata, tempore mortis patris.*
2 *Testamentum post testatorem defunctũ, uires suscipit.*
3 *Balium quis dare possit.*
4 *Actus mandanti, non autem exequenti attribuitur.*



1 DVERTATIS etiam ad aliud, ꝙ ad finem, vt filia dicatur exclusa à paragio, debet esse nupta, & actu dotata tempore mortis patris, vt per Curt. sen. cons. 27. in fin. & Dec. cons. 24. etiam in fin. & in hanc sententiam vi detur inclinare Andr. in d. cap. 1. de nat. succ. feu. alias si non reperiatur dotata tempore mortis, poterit sine dubio pete re paragium, & ratio est, quia quando hæreditas est recasura in alium, non valet actus morientis, etiam si ille alius sit hæres, vt alibi notauimus post Andr. in cap. imperialem, & sic legatum patris constituentis dotem filie, non valet ad excludendum illam à petitione paragij,
2 quia relicta in testamẽto capiunt vires, non statim, sed post mortem defuncti ab adita hæreditate per hæredẽ, & quãdo legatum incipit habere vires, res, seu patrimonium incepit esse alterius, hæc notauit Andr. in §. donare post num. 8. qualiter olim poterat feudum alienari, cętera ad hanc materiam videbitis in d. cap. 1. de nat. succ. feu. sed quia dicta constitutio facit mentionem de Balio, & vidi aliquando etiam peritos errare, qui
3 dicebant, quòd balium nemo dare potest nisi Rex, vt per Andr. in const. locorum baiuli, vos tamen tenete contrariũ, vt etiam in testamento relinqui possit: & dari per feudatariũ, vt per eundẽ Andr. in constitutione minoribus in princ. vbi dicit, ꝙ hoc est innouatum per capitulum Regni, quod incipit feudatarius, & ratio est, quia dum Rex dispensauit, vt feudatarij dare possint baliũ, ipse idem facere videtur, vt in vulgaribus, nam re-
4 gulariter actus attribuitur mãdanti, aut dispensanti, non autem exequenti, vt alibi diximus, stante igitur dispensatione d. const. in aliquibus, vt femina repellatur & excludatur per masculum, amplietis, vt dicit Andr. etiam si fœminæ per gratiam datum sit, nam tunc etiam fęminę nate natę ex ista fęmina, non succedent, quia gratia fuit personalis, nec tunc obstabit lex prima, C. de cond. insert. quia illa lex procedit in illis rebus, quæ de sui natura sunt transitoriæ ad fœminas, & dispositio illa simpliciter, & indeterminatè loquẽs, statim sortitur effectum, nata filia, seu nepte ex filia, nam satis est nepotem ex filia superextare vt dicatur satisfactum voluntati morientis l. cũ vxori, C. quando dies leg. ced. & l. ex facto cum l. pen. ff. ad trebell. & hoc in tãtum verum est, ꝙ licet postea nepos moriatur, euentus mortis non immutat dispositionem, quæ semel sortita fuit effectum, ut per Oldr. cons. 21. & Dec. in l. post aditam, Cod. de Impub. & alijs substantialibus, & cons. 28. & alibi passim, & ad illud, quod dicit Andr. an filia excludatur à successione vtriusque parentis, & ꝙ de hoc est opinio inter peritos Regni, vos videbitis quæ superius annotauimus, vbi firmauimus, ꝙ repellitur filia à successione vtriusque parentis, & quòd non potest petere nisi paragium, in bo-

in bonis vtriusque, secundum Luc. de pen. & hoc iure etiam vtimur, sed ad illud quod dicit Andr. hic quòd in Regno quis præsumitur viuere iure Longobardorum, dic contrarium esse verius per const. vt de successionibus per quam comuniter reprehenditur Andr. vt dixi in cap. an agnatus, & tangit Affl. decis. 148. & ego clarius explicaui post eundem Andr. in §. preterea ducatus, & idem Andr. firmat de grad. succ. in feu. §. his vero.

SVMMARIVM.

1 *Legitimus hæres quis sit.*


SVMVS modo in verbo fratri vbi Andr. vocat legitimũ heredem illum, qui vocatur
1 à lege, & rectè loquitur, alias esset in facultate feudatariorũ excludere certas personas, quæ ab initio fuerunt præuisæ & vocatæ ex prouidentia concedentis, & ex preordinata voluntate dantis, & hoc determinatur per gl. in const. vt de successionibus in ver. ex vtroque parente, vbi vult, ꝙ illæ personæ, quæ enumerantur in hac constitutione habent potius à se ipsis & sic non potest eis adimi per testatorem, & nos superius annotauimus in illa quæstione, an lex fin. de edicto diui Adr. procedat in feudis, & ideo notantur dixit Andr. ꝙ in feudis nulla dispositio valet, neque tenet, vt in cap. 1. de succ. feu. quod nos procedere firmauimus, etiam in feudo hæreditario, quando verba diriguntur ad rem, seu feudum, cum res nec onerari, neque grauari possit, licet secus sit quando verba dirigerentur ad hæredẽ, seu ad feudatarium, sub distinctione tamen de qua superius notauimus, sed ad illud contrariũ quod notat hic Andreas per l. in conuentionibus de ver. sign. cui concordat l. in Annalibus C. de legatis respondebitis vt per gl. singul. in l. si tibi decem milia §. si pactus ff. de pact. s. ex natura & qualitate rei vnde prouenit quod alias non proueniret declarat Bal. per pulchram quæstionem in cap. 1. post princ. de natura succ. feudi ibi & hoc facit ad quæstionem, & clarius explicauit idem Andr. in cap. 1. post princ. de feu. march. per l. sciẽdum de ver. sign. & aduertatis, ꝙ quando forma inuestituræ cantat pro te & hæredibus iuxta legem Regni, vt de successionibus, frater succedit fratri etiam in feudo nouo vt alibi notauimus: sed an ius istud primogenituræ erectum per dictam constit. vt de successionibus procedat & actendatur etiã in subfeudis videbitis Paridẽ in fine sui operis de reintegr. feud. fol. 174. ex verbis etiam Andr. hic in ver. fratri, notabitis ꝙ omne feudum dr̃ ex pacto & prouidentia sed si addatur qualitas hæreditaria dicetur feudum hęreditarium sed non desinet esse ex pacto vt superius notauimus, etiam addite, ꝙ filius tenetur esse hæres patris in allodialibus tãtum, & ideo sibi prodest inuentarium in feudo ex pacto, sed si non possit habere allodialia quia pater alium instituit hæredem, tunc habebit illud feudum sicut & alij agnati sine onere & ita intelligatur Iacobus Beluisius in cap. an agnatus vt supra diximus & latius in dicto c. an agnatus.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina qua ratione à feudis excludatur.*

2 *Fœmina si reperiatur habilis, & strenua, siuè ferox ad bellum, an admittatur ad feudum.*

3 *Filij foriudicatorum nati post foriudicationem, an admittantur ad successionem bonorum.*


SVMVS modò in verbo hoc autē, super quo Andr. redit ad illud, quod superius determinauit, scilicet quod fœmina sit inca-
1 pax feudi, nisi in casib⁹ superius expressis, & multa verba effundit, dùm rationem assignat, quia militare non potest,
2 & addit, quod si reperiretur fœmina habilis, & strenua, siuè ferox ad bellū, sicut de amazzonibus scribitur, vtique dicit ipse, propter strenuitatem admitteretur ad feudum, super quo communiter damnatur per scribentes hic, qui dicunt, quòd deberet etiam feudatarius habere consilium animi, & non debet pandere secreta domini, de quo semper dubitari potest in fœmina. Sed vos addatis rationem, quia ideò hoc iure repellitur, quia leges Lombardorum nullam habuerunt notitiam cognationis, neque prospexerūt ad iura cognationis, vt notauit idem Andr. in c.1. in ver. bona vacantia, quæ sint regalia, & notauit Napod. in consuet. & oīa in princ. vbi dicit ista verba, & ratio est, quia de ipso iure sexus fœmineus est omnino repulsus, & incognitus, & ita vos teneatis, & ad illud, quod dicit hic Andr. de Lazaro suscitato, addatis Tiraq. in l. si vnquam in ver. susceperit liberos n. 170. & seq. vbi quærit, an resuscitatus recuperet bona, & beneficium, & alia multa cumulat more suo. Vndè inferatis ad
3 quæst. an filij foriudicatorum nati post foriudicationem admictātur ad successionem bonorum super quo dicatis, quod non, quia cænsentur nati tanquam ex nouo homine, & post ius quæsitum, & delatum agnatis, super quo videbitis notata per Doct. in l. gallus, §. & quid si tantum de lib & posth. & eundem Andr. in c.1. de vass. decrep ætat. vbi optimè loquitur de restituto, & aggratiato sub distinctione, an restitutus fuerit quis per gratiam, aut per iustitiam, & quādo restitutio trahatur ad bona alijs quæsita ex contractu, videte eum, quia nolo immorari super leuioribus, cum videam finem rub. & in portu non liceat multa loqui, sed oportebit salutare amicos hilari fronte mihi occurrentes, & grauiora expectantes.

SVMMARIVM.

1 *Gradibus successionum.*

2 *In successionibus triplex ordo attribuitur descendentium, ascendentium, & collateralium.*

3 *Feudatarius an possit feudum renunciare remissiuè.*


SVMVS modò in verbo hoc quoque sciendum, vbi An-
1 dr. tractās de gradibus successionum nimis intricatè loquitur circa tertium ordinem succes-
2 sionis. Nam vt scitis in successionibus triplex datur ordo descendentium, scili-

cet, & iste est primus ascendentium, scilicet, & iste est secundus, & collateralium, qui dicitur tertius. Sed in hac Ciuitate Neap. secundum ius municipale, est triplex ordo succedendi, & aliter quã sit dictum superius primus, scilicet, lineę descendentis, & est iure liberorum, quorum est prima causa, secundus ordo est lineæ rectæ ascendentis, iure parentum, & de his parentibus iure parentũ, nihil noui statuitur, sed solum bonorũ subsidium saluatur eis, vt in consuet. filius familias, quod est etiam de iure communi, tertius verò ordo est valdè nouus, scilicet, iure proximitatis, cum distinctione bonorum, & sic non est illud ius proximitatis, idest cognationis, de quo loquitur, C. de legit. hæred. l. intestati, & hic est ordo valdè generalis, cum amplectatur omnes lineas, hæc sũt verba Napod. in consuetud. si quis, vel si qua post princ. dùm ergò Andr. tractat de vltimo gradu succedendi inter collaterales nimis intricatè, & confusè loquitur, dum dicit, quòd inter collaterales est dare successionem in infinitũ, & posteà dicit non in infinitũ, sed vsq. ad septimum gradum, & tàm obscurè iudicio meo loquitur, quòd difficillimũ sit rimari in dictis suis, in quã sentẽtiam inclinet: Vos autem pro veritate fingatis. Sempronium primum acquisitorem feudi habuisse duos filios, Titium primo genitum, & Ioannem secundo genitum, defuncto Sempronio primo acquisitore, feudum istud, vel peruenit ad Titium primo genitum ex lege francho rum, vel fuit diuisum inter fratres, quia viuebant iure longobardorum, finge similiter, quòd ex istis fratribus, suscepti sint filij, & procreati, ita quòd descendentes ex illis perueniãt vsque ad septimum gradum, si posteà deficiant filij alterius fratris superstitis, admittentur ẽt, si sint vltra septimum gradum, quia inspecto Sempronio primo acquirente, dicuntur venire ab ascendenti, & sic respectu, dum dicit imo, & in infinitum hoc dicit Andr. in c. 1. Imper. lothar. col. 4. post nu. 5. ibi licet concludat argumentum quod videatur hic actenus; & clarius hoc idem firmauit idem Andr. in c. 1. de eo, qui sibi, & hær. suis nu. 2. ver. per istã rationem patruus ex primo acquisiuit, & posteà subdit. Semper ergò consideratur, quòd sumpsit masculus ex eo, qui primus de hoc feudo fuit inuestitus, hoc idem firmauit idem And. in cõstitutione vt de successionibus col. 7. vers. hoc nisi nepotem isti ascendẽtes non videntur prohibiti per verba præmissa, quando sic descendit à Titio, patruus, sicut nepos, filius fratris sui, & in eadem constitutione versus finẽ col. pen. dicit ista verba, sed si quis forsan obijceret, quare ergò, si tantum intelligatur de filijs liberis in successione feudorum ex collaterali, frater fratri succedit in feudo auito: Respondeò, quòd frater superstes non videtur habere à fratre mortuo, sed à patre, vel ab Auo, vel alio ex superioribus, cuius fuerat primo feudum, hoc idem probat Io. Faber in §. 1. de seru. cogn. nu. 6. vbi dicit ista verba. Item dicit, quod hæc non procedunt in feudo, quia ibi successio non excedit septimum gradum. Item ibi nõ succedũt agnati in nouo feudo. Item nec in patruo legatis vos paterno, nisi illi, qui descẽdũt ex persona, quæ fuerat primo infeudata, hoc etiam videtur affirmate Luc. de pen. in l. vnica de impon. lucrat. descript. col. 7. ibi itẽ, quia attenta persona eius, & hanc opinionem concordando

dando opiniones, expresse firmauit ex mente B l d. & aliorum Curt.Iun.in suo tract feud in vltimo membro 3. par incipit expe lito secũdo tractatu successionis nu.48.licet alio modo exemplificet, sed iudicio meo hoc ꝓbatur clarius in c. 1.de natura succ. feudi & per eundẽ Andr.in c.1.in Add.si Vassalus feu. priuetur vbi videbitis in secundo autẽ casu quãdo tractatur de successione collateraliũ, quæ non egreditur septimum gradum, vt dicunt Doct.& benè,& dicit hic Andr. ponatis sic exemplum, quòd Titius quæsierit feudum, & illi successerit Sẽpronius filius, & post Sempronium alij descendentes, si descendentes ipsi deficient fratres, aut alij collaterales Titij primi acquisitoris. si reperiuntur vltra septimum gradum, non succedunt, & ratio est, quia isti collaterales qui nunc veniunt,non sunt de descendentibus Titij primi acquisitoris,& cum illis exemplis defendi potest vtraq. opinio, quia vtraq. vera est, sed in Regno per const. vt de successionibus aliter est prouisum, Nam in collateralibus restrictus est gradus, & habilitatus sexus, quam constitutionem alibi declarauimus; illud etiã noteris quod notat Andr.in hoc vers.notandum, scilicet, ꝙ feudum principaliter datur propter personale seruitium in quo seruitio sunt plura consideranda videlicet casus, tempus, expensæ, locus, forma monitionis,nominis diuersitas, & pęna non seruienti: Inter quę plures cõsid. rãtur differentiæ circa ius commune & iure Regni de quibus late dixim⁹ in cap. Imperialem,§.firmiter post Andr. vbi firmauimus ꝙ Regis sit electio. circa seruitium pręstandum de persona vel in Adoha aduertetis similiter ad illud, quod vlt. Andr. tangit, an feudatarius possit renuntiare feudum inuito Domino, licet, Andr. videatur concludere, quòd renunciari non possit, quando feudum est datum sub seruitio, quia tunc dicit ipse, censetur feudum datũ gratia vtriusq.Sed vos Domini hanc cõclusionem firmabitis in omni feudo, & in feudo dato absq. præstatione seruitij, quod nos feudum franchum appellam⁹ in superioribus, & ratio est, quia seruitium non est de substantia feudi; & propterea remitti potest, vt notauit Andr. in §. sed nec est alia iustior in prima additione in principio quæ sit prima causa benef.amict.& alibi passim,vnde remisso seruitio, quia vassallus tenetur ad illa sex, & successiuè ad seruitium intrinsecum quòd inest; de quo clarius per Andr. in §. omnes filij si de feud.fuer.contr. nu.7. Et in c 1. de for.fidel.& quia etiam contractus feudi dicitur contractus onerosus, vt nos alibi firmauimus, non poterit contractus ille voluntate vnius dissolui. Et hanc conclusionem firmat Ias. In l.2. C. de iure emph. qui alios cumulat nu.24. Et idem Andr.in c.1.nu. 5. ver. in primis, ex quibus cau. feu. a nict. vbi dicit ista verba, quid est feudum, describ tur in genere,& posteà subdit,quia deuenit suus homo per Sacramentũ fidelitatis, quod præstat cum illis sex incolume tutum &c. datur quidem dicit ipse gratia vtriusq & id, quod Dominus facit,infeudando vassallum,& quod promittit vassallus se fidelem esse Domino, spontaneum est, & voluntarium, sed ex quo factum est, est necessarium, sed quomodo hoc procedat & quomodo respondetur ad cap.1 de vassallo qui cõtra const.Loth.videbitis in c. an agnatus vbi diffusius scripsim⁹ statim in lucẽ dando fauente Domino,& And. in cõ t.

Ero-

errores eorum libro 5. & in const. personas. Quibus sunt addenda, quæ nos hoc anno viua voce firmauimus interpretando capitulū Imperialem, vbi plura notauimus ad declarationē illius textus. Ad illud tamen quòd tangit Affl. hic in §. & quia nu. 8. si princeps possit habilitare fœminas ad successionē feudi in præiudicium agnatorum videbitis quę scripsi in quęstionib⁹ supra pro causa Regentis Reuetterij & eundem Affl. clarius infra qui succ. ten. post. nu. 12. & ista notetis cum nō sint alia digna recolligi, quia quod scripsit Bal. hic nu. 18. de facultate nominādi vnum, & nō sit facta nominatio & extent plures declaraui⁹ superius in causa domini Alfonsi piscicelli pro illis dominis de musectula quibus addatis Guid. papæ quæstio. 505. illud etiam quod notat Affl. in §. notandum nu. 11. vbi ex suo capite dicit repeiri nouam formam inuestituræ, Nos superius reprobamus cum non sint nisi duæ formæ inuestituratum vt vidistis; vnde oportebit hic quiescere & finem facere & alios labores perficere vnde possitis vberiores fructus colligere. Sed quando feudum antiquum, quod nos ex pacto, & prouidentia nominauimus, renunciari possit, non ad finem dissoluendi obligationes, sed ad finem, vt fructus, & comoditates, cedant domino, saltim durante vita renunciantis, quando etiā feudum nouum, etiam ex pacto, & prouidentia renunciari possit, inuitis agnatis, aut illis, qui proximam spē successionis habent, quando etiam feudū hereditariū renunciari possit totali renunciatione, quam nos realem appellamus, inuitis descendentibus, & alia his similia, diximus post Andr. in cap. 1. de eo, qui finem fec. agn. cuius propria est dos, & materia ista. Vale candidiss. lector, & priusquam contradixeris cogita. Nā primogenitus iste partus fratres habet, non infantes, quos in comites, & in defensores expectat. Nam secundum Philosophum rectum sui Iudex est, & obliqui, & si quid in contrarium occurrerit, paratus semper ero libenti animo veritatem agnoscere. Quamuis in legali scientia. Nullus vnquā fuerit perfectus vt notat Angelus in l. si contra C. de vsucap. pro emptore & alibi; sufficere tamen debet si vobis obtuli quod potui, & quod collegisse profiteor ex diuturna vigilia. Nam quod sparsim seminauit antiquitas, nō ambiendi studio sed ad cōmunē vtilitatem compresso manipulo collegi, vnde non ad ministrum sed ad ministerij finem respicite.

FINIS.

INDEX OMNIVM QVAE NOTATV DIGNA, IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.



A

quando

Feuda-

Iuris-

Rele-

Nn cel.1.

FINIS.

